tis diuerso loco positis demonstratur
Vbi enim in initio pronunciationis nec-
dum plena pars sensus est · et tamen respi-
rare oportet fit comma · id est particula
sensus · punctusque ad imam litteram
ponitur · Vbi autem in sequentibus iam

sua spiritus pausat. sed adhuc aliquid superest
de sententie plenitudine. fit tota media
quia litterarum puncto notamus. et media
distinctionem notamus quia punctum ad
mediam litteram ponimus. Ubi vero iam
per gradus pronuntiando plenam sententie
clausulam facimus. fit periodus
punctumque ad caput littere ponimus
et vocatur distinctio i. disiunctio quia
integram separat sententiam. Hoc quidem
apud oratores. Ceterum apud poetas
ubi in versu post duos pedes syllaba
remanet coma est. quia ibi post
scansionem percisio ubi facta est.
Ubi vero post duos pedes de parte
orationis nichil superest colon est
Totus autem versus periodus est. De notis
Preterea quedam sententiarum

sententiarum note apud celeberrimos
auctores fuerunt quasque antiqui ad
distinctionem scripturarum carminibus et
historiis apposuerunt. Nota est figura
propria in littere modum posita ad demo-
strandam unamquamque ubi sententiarum
ac versuum rationem. Note autem versibus
apponuntur numero xxvi. que sunt
nominibus infrascriptis. Asteriscus
apponitur in his que omissa sunt.
ut illucescant per eam notam que
deesse videntur. Stella enim aster
dicitur greco sermone a quo asteriscus
est derivatus. Obelus i. virgula ia-
cens apponitur in verbis vel sen-
tentiis superflue iteratis sive in
his locis ubi lectio aliqua falsitate
notata est. ut quasi sagitta iugu-
let supervacua atque falsa confodiat. Sa-
gitta enim grece obelus dicitur. Obe-
lus superne cum puncto ponitur in his
de quibus dubitatur utrum tolli debeant
an apponi. Lemniscus i. virgula

inter geminos punctos appo-
nitur in his locis que sacre scripture interpretes
eodem sensu sed diversis sermonibus
transtulerunt. v. Antigraphus cum
puncto apponitur ubi in translationibus
diversus sensus habetur. Asteriscus cum
obelo hac proprie Aristarchus utebatur.
in his versibus qui non suo loco positi
erant. t. Paragraphus ponitur ad se-
parandas res a rebus que in conexu con-
currunt. quemadmodum in Catalogo
loca a locis et regiones a regionibus in
agone premia a premiis certamina
a diversis certaminibus separantur. g. Po-
situra est figura paragrapho contraria et
ideo sic formata quia sicut ille principia
notat. ita ista fines a principiis
separat. s. Cryphia circuli pars inferior
cum puncto ponitur in his locis ubi
questio dubia et obscura aperiri vel solvi
non potuit. ↄ. Antisima ponitur ad eos
versus quorum ordo permutandus est. sicut
et in antiquis auctoribus positum
invenitur. ↄ. Antisima cum puncto
ponitur in his locis ubi in eodem sensu
duplices versus sunt et dubitatur quis
potius eligendus sit. r. Diple hanc
scriptores nostri apponunt in libris eccle-
siasticorum virorum ad separanda vel de-
monstranda testimonia scripturarum sanctarum. i.
Diple per distinctionem hanc primus Leogoras
Siracusanus apposuit Homericis
versibus ad separationem Olimpi a
celo. r. Diple per distinctionem i.
cum geminis punctis hanc antiqui
in his apponebant que Zenodotus Ephe-
sius poeta non recte adiecerat aut
detraxerat aut permutaverat. in his
et nostri usi sunt. r. Diple obolisme-
ne interponitur ad separandos in comediis
vel tragediis periodos. Aversa

obelismene quoque strophe et an-
tistrophus inseritur. Ausa
cum obelo ad ea ponitur que aliquo
respiciunt. ut nos vel frigie
vel ulter fundo tonantem. Hos que
transfusoriis obiciat. Diple sive
obelata ponitur ad conditiones
locorum ac temporum personarum que mutatas.
Recte et ansa supine obelata
ponitur. simulata loco suo monade
hesitante sensum perfectum quoque et cetera.
Ceraunium ponitur quotiens multi versus
improbantur. ut per singulos obeletur.
Ceraunium id est fulmen dicitur. Cri-
simon hec sola ex voluntate uniuscuius-
que ad aliquid notandum ponitur. Phi et ro
id est frontis. hec ubi aliquid obscuritatis
est ob sollicitudinem ponitur. Anchora
superior ponitur ubi aliqua res magna
omnino est. Anchora inferior ubi aliquid
vilissime vel inconvenientius denun-
ciatum est. Coronis nota tantum
in fine libri apponitur. Alogus
nota ad emendandas adhibetur.
Sunt et alie note librorum pro agnoscendis
his que pro commutatione paginarum
apponuntur. ut ubi lector in limi-
nare quicumque invenerit signum
ad textum revertens sub eodem signo
vel in simili faciat ex appositione
cuiusque superiacentem notam inveniat.

De notis

Vulgares notas
Ennius primus mille et centum
invenit. Notarum usus erat ut
quicquid pro contione aut in iudiciis di-
ceretur. librarii scriberent. cum plures
simul astantes divisis inter se partibus
quot quisque verba et quo ordine exciperent.
Rome primus Tullius Tiro Ciceronis
libertus commentatus est notas. sed tan-
tum prepositionum. Post eum Vipsanius
Philargyrius et Aquila libertus Mecenatis
alii alias addiderunt. Denique
Seneca contracto omnium digestoque et aucto
numero opus efficit in quinque milia.
Note autem dicte eo quod verba vel sillabas
prefixis caracteribus notent et
ad notitiam legentium revocent.
quas qui didicerunt proprie iam notarii
appellantur.

De notis iuridicis

Quedam autem littere in libris iuris verborum
quorum note sunt. quo scriptio ce-
lerior brevior que fiat. Scribebatur enim verbi gratia
per B et F bonum factum. per S et
C senatus consultum. per R et P res
publica. per P et R populus Romanus.
per D et T dumtaxat. per supinam
M litteram mulier. per P secundum naturam
pupillus. per P versum caput pu-
pilla. per unum K caput. per duo
K K calumnia. post K C iuncta
calumnie causa. per I et E iudex
esto. per D et M dolum malum. Cuius
generis plurime consimiles note in libris
antiquis inveniuntur. Has iuris
notas novicii imperatores a co-
dicibus legum abolendas sanxerunt
quia multos per hec callidi ingenio
ignorantes decipiebant atque ita ius-
serunt scribendas in legibus litteras
ut nullos errores nullas amba-
ges afferant sed sequenda et vitanda
demonstrent.

De notis militaribus

In breviculis quoque quibus militum
nomina continebantur propria nota erat
apud veteres qua inspiceretur quanti
ex militibus superessent quanti que in
bello cecidissent. T/ Tau nota
posita in capite versiculi superstitem
designabat. θ Theta vero ad uniuscuiusque
defuncti nomen apponebatur. Unde et habet

pnic' 7 tetu .i. mortis signum 7 . Et q
purgat . Et post est nigra mano
significacio . Si aut insignitam
sit intellt . Et lancea lecta vsitat
sub morte significabat cum ponc-
bant theta ad caput . Jussu sapi-
dior q̄ largitore sunt cant note.

Notis r litterarum *De notis litterarum*

Dum se notis faciebat ut
q occultum in se inscriptis significare
vellet . mutue scribit Cesar c
bruto . q. r . i . ipsis litteris ea q attu-
rus erat notabat . iudicabat ame
q sibi vellet ipse litteras . Cesar q
augusto ad filium Cesari ingt v
mirabilia attendite assidue que
sibi alterum optat r ce scita
sunt . Cum nos notas similes
tres ad te ad notis scribendi mit.
prima q littera secunda scripturam
sunt ut p.a.b. p.b.c. r cetera . vnde
deinceps ceteras . pro ea littera vero-
mudi . et ad supp. a . a . quida
etiam uersibus ubique scribunt *De notis*

sunt etiam quida *Digitorum*

S digitorum r oculorum note . qbq
secum tacite paul q distantibus co-
loquuntur . sicut mos e militaris
ut quotiens superat quatenus q voce
uti p̄t . manu putant . Alij q a
voce uti put . gladiorum inotu
salutant . Innuus & Ennius impu-
dica est in choro pila ludens
dotata dat scit . et . tominam
fat . Alium tenet . alij annuitat
libi manus e occupata . alij p
vellit pede . Alij dat annulum co-
pectandum alabs . alium inorcat
nd alio cantat . Tertij alij dat
digitis litteras r salutem . annuit
oculo . tenet pede . digitis loquitur

Ortographia *De ortographia*

O grece latine recta scriptura interpretatur .

Orto . u . grece recte . graphia scriptura d-
icit disciplina docet . quadmodum scribe-
re debeamus . Sicut enim ars tractat de parti-
um declinatione . ita ortographia de scriben-
di peritia . Vt puta . ad . cum . c . preposita
d . litteram accipit . cum c quintio t . litteram acci-
pit . Haud quod e aduerbium negandi
d . littera termina r aspirata in capite .
Aut a quintio e p . t . litteram sine
aspiratione scribit . Apud preposita p
d . scribitur sic aspirtam . quam veteres
sepe apud pro ad . usi sunt . duabus
per uis mediis litteris . sublatis medij
a alie litte i loco altera ponitur
ut puta . b . r p . litteris q̄da cognatio
est . Ita pro byrrus dicitur purrus . c . r
g . cognationem quandam habet . Ita dum
dicimus cauam r tractos postea dicimus
grauem gr ponentes p c . Et et
q . ut tergua est . Ita quinque e p c .
ta q . p q . scribit . Sed a prepositio p
t . scribenda est . si a aduerbium fuerit p
d . dicimus cum tu legis . De p e . sola .
demon p diptongon est notandus .
Equus q p e al p e . sola scribendus
aqua q e insta p oe . diptongon
scribenda . Equus addita . e . de scribi
q equus de greco solum e . Equalis
modo p e . littera scribitur . ita cum ego
x . q c r s . constat . quo cum v capit
mus ci d a [illegible] Equor p dip-
tongon scribend . q ab aq e nom
sit . Forsitan p u . scribend d sine
p in magnis sit sit fortis . fedus q
e deformis p e . sola scribend . Fides
q e pactum cum oe diptongo scribend
Formosus sub eum scribi . q a forma vocat
Bonatus q e filius p s scribend quia
fat quasi es . q aspiratione litterarum
vlatio notabiliter tam inungi ut
honor . homo . humus . aspira cante

et sonantibus. sed in grecis et hebreis nominibus
sonus autem [illegible] in dictionibus ph
scribendum. I littera inter duas vocales
constituta pro duplici consonante habetur.
Unde antiqui bis inter duas vocales
scribebant ut troiia maiior pe-
iior. ideo quod una silla tres
sunt vocales ut Samuel scripta per
duplicem consonantem habetur. Idest pronom-
inatiuus eius per d scribitur. ab eo quod est
is ea id quod facit idem. Quod si verbum
est tunc prius per t notabitur. ab eo
quod est eo is it quod facit itum. K
litteram antiqui ponebant quociens
a sequebatur ut kaput. kanna. ka-
lamus. nunc autem kartago et kale-
de per [illegible] litteram tantum scribuntur. Certa
a vocali consonans sequente vocali
per k est scribenda. Litus per diptongon
scribitur quod venit a latitudine dicitur. Unus
primum est scriptum quod angustia facit. L
ante litteram interdum per d scribitur verum ut
latus pro datus. et calamitas pro cadamitas
a cadendo. [illegible] supposita calamit-
as. Maximus an maximus et si
quae est silla quali scribi debeat constat
est. Varro tradidit Cesarem per i eiusmodi
eiusmodi verba enunciare solitum esse
et scribere. Inde propter auctoritatem tanti viri
consuetudinem facta ut maximus optimus
pessimus scribantur. Nolo per unum l
scribendum quia est magis volo. Malo
vero per duo l quia est magis volo
per i l velle et nolle per duo l
eo quod nec volo est nolle nec
velle. Os si vultum vel ossum significat
per o solum scribendum est. Ea dinumer-
atione pronomen h pronuncianda est.
Ora finium sine h. hora dierum
cum h scribitur. [illegible] honus et honor
[illegible] dimata [illegible] porta

vel ad alia dictione de compositione
iuncta per ae diptongon scribitur. alias
per e. [illegible]. palee quod est [illegible] per e
[illegible]. penale quod est supplicium per ae
diptongon scribitur. Que littera de silla
[illegible] ad v. subsequitur et a consonantibus
vocalis ut silla fiat. Aliud [illegible]
quod est t scribenda est. Quenc pronomen
ad ae diptongon quod continet per e
puncta. Quod pronomen per d litteram.
Quot verbo per t scribendum [illegible] per a
positiones est. quomodo [illegible] compositio
a nego [illegible]. Aliquid et
aliquot. quid infinitum nomen eius per d.
quot interrogativum. omnibus eius per t.
scribendum. R littera [illegible] habet
[illegible] littera. [illegible] antiqui in honos
labos. arbos. dicebant ut honor
labor. arbor. Erat per t oportet
scribi quia integrum [illegible] est tamen per
d antiqui cum [illegible] dicebat nos
finales duas litteras abscisimus. Camillum
et [illegible] et [illegible]
medio posita antiqui dicebat [illegible]
a [illegible] et [illegible] et quicquid
[illegible] et [illegible] in [illegible] a vel
e vel v. [illegible] vel t [illegible]
[illegible] ut quidam quedam
et quidam [illegible]. Hec [illegible] per
diptongon. Hec [illegible] per e plura
scribitur. [illegible] quod [illegible] est per x scribitur
[illegible] et [illegible] y et z litteras [illegible]
[illegible] nomina scribenda sunt. Illa alius
[illegible] et littere [illegible]
quod latinum est per t scribendum est.
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] in dubiis [illegible] [illegible]
[illegible] ut [illegible] alius
[illegible] correpta. aliud producta
[illegible] longe [illegible] apice apponebat
[illegible] ut [illegible] plus si [illegible]
[illegible] apice
distinguebatur. Hinc et ubi littere
[illegible] geminabantur sicilic

supponebat. ut sella. serra. asse-
lus. ueteres .n. non duplicabat litteras. sed
super sicilicos apponebat. qua nota
admonebatur lector geminandi esse
litteram **De analogia**

Analogia grece latine similium
comparatio. siue proportio dicitur. cuius hec uis
est. ut quod dubium est ad aliquid simile
quod non est dubium referatur. et incerta certis
probentur. Octo autem modis comparatio
analogie colligitur. id est qualitate comparatione
genere. numero. figura. casu. extremitatibus
similium sillabarum. et similitudine temporum. Si quid
ex hijs unum defuerit. iam non est ana-
logia id est similitudo. sed est anomalia id est extra
regulam. ut lepus. lupus. totum quidem
conuenit. sed discrepant casu. facit enim lupi le-
poris. Regula autem est quando queritur
utrum trames masculini generis sit. aut
feminini. similis est illi omne nomen decli-
nationis limes. erit ergo masculini. et
Item funis si incerti generis est ex eo
similis est illi panis in declinatione
et erit masculini. Item ex comparatione
positiuorum. ut si dicas doctus.
magnus. positiui sunt sibi similes.
Fit etiam per diminutionem. ut puta
funis masculini an feminini. funiculus
probat. Ita quod grecum est proparalepsi
est. id est solet in diminutione
sed non semper. ut pistrinum pist-
rilla. Sic ex declinatione. ex comparatione
declinatione. ex diminutione genus
colligitur **De ethimologia**

Ethimologia est origo uocabulorum
cum uis uerbi uel nominis per inter-
pretationem colligitur. Hanc aristote-
les simbolon. cicero annotationem
nominauit. quia nomina et uerba
nota facit. exemplo posito. ut puta
flumen quia fluendo creuit. a fluendo
dictum. Cuius cognitio sepe usum
necessarium habet in interpretatione sua. Nam dum
uideris unde ortum est nomen. citius uim
eius intelligis. Omnis enim rei inspectio
ethimologia cognita planior est. Non autem
omnia nomina a ueteribus secundum naturam imposita
sunt. sed quedam et secundum placitum.
sicut et nos seruis et possessionibus
nostris. interdum secundum quod placet uoluntati nostre
nomina damus. Hinc est quod omnium nominum
ethimologie non reperiuntur. quia quedam
non secundum qualitatem qua genita sunt. sed iuxta
arbitrium humane uoluntatis uocabula
acceperunt. Sunt autem ethimologie nominum
aut ex causa data. ut reges a recte
agendo. aut ex origine. ut homo
quia sit ex humo. aut ex contrarijs. ut a
lauando lotus. dum lutum quod antiqui
dicebant lotum non sit mundum. et
lucus dictus quia umbra opacus
parum luceat. Quedam autem facta sunt ex
nominum deriuatione. ut a prudentia prudens.
quedam a uocibus. ut a garrulitate
garrulus. quedam ex greca ethimologia
orta et declinata sunt in latinum. ut
silua. domus. grece. xilon. doma. Alia
ex nominibus locorum. urbium uel fluminum
uocabula traxerunt. Multa etiam
et diuersarum gentium sermone uocantur.
unde et origo eorum uix cernitur. Sunt enim
pleraque barbara nomina latinis i-
cognita et grecis **De glosis**

Glosa greca interpretatione lingue sorti-
tur nomen. Hanc philosophi aduerbium
dicunt. quia uocem illam de cuius requiritur
uno et singulari uerbo designat. quid enim
illud sit in uno uerbo positum declarat. ut
conticescere est tacere. Item latus haurit
apertum. haurit id est percutit. Item cum
terminos dicimus fines. aut populatas
interpretamur esse uastatas. et omnino cum
unius uerbi rem uno uerbo mani-
festamus **De differentijs**

Differentia est species diffinitionis qua scriptores artium de eodem et de altero nominant. Haec enim duo quadam inter se communione confusa, coniecta differentia secernuntur, per quam quid sit utrumque cognoscitur. Ut cum queritur quid sit inter regem et tyrannum, adiecta differentia quid utrumque sit diffinitur, ut rex modestus et temperans, tyrannus crudelis et effrenus. Haec enim cum duo differentia inter se posita fuerit, quid sit utrumque cognoscitur, sit certa.

De barbarismo

Barbarismus est verbum corrupta littera vel sono enuntiatum. Littera, ut floriet, dum florebit dicere oporteat. Sono, si pro media syllaba prima producatur, ut latebre, tenebre. Appellatus autem barbarismus a barbaris gentibus dum latine lingue integritatem nescirent. Unaquaeque enim gens cum subacta Romanis est, cum opibus suis vitia quoque et verborum et morum Romam transmisit. Inter barbarismum autem et barbarolexin hoc interest, quod barbarismus fit in verbo latino dum corrumpitur; barbarolexis vero dum barbara verba latino eloquio inferuntur. Item quando in prosa vitium fit sermonis, barbarismus vocatur; quando vero in metro, metaplasmus. Barbarismus autem fit scripto et pronuntiatione. Scripto quattuor modis, si quis in verbo litteram vel syllabam adiciat, vel mutet, vel transmutet, vel minuat. Pronuntiatione autem fit in temporibus, tonis, aspirationibus et reliquis que sequuntur. Per tempora quidem fit barbarismus si pro longa syllaba brevis ponatur, aut pro brevi longa. Per tonos si accentus in aliam syllabam commutetur. Per aspirationem si adiciatur h ubi esse non debet, aut detrahatur ubi esse debet. Per hiatum quotiens in pronuntiatione scinditur versus antequam compleatur, sicut quotiens vocalis vocali succedit, ut muse aonides. Fit et barbarismus per motacismos et iotacismos et labdacismos. Motacismus est quotiens m litteram vocalis sequitur, ut bonum aurum, iustum amicum. Sed hoc vitium aut suspendenda m littera aut detrahenda vitamus. Iotacismus est quotiens in iota littera duplicatur sonus, ut Troia, Maia, ubi earum litterarum adeo exilis debet esse pronuntiatio ut unum iota non duo sonare videatur. Labdacismus est si pro uno l duo pronuntientur, ut belligio pro religio, vel quotiens unum l exilius, duo largius proferimus. Quod contra est: nam unum largius, duo exilius proferre debemus. Collisio est quotiens novissime syllabe finis in alterius principio est, ut matertera.

De soloecismo

Soloecismus est plurimorum verborum inter se inconveniens compositio, sicut barbarismus unius verbi corruptio. Verba enim non recta lege coniuncta soloecismus est, ut si quis dicat inter nobis pro inter nos, vel date veniam sceleratorum pro sceleratis. Dictus autem soloecismus a Cilicibus qui ex urbe Soloe, que nunc Pompeiopolis appellatur, profecti, cum apud alios commorantes suam et illorum linguam vitiose invicem permiscerent, soloecismo nomen dederunt. Unde et similiter loquentes soloecismos facere dicuntur. Soloecismus autem apud poetas schema dicitur, quotiens versus necessitate mutatur. Cum vero nulla necessitas fuerit, vitium soloecismi culpatur. Soloecismus fit duobus modis: aut per partes orationis, aut per accidentia partibus orationis. Per partes orationis, si alteram partem pro altera ponamus, ut puta si prepositionem pro

qualitates et genera nuncupatos figuras etc.
Prima in ordine sunt soloecismi pars
Donatus composuit. Sunt etiam plures
modi talia leviaque verba vitia plu-
rimorum dixit quos omnis vitare
ponere quod sciatque dicitque vigilans recte loqui-
di tenere studet. De viciis

Vicia apud grammaticos illa dicun-
tur que in eloquio cavere debemus
que sunt barbarismus soloecismus a-
cyrologia cacosyntheton et reliqua.
Barbarismus est unius verbi corruptio.
Soloecismus vitiosa verborum compositio.
Acyrologia id est impropria dictio ut liceat
sperare timenti. Sperare id est non timere
formidare vel sperare. Et gemino
de campo. Sperare id est non gemino dicere
campo idem gemino. Cacosynta-
ton dictio obscena composite sonans
obscena ut Cyrus cum arvis
dictis. Incomposita ut innat ire
rumor dotata castra. Cacephaton cum
sit compositio ab ea sillaba incipit
qua superior finivit. Et si alio
quolibet modo incomposita dictio sit
cacosyntheton dicitur. Pleonasmos ad-
iectio verbi ubi supervacua ad
plenam significationem quale est Virgilio.
ut acceperunt aures cultus et aspicit
alius. Item eum albi sunt in dolo
aure. Et dysphia aure audivit.
Dico non possumus audire in aure.
Et apud Iohannem etiam videmus oculis
nostris id est aliter videmus in oculis
et locutus est de lingua mea. Perissolo-
gia adiectio plurimorum verborum super-
vacua ut vivat Ruben et non
moriatur. Dico id est vivere quod
non mori. Macrologia longiloqu-
ium res non necessarias comprehendens ut
legati non impetrata pace retro un-
de venerant domum reversi sunt. Tau-
tologia est idem verbum iteratum

ut si fata virum servant si vescitur
aura etherea. Item ad. Iacobus
occubat umbris. Eclipsis cuius quod re-
petitur una vox est. Sed verbo simo-
ne annunciata. Eclipsis est defectus
orationis ubi necessaria verba desunt ut
an pharetram comminus dicit. Et cetera
Tapinosis est qualitas status rei
magne dictis infimans ut appa-
ruit rari nantes in gurgite va-
sto. gurgitem posuit pro mari. Caca-
syntheton est vitiosa compositio ut
versaque iuvencum terga fatigamus
hasta. Amphibolia id est ambigua
dictio quod fit aut per casum accusativum.
ut id responsum Apollinis ad Pi-
rrum Aio te Eacida Romanos vin-
cere posse. nunquam in certum qui ipse
Apollo monstravit et victorem fit
et per iuncta distinctionem distinctionem
ut bello ingens gerit ytalia.
Iuncta distinctio. utrum bello ingens
an ingens ytalia fit et per com-
mune verbum ut Deprecatur Catilina
Ciceronem. Epistola vincit. Deignat
antonium. ut Audio et quod vulgat ambi-
guitatem utrum ipsi alios an alii ipsos
deprecati sunt aut calumpniatum sit
et per omonimia. id est nomen multa
significantia ut acies et non addas
aut ferri aut oculorum aut militum. De

Metaplasmus dicitur. metaplasmus
Metaplasmus est transformatio quod sit in
uno verbo propter metri necessitatem et
licentiam poetarum. Cuius species iste
sunt. Prothesis est appositio in principio verbi
ut gnato pro nato. Epenthesis appo-
sitio in medio. ut relliquias pro reli-
quias. Paragoge appositio in fine
ut magis pro mage. Aphaeresis ab-
scisio de principio dictionis ut temno
pro contemno. Sincope abscisio de medio

ut forsan pro forsitan. Apocope ab-
scisio de fine ut sat pro satis. Dia-
stasis productio contra naturam ut ytalia
facto. Sistole correptio contra naturam
ut aquosus orion adorion pro-
ducere dici debet. Dieresis disti-
ctio unius sillabe in duas ut albai
longai pro albe et longe. Sinalimpha
pro conglutinatio duarum sillabarum in
unam ut phiton pro [illegible]. Sina-
limpha est collisio vocalium adiuncta
vocalibus ut atque ea diversa penitus
creata. Ecthlipsis collisio consonantium
cum vocalibus ut multum ille et
terris iactatus et alto. Antitesis con-
traria positio littere pro alia littera ut
impetre pro impetra. olli pro illi.
Metathesis transpositio littere ut
timbre pro timber. euandre pro
euander. Inter barbarismum et
figuras hoc est latina et persarum eloquen-
tium metaplasmum [illegible] dicit. quia
in uno sermone fit. vox incorrupta. Item
inter solecismum et scema id est figuram
sermonum [illegible] figura est quod fit
contra sermonem vox incorrupta. Ergo
metaplasmi et scemata media
sunt et discernuntur vicia et impericia
sunt a adornatum. **De scematibus**

"interpretantur" Scemata greco vel latino eloquio
figure quod sunt dubius ut putantur
pro varias distincto et forte pertin
eloquij ornamentum [illegible] multe
sunt apud grammaticos. Ducuntur iste
Prolempsis est presumptio ubi ea quod
sequi debet ante ponitur ut inter
reges ingenti mole latinus. De-
buit enim sic dicere inter reges
ingenti mole et statim adicere quod
sequitur. [illegible] casus. et inde dicere
latinus [illegible]. [illegible] est ponamus
presumptio [illegible] debuerant re-
ges imponi sunt [illegible] temporibus

et postea additum est [illegible] casus.
Inde presumptio quod ante posita sunt
que [illegible] debuerant. Zeuma est clau-
sula cum plures sensus uno verbo clau-
duntur quod sit [illegible] modis. Item ante
in primo ante in postremo ante in medio poni-
tur verbum quod sensus iungit. In primo
ut vincitur [illegible] nobis
In medio. [illegible] sulphidas forti dicta
est gallia cohorte [illegible]. In postremo.
[illegible] tempore [illegible] atque [illegible]
[illegible] pariter. Ypozeusis est figura
superior contraria ubi in singulis sensibus
propria verba clausula est. ut [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible]. nomen quod
[illegible] quod Silempsis est in dissimilibus
clausulis ante pluralis dictio singulari
verbo finita. ut [illegible] et [illegible] re-
cepto ante singularis dictio plurali
verbo copulata. ut sunt nobis mitia.
poma castanee. molles et pressi.
copia lactis. super [illegible] deberet sunt.
[illegible] non debuit dici est et pressi copia
lactis/ fit a silempsis. non solum
per partes orationis et per accidentia partium
orationis. Item ubi et pro multis unum
et pro uno multa ponuntur silempsis
est. pro multis unum ut est id est [illegible]
quod armato milite complent.
cum non uno sed multis militibus sit
impletus. Item pro uno multa ut in
[illegible] latrones qui cum eo erant crucifixi
erant improperabant ei. ubi pro uno
utrumque inducitur blasphemasse.
Anadiplosis est quando ab eodem verbo
quo prior versus finivit sequens
versus incipit. ut est id est [illegible]
et agmine [illegible] sit titirus orp-
heus. Orpheus in silvis inter del-
phinas orion. Anaphora est repetitio
[illegible] per principia plurimorum versuum
ut nos te dardania incensa
tua quod arma secuti. Nos tumidum

subtexe piceis classibus equor. Epana-
fora est in uno versu per principia sermonum
cumque ubi repetitio. Te nemus
Angitie flevit, te Fucinus unda,
te liquidi flevere lacus. Epizeuxis
est in uno versu congeminatio verbi.
ut sic sic iuvat ire sub umbras.
Epanalempsis est sermonis in principio
versus posita eiusdem in fine repeti-
tio. ut est illud. Crescit amor nummi
quantum ipsa pecunia crescit. Parono-
masia est in significatione diversa
dictio pene eadem. ut est illud. Abire
an obire te convenit. Schesisono-
maton multitudo nominum coniunctorum
quodam ambitu copulata ut nubi-
la nix grando procelle fulmina
venti. Paromoeon est multitudo
nominum ex una littera inchoancium
qualis est apud Ennium. O Tite
tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.
Sed bene Virgilius temperat. non in
toto versu utitur. Hac figura ut En-
nius. sed ut in principio versus tantum ut
est illud. Seva sedens super arma. Et
in medio ut quos Lacius late Lipsos
quos Acca? diximus. Nunc autem in fine.
Sola mihi tales casus Cassandra ca-
nebat. Homoeoptoton est cum
plura verba per unum casum declin-
antur ut est illud. Merentes flentes.
Sed ut cogitat omne tollente
linguam. ... in mane mone-
te. Homoeoteleuton est cum uno modo
plura verba finiuntur. abiit. ab-
scessit. evasit. erupit. Polip-
toton est cum diversis casibus sententia
variatur. ut pro mixtilo mixtilo
ad mixtilo nil posse reliqui. Et
marando a prima marato? post ite-
ratis. Climax gradatio. ita est. Africano
mature tabellas. Hirmos est
series continuata ordinis tenore

suo usque ad ultimum servans ut hoc est
transsi longo locus ipsa porta
efficiat obiectu laterum. Vacatur?
cum ex longo vadit sensus usque
ad illud. Quorum desque atque ... vicinus ...
minet vitibus. Polisinteton est
dictio multis conexa coniunctionibus
ut tectumque laremque armaque. amu-
cleumque canem. Dialiton vel asin-
deton est figura que contra rem absque coniunctionibus
absolute et simpliciter effertur. ut venimus.
vidimus. placuit. Antitheton est
ubi contraria contrariis opponuntur ut sim-
pliciter videbat. ut est illud. Frigida
pugnabant calidis. humentia siccis
mollia cum duris. sine pondere
habentia pondus. Hypallage quotiens
per contrarium verba intelliguntur. ut dare
classibus austros cum ventis naves
demus. vel navibus ventos. De tropis

Tropos grece nomine latine
vocant. quia latine modi locutionum
interpretantur. Sunt autem significationum
ad usus proprios similitudo. Quorum nomina
difficillimum est annotare. Sed ex omnibus
donatus xiii. usui tradenda conscripsit.
Metaphora est ubi aliquam usurpatur
translatio. sic cum dicimus fluctuare
segetes. gemmare vites. Dum in ipsis
rebus fluctus et gemmas non invenies
in quibus hec verba aliunde transferuntur. Hec
autem atque alie tropice locutiones ad ea
que intelligenda sunt. propriis figuris
animalibus conteguntur. ut est. et legentes
exercant. et ne nuda atque in promptu
omnibus invilescant. Fiunt autem
metaphore modis quattuor. Ab animali
ad animale. ab inanimali ad animale. ab
animali ad inanimale. ab inanimali ad inanimale.
Ab animali ad animale ut alligeros con-
scendit equos. Metaphora loquens
misceat quadrupedi alas avis

zq̃ ẽu d̃ta petincit. iusaint
volatili cuius quadrupedibus. z ysyphu
auriga a latis fete ca'inc. Itẽ
ut gubnator z auriga aiaz hīt.
Ab iaiali ad iaiale. ut pontu
ping edt. fulca pmit alta cau
ua. Insaint ipse terre aquis d'n
auie z fulca pmit ad tra pacia
ĩ ad aiac z ut pelagg temc
vates. Itẽ z pelagg z vates aiaz
whit. Ab aiali ad iaiale ut tu
neptune pt cui tepod cana
carpata. Cuitta falo reponat. ma
gnus cui spete unto psfint ocea
nus z sima dubiq caut. Concutu
cuy tempa z aucs id ad otia 7
ptinet ad hõiz. Et athlantis
tinctu hyssidue cui imbibq atti
p imspps cap uento pulsit
z imbri. Itẽ ut q alia st. Ita
mos aiaz whz cui imbra hõis
asciunt. Ab inaiali ad aiale
ut floiada iunctiq iusaint cuy
flores d aiales iunctum q aiauy
hz z ut id. si tuy pettoe vobing
capis. Itẽ ut rebur whz aiaiy
ita tuus cui q d'n aiaiy het
tuc za a rep uoi. De alis quẽ
da g'e gy dctauissime. De tovis
grad tussime. Metaphoa cuy
at uniq ptis e. ut fluctuat sege
tes. ud cuy pt dia segetat. fluc
tus. Aut antistropha e id e co
uptia ut remigiu alaz. Itẽ z
alas nauiu z remigiu alaz.
diaq Catachresis e alicne rei
nomd appositu. q̃ co a metaphoa
differt. q' ista vocabulu hĩta largit
q̃ q. id hz hz alicno uti. ut e
fata q similima lanis et
tentamq. Aut una abe intis
q facit. frontibq z loga pultat

vada. pulsa. caua. d'n facies z
frons hõis tuy z aiaiu sunt.
Et nomd si poeta nam tis a
propriis q ee 7 ade pti dict uo
quo. Metalempsis e tropus intm
ans a pcedente qd se. ut que
mauq ve caute nodosa q vent
gaiunt. Itẽ p manu uba p
gaudine litte q̃positate st. Me
tonomia e tussioratio ab alia
significat ad alia q̃ndi proximitate
tusslata. z fit q̃ mltis mõis. Aut
cuy p q̃tinet p id q̃ q̃tine ondit
ul e q. Aut p inuentore inuctu
ul p inuctu inuctore. Aut p
efficiens effm ul e q. P q̃tinens
q̃tentu. ut theat plaudit. hic
bones mugiunt. P q̃tentu con
tines. ut cappgaudet. ut va
leyon. d'n uo illic q̃ doniq e
audet. Itẽ p inuctore inuctu
ut sin cere z baco friget ving.
z q̃pupta vlcany. mittat ad
astra familla. Vult. n. p vlcany
inuctu ductia intelligẽ pont
p baccho uitis ductore. vinu.
p venere libidine. p vlcanny
igne. Contra uo p inuctu duc
tore. ut cu vinu poiuq p baccho
q̃ p'mu ap grecos vinu inuenit
Itẽ p effcens effm. ut pigra frigus
pigros hõies faciat. z tior palli
dus. eo q pallidos faciat. Et cot
p effm effens. ut inigit apros
amo genitor spumantia q ad
dit frena feris. Spumantia frena
dixit cu utiq ipsa n faciat
spumas. Sed equi eys agitati.
h' spuma asgat ipsa. Anto
nomasia e pnoic .i. loco nois
posita. ut media grtt p illaco
. q̃ tropus fit tbq mõis. Ab aio.
A corpe. Extrinsecq. Ab aio. ut

magnanimusque anchisiades. A corpe
ut ipse ardentes. Epitetus ut
infelix puer atque impar congressus
achilli. Epitheton est nomen sup
positum proprio. ut ipse nox ut
alma ceres. obscenique canes. impor
tuneque volucres. Inter anthono
masiam autem et epitheton hoc interest
quod anthonomasia pro vice nominis
ponitur. Epitheton autem numquam est sine nomine
ternibus duobus temporis ut vituperandi
aliquem. vel ornandi. vel laudandi.
Synodoche est conceptio. cum a parte
totum vel a toto pars intelligitur. Et hoc n-
et pro specie genus. et pro genere species. Ad-
monstratur. Et species pars est generis
a toto. Et toto cum pars intelligitur
ut quod multe glomerantur aves.
ubi frigidus annus ponto fugat.
Ubi cum totus annus frigidus est sed pars
anni .i. yemps. A parte
totum. ut flammas cum regia
puppis extulerat. cum non solum
puppis sed navis. et non navis
sed que in ea erant. et non omnes sed
unus flammas extulerat. Onomo
mapoteia est nomen fictum ad
imitandum sonum vocis confuse
ut stridor rudentum. hinnitus
equorum. mugitus boum. balatus ovium etc.
Perifrasis est circumlocutio dicendo
res una pluribus verbis exprimitur
significatur. ut auras vitales
carpit. Periphrasis cum pro copu
latione verborum una res .i. vivit
fit autem tropus est geminus. Ita
dat veritate splendidam exornat
aut feditatem circuitu quodam
evitat. Veritatem splendidam produ-
cit. ut est id est. Et iam prima novo
spargebat lumine terras titani
croceum linquens aurora cubile.
Veritatem cum dicitur in lucem probat

autem ducis orti. cum feditatem tan-
tum evitat. ut placidumque petivit
coniugis infusus gremio per membra
soporem. cum turpem evitat obscenitatem
et clarius dixit cubitum. Hyperbaton
est transcensio. cum sibi verbum de sua
ordine mutatur. Huius quinque sunt
species. anastrophe. hysteron proteron.
parentesis. themesis. sinthesis.
Anastrophe est verborum ordo prepositus.
ut littora circum. pro circa littora. Hyste-
ron proteron est sua ordine mutata.
ut postquam altos tetigit fluctus et
ad aquam venit. Ita cum ad aquam
venit et sic tetigit fluctus. Pare-
thesis est sine interpositio quia ex
medio ratio integer sensus produ-
rat. ut eneas. neque enim patrium
consistere mentem passus amor rapidum.
ad naves premittit achatem. ista
id est dixit parenthesis. Themesis
est sectio unius partis per interpositionem
verborum. ut multo nebule circum dea
fudit amictu. Sintesis est ubi
...ordo partis confusa sunt verba. ut iuve-
nes fortissima frustra pectora. si
vobis audendi extrema cupido est.
certa sequi. que sit fortuna videtis.
Excessere omnes adytis. arisque
relictis. dii quibus imperium hoc steterat.
succurritis urbi incense moriamur.
et in media arma ruamus. Ordo
talis est. Iuvenes fortissima
pectora. frustra succurritis urbi ince-
nse quia excessere dii etc. Si
vobis certa cupido est mecum audien-
di extrema. ruamus in media arma
et moriamur. Hyperbole est excessus fidei
excedens ultra quam credendum est. ut
sydera verberat unda. et terram inter fluc-
tus aperit. Et cum in ult... fide de
auget. ut tu a limite significand...

virtutes curat. quamvis verba que dicuntur
excedunt ut loquitur in fallaciam
capiatur. Quo tropo non solum augetur
aliquid sed et minuitur. Augetur ut velo-
cior euro. Minuitur ut mollior
pluma. dulcior sapo. Allegoria
alienum loquium. aliud cum sonat
contrarium intelligitur. ut tres litore cor-
vos conspiciat errantes. ubi tres
duces belli punici significantur. vel
tria bella punica. ut in bucolicis
decem aurea mala misi. i. ad au-
gustum decem eglogas pastorum. Huius
autem tropi plures sunt species. ex quibus vii
usui precipua eminent. yronia sed
antifrasis. et enigma. carientismos
os. paroemia. sarcasmos. asti-
smos. Yronia est tropus per pronun-
ciationem contrarium ostendens intellectum. Hec
cum accidit aut per accusationem aut per
insultationem aliquid dicitur. ut est illud. Urbis
auctor domos i.a. se iacet dau-
la dolus et clausa ventorum carcere
regnet. Et quod aula si tacuerit
dolui cum pronunciationem. Carcer
cum pronunciatio est. iacet in aula
yronia est. et totum per contrarium pronuncia-
tionem annunciatur. i. per yronie speciem
quod laudatio dicitur. Antifrasis est
unius verbi intelligendum. ut lucus
quod caret luce. propter nimiam nemorum
umbram. et manes i. mites et
modesti. cum sint immites et ter-
ribiles. Et parce et eumenides furie
quod nemini parcant. vel benefaciant.
Et tropos. et nanos. athlantes.
et cecos. videntes. et vulgo ethyo-
pes argenteos appellant. Inter yro-
niam autem et antifrasim hoc distat
quod yronia pronunciatione sola indicat
quod intelligi vult. ut cum dicimus
bene male agenti bonum est quod facis.
Antifrasis vero in uno verbo pronuncia-
tionis significat contrarium. sed prius cum verbis
cum qui pro ergo contraria est. Enigma
est quod obscura quedam difficile intelligi
capiatur. ut est illud. De comedente
exiuit cibus et de forti egressa est
dulcedo. significans ex ore leonis
favum extractum. Inter allegoriam
autem et enigma hoc interest quod alle-
goria vis gemina est. et sub re-
aliis alias figuraliter indicat. Enigma
vero sensus tantum obscurus est. et per quasdam
ymagines adumbratus. Carien-
tismos est tropus quo dura dictu
gratius proferuntur. uti cum interrogati-
bus nos. numquid nos quesierit
aliquis. respondemus bona fortuna. Unde
intelligitur neminem nos quesisse. Paro-
emia est verbis et temporibus accomoda-
tum proverbium rebus ut quod stimulum
calcitras dum resistas adversus resi-
stendum temporibus ut lupus est
in fabula. Sarcasmos est hostilis
irrisio cum amaritudine. ut vides
hoc est et numquam ibis pelide geni-
tori illi mea tristia facta degene-
remque neoptolomum narrare memen-
to. Huic contrarius est astismos i. ur-
banitas sine iracundia. ut est illud.
Qui bavium non odit amet tua
carmina mevi atque idem iungat
vulpes et mulgeat hyrcos i. qui
bavium non odit pena ei contingat
ut diligat mevium. fuerunt autem
mevius et bavius poete pessimi
et inimici virgilii. Unde hos qui diligit
faciat quod contra naturam est. i. iungat
vulpes. et mulgeat hyrcos. Omoe-
osis est que latine interpretatur similitudo
per quam minus note rei demonstratio
per relationem eius que magis nota est
panditur. Huius autem tres sunt species.

ycon. parabola. paradigma. i. ymago.
comparacio. exemplum. Ycon est ymago cum figuram
rei ex simili genere conamur exprimere.
ut poeta in mauro similis. vocemque
coloremque et crines flavos et membra
decora iuventa. Congrua cum est
similitudo et species quam animus prima indicat
Parabola est comparacio ex dissimilibus
rebus ut qualis in arvis estifere
Libie visus leo comminus hoste
subsedit. ubi leoni Cesarem com-
paravit. non ex suo sed ex alio genere
similitudinem faciens. Paradigma vero
est exemplum dicti vel facti alicuius aut
ex simili aut ex dissimili genere conveniens
rei quam proponimus ita. Tam fortiter
periit apud Ipponem Scipio quam
Utice Cato. Similitudo autem tribus modis
fit. A pari. a maiori. a minori. A
pari. Ac veluti magno in populo
cum sepe coorta est sedicio. A maiore ad
minus. Qualis commixtum ventis
per nubila fulmen. A minore ad
maius. Si potuit manes arce-
ssere coniugis Orpheus. Threicia
fretus cythara. fidibusque canoris quasi
dicat. ve. parva et rerum. i. si ille
cythara fretus ego pietate. De prosa

Prosa est producta oracio
et a lege metri soluta. Prosum
enim antiqui productum dicebant
et rectum. Unde ait Varro apud Plautum
prosis lectis significari rectis. Unde
etiam que non est perflexa numero sed
recta oracio prosa dicitur in rectum producendo.
Alii prosam aiunt dictam ab eo quod
sit profusa. vel ab eo quod spaciosius
proruat et excurrat. nullo sibi
termino prefinito. Preterea tam apud
grecos quam apud latinos longe anti-
quiorem curam fuisse carminum
quam prose. Omnia enim prius versibus condebantur.
prose autem studium sero viguit. Primus
apud grecos Feretides Sirius soluta
oracione scripsit. apud romanos autem
Appius Titus adversus Pirrum
solutam oracionem primus exercuit. Iam
exhinc et ceteri prose vel elo-
quencia contenderunt. De metris

Metra vocata quia certis
pedum mensuris atque spaciis
terminantur. neque ultra dimensionem
temporum constitutam procedunt. Mensura enim
greca metron dicitur. Versus autem dicti ab eo quod
pedibus suis in ordine suo constituti
certo fine moderantur per articulos
que cesa et membra vocantur. Qui ne
longius provolverentur quam iudicium posset
sustinere. modum statuit racio unde
reverteretur. Unde et ab eo ipso versus vocatur
quod revertitur. Cui adheret rithmus
qui non est certo fine moderatus. sed tamen ra-
cionabiliter ordinatis pedibus
currit. Qui latine nil aliud quam
numerus dicitur. unde est illud. Numeros memini si
verba tenerem. Carmen vocatur quicquid
pedibus continetur. Cui datum nomen
existimant seu quia carptim pronun-
ciaretur. unde hodie lanam quam purg-
antes discerpunt carminare dicimus
seu quod illa caneret vite car-
mine existimabatur. Metra vel a pedibus
dicuntur. vel a quo conduntur. vel ab
inventoribus. vel a numero syllabarum
A pedibus ut dactilica. iambica.
trocaica. A trocheo enim trocaica
A dactilis dactilica et alia a pe-
dibus suis metra nascuntur. A
numero ut exametrum. pentametrum.
trimetrum. Nam senarios versus nos ex
numero pedum vocamus. Quos greci quia
geminos feriunt ictus trimetros
vocant. Exametros autem primus apud
latinos Ennius scripsisse dicitur. eos
longos vocant. Alii vero ab inventoribus

appellata dicuntur ut anacreontia
sapphica. archilochia. Ita anacreon-
tica metra anacreon composuit.
Sapphica sappho mulier edidit. Ar-
chilochia archilochius quidam scripsit.
Colophonios colophonius quidam
composuit. Horatianos quia repertor est
horatius quem arcaicis. Simoni-
dia quae metra simonides poeta
lyricus composuit. A scriptoribus ut
asclepiadia. Non quod asclepius ea
invenit sed proinde ita vocata sunt
quod eis eleganter et frequentissime
usus sit. Rebus quae scribuntur ut
heroica. elegiaca. bucolica. Hero-
icum carmen dictum quod eo virorum
fortium res et facta narrantur. Nam
heroes appellantur viri quasi aerii
et caelo digni propter sapientiam et fortitudinem.
Quod metrum auctoritate cetera metra
praecedit unum omnibus tam maioribus
operibus aptum quam paribus suavitatis
et dulcedinis aeque capax. virtutibus
iterum nomen solus obtinuit ad
memorandas res heroum vel Ita
et pedibus simplicissimis legitur. constat
ex duobus pedibus dactylo scilicet et
spondeo. ac saepe per se ut contigit
ut ex illo. vel quod tympanaque sit
compositum quam si instituatur consing-
ulis. Hunc autem metrum priorem ferunt
primum moysen dedisse in cantico deuterono-
mii longe ante pherecidem et home-
rum modum cecinisse probatur.
Unde apparet antiquius apud hebraeos
fuisse studium carminum quam apud
gentiles. Siquidem et iob quod moysi
temporibus adaequatur in suo
dactylo spondeo quam decurrit. Hunc apud
graecos pherecides syrus scribitur
primum composuisse. vel ut alii putant
pherecides syrus. Hoc autem metrum ante

homerum pythicum dictum est. Post
homerum vero heroicum vocari cep-
tum. Pythicum autem dici volunt eo quod hoc
genere metri edita sint apollinis
oracula. Nam cum in parnaso pythonem
serpentem in vindictam matris
sagittis insequeretur. accolae delphici
hoc illum metro hortati sunt dicentes
ut tiraniam aut. Elegiacum di-
ctum eo quod modulatio eiusmodi carminis
conveniat miseris. Terentianus aut
hos elegos dici solet quod clau-
sula talis tristibus ut videtur
aptior esse modis. Quis autem primo con-
scripserit non satis est dubitandum vel quod ap
nios enim hoc prior usus sit. Colo-
phonium quendam quidam
archilochum auctorem alii vel victorem
volunt. Bucolicum carmen id est
pastorale plerique siracusis primum
a pastoribus compositum opinantur. non-
nulli vero lacedemone. Transeunte
enim rege xerse persarum
spartanae virgines sub hostili me-
tu nec urbe egredi nec pom-
pam solitam facere possent. chorum quem
agrestis dianae de more decebat
turba pastorum inculto percinit.
Hoc enim carmen confictis cantibus
celebraverunt. Appellatur autem bucolicum
a maiore parte quamvis opilionum
caprariorum sermones ipsis carminibus
inserantur. Hymnos primum david
prophetam in laudem dei composuisse et
cecinisse manifestum est. Deinde apud
gentiles prima memmia timotoe
hymnos fecit in apollinem et mu-
sas. quae fuit temporibus eo lege dicitur
dii. Hymni autem ex graeco in latinum
laudes interpretantur. Epithalamia
sunt carmina nubentium quae cantantur
a scolasticis ad honorem sponsi et
sponsae. Haec primum salomon edidit in laudem

xpi et ecclesie. Ex hoc gentiles sibi epithalamium vindicaverunt. Et sic istius generis carmen assumptum est. Quod genus primum a gentilibus in scenis celebrabatur, postea tantum in nuptiis est assumptum. Vocatum autem epithalamium eo quod in thalamis decantetur. Threnos quod nos latine lamentum vocamus, primus versu Ieremias composuit super urbem Ierusalem et populum quando captivus ductus est. Post hunc apud grecos Simonides poeta liricus. Adhibebatur autem funeribus atque lamentis, similiter et nunc. Epitaphium grece, latine super tumulum. Est enim titulus mortuorum qui in dormitione eorum fit qui iam defuncti sunt. Scribitur enim ibi vita, mores et etas eorum. Poesis dicitur greco nomine opus multorum librorum. Poema unius, ut idillion paucorum versuum. Distichon duorum, monostichon unius. Epigramma est titulus qui dicitur latine superscriptio. Epi id est super, gramma littera vel scriptio dicitur. Epodon in poemate clausula brevis. Dicitur autem epodon quod inclinatur ad superioris elegiaci carminis, ubi premisso versu longiore alter brevior compositus atque in singulis quibusque maioribus repetitis minores quasi claudere videntur. Clausula autem a liricis appellatur quia prepositos versus integros subiectos, ut apud Oratium: Beatus ille qui procul negotiis. Deinde sequitur: Ut prisca gens mortalium. Dicit et dicolos alteros quia aliquantos desit. Centones apud grammaticos vocari solent qui de carminibus Homeri vel Virgilii ad propria opera more centonario ex multis partibus hinc inde compositis in unum sarciuntur corpus ad facultatem uniuscuiusque materie. Denique Proba uxor Adelphi centonem ex Virgilio de fabrica mundi et evangeliis plenissime expressit, materia composita secundum versus et versibus secundum materiam concinnatis. Sic quoque Pomponius quidam poeta ex eodem inter cetera stili sui otia Titirum in Christi honorem composuit. Similiter etiam Eneidos.

De fabula

Fabulas poete a fando nominaverunt, quia non sunt res facte, sed tantum loquendo ficte. Que ideo sunt inducte ut per conficta mutorum animalium inter se colloquia imago quedam vite hominum nosceretur. Has primus invenisse traditur Alcmeon Crotoniensis, appellanturque esopice, quia is apud Frigas in hac re polluit. Sunt autem fabule aut esopice aut libistice. Esopice sunt cum animalia muta inter se sermocinasse finguntur, vel que animam non habent, ut urbes, arbores, montes, petre, flumina. Libistice autem dum hominum cum bestiis aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium. Fabulas quoque poete quasdam delectandi causa finxerunt, quasdam ad naturam rerum, quasdam vero ad mores hominum interpretatas finxerunt. Delectandi causa, ut quas vulgo dicunt, vel quales Plautus et Terentius composuerunt. Ad naturam rerum, ut Vulcanum claudum fingunt, quia per naturam numquam rectus est ignis. Ut illa triformis bestia: prima leo, postrema draco, media ipsa Chimera, id est caprea, etates hominum per eam volentes distinguere, quia ferox et horrens prima est adolescentia, ut leo; dimidium vite tempus lucidissimum, ut caprea, eo quod acutissime videat. Tunc sit senectus casibus inflexis, ut draco. Sic et Hippocentaurum fabulati sunt confictum, id est hominum equis mixtum, ad exprimendam humane vite velocitatem

que [illegible] constat ex [illegible]. Ad mo-
res ut apud oracium mus loquitur muri
et mustela vulpecule, ut per narra-
cionem fictam ad id quod agitur verax signifi-
cacio referatur. Unde et esopi tales sunt
fabule ad morum finem relate, ut
patet de libro iudicum. ligna sibi
regem requirunt et locuntur ad olivam
et ad ficum et ad vitem et ad rubum. Quod
totum utique ad mores fingitur ut ad
rem que intenditur ficta quidem narracio-
ne sed veraci significacione veniatur.
Sic et demostenes orator fabulam
habuit adversus philippum. Qui cum ab
atheniensibus postularet ut sibi
x oratores darent ut discederet finxit
ille fabulam qua dissuaderet dicens
lupos aliquando pastoribus quorum diligenciam
capere voluissent suasisse ut in
amiciciam convenirent ea tamen condicione
ut si canes in quibus erat causa iurgiorum
iure illis traderent annuisse pasto-
res et in spem securitatis dedisse ca-
nes quos ovium suarum vigilantissimos
custodes habebant. Tunc lupi adempto
omni formidinis metu quidquid in gregibus illis
erat non solum pro sacietate sed etiam
pro libidine lacerasse. Philippum quoque
principes populi postulare quo facilius
posset opprimere spoliatam custodibus
urbem. De hystoria et vocabulo eius
i. De primis auctoribus hystoriarum ii.
De utilitate hystorie iii. De generibus hy-
storie iiii. De hystoria

Hystoria est narracio rei geste per quam
ea que in preterito facta sunt dinoscuntur.
Dicta autem grece hystoria a. π. o. τ. ι. σ. τ. o. ρ. ε. ι. ν.
id est videre vel cognoscere.
Apud veteres enim nemo conscribebat hystoriam
nisi is qui interfuisset et ea que conscribenda
videsset. Melius enim oculis que fiunt
conprehendimus quam que audicione colli-
gimus. Que enim videntur sine men-
dacio proferuntur. Hec disciplina ad gramma-
ticam pertinet quia quidquid dignum memoria
est litteris mandatur. Hystorie autem
ideo monumenta dicuntur eo quod memoriam
tribuant rerum gestarum. Series autem dicta
per translacionem a sertis florum invicem
conprehensorum.

Hystoriam autem apud nos primus
Moyses de inicio mundi conscripsit.
Apud gentiles vero primus dares
frigius de grecis et troianis hysto-
riam edidit quam in foliis palmarum
ab eo conscriptam esse ferunt. Post daretem
autem in grecia herodotus hystoriographus
primus habitus est. Post quem ferecides
claruit hiis temporibus quibus esdras
legem scripsit.

Hystorie gencium non impediunt
legentibus in hiis que utilia dixerunt.
Multi enim sapientes preterita hominum
gesta ad institucionem presencium hysto-
riis indiderunt. Siquidem et per hysto-
riam summa retro temporum annorumque
supputacio conprehenditur et per consulum regumque
modus est qui ex particulari concludit dedica-
tiva et universali abdicativa abdicativam
particularem directam. ut quoddam iustum
honestum. nullum turpe honestum. quoddam
igitur iustum non est turpe. Quartus modus
est qui concludit ex particulari dedicativa
et universali abdicativa. abdicativam
particularem directam. ut quoddam iustum
non est turpe. omne malum est turpe.
quoddam igitur iustum non est malum. Formule
tercie modi sunt sex. Primus
modus est qui concludit ex dedicativis
universalibus dedicativam particularem tam direc-
te quam reflexive. ut omne iustum
honestum. omne honestum iustum. omne
iustum bonum. quoddam igitur honestum bonum.
quoddam bonum honestum. Secundus modus
est qui concludit ex dedicativis particulari
et universali. dedicativam particularem directam
ut quoddam iustum honestum. omne
iustum bonum. quoddam igitur honestum bonum.
Tercius modus est qui concludit ex universali
dedicativa et particulari abdicativa. ab-
dicativam particularem directam. ut omne
iustum honestum. nullum iustum malum.
quoddam igitur honestum non est malum.
Quartus modus qui concludit ex dedicativa

particulari et abdicativa vel abdicativam particularem ducentem. ut quoddam iustum honestum. non omne iustum malum. quoddam igitur iustum non est malum. Sextus modus est qui ducit ex abdicativa vel universali abdicativa particularem abdicativam particularem ducentem. ut nullum iustum honestum quoddam iustum non est malum. quoddam igitur honestum non est malum. Has formulas categoricorum syllogismorum qui plene nosse desiderat librum legat qui scribitur perihermenias Apulei. et que subtilius sunt tractata cognoscet. Ostensa enim atque compilata ad magnas intelligentie vias lectorem perducere studio introducuntur. Sunt ad hypotheticos syllogismos oratorie scripti inter

De modis syllogismorum hypotheticorum

Modi syllogismorum hypotheticorum qui fiunt cum aliqua conclusione sunt septem. Primus modus est. Si dies est lucet. est autem dies lucet igitur. Secundus modus est. Si dies est lucet. non lucet. non igitur dies est. Tertius modus est ita. Non et dies est et non lucet. atqui dies est. lucet igitur. Quartus modus est ita. Aut dies est aut nox. atqui dies est. nox igitur non est. Quintus modus est ita. Aut dies est aut nox. atqui nox non est. dies igitur est. Sextus modus est ita. Non dies est et lucet. dies autem est. nox igitur non est. Septimus modus est ita. Non et dies est et nox. atqui nox non est. dies igitur est. Quos modos hypotheticorum syllogismorum qui plenius desiderat nosse librum legat Marii Victorini qui inscribitur de syllogismis hypotheticis. Sunt ad dyalecticas diffinitiones

speciebus accurate. que tanta dignitate precellunt. ut possint iudiciorum apte manifestationes et indicia dicti omnium.

De divisione diffinitionum et de

Marii Victorini de diffinitionibus

Diffinitio philosophorum est que de rebus compositis explicat quid res ipsa sit. qualis sit. et quemadmodum suis membris constare debeat. Est enim brevis oratio unicuique rei propriam a communione divisam significationem concludens. Divisio diffinitionum in partes quindecim colligitur. Prima species diffinitionis est ousiodes id est substantialis que proprie et vere dicitur diffinitio. ut est homo animal rationale mortale sensus disciplineque capax. Hec enim diffinitio per species et differentias venit ad proprium et designat plenissime quid sit homo. Secunda species diffinitionis est quae grece ennoematice dicitur. latine notio nuncupatur. quam notionem nostro non proprio nomine possumus dicere. Haec isto modo efficitur. Homo est quod rationali conceptione et exercitio preest cunctis animalibus. Non enim dixit quid est homo. sed quid agat quasi quodam signo in notitiam devocato. In ista enim et in reliquis notitia rei profertur. in substantiali expressa diffinitio. Et quia substantialis est diffinitionum omnium obtinet principatum. Tertia species diffinitionis est que grece poiotes dicitur. latine qualitativa. que a qualitate nomen accepit. pro eo quod quale sit. id quod sit evidenter ostendit. tamquam homo talis est. Homo est qui ingenio valet. artibus pollet. et cognitione rerum quod agere debet eligit. animadversione quod inutile est contempnit. His enim qualitatibus expressus ac diffinitus est homo. Quarta species diffinitionis est

quam greci ypographicon latine a tullio
descripcio vocatur. que adhibet tantum
dictorum factorumque vel quid sit descriptione
declarat. Cernitur cum quis avarus sit
quis vilis quis luxuriosus et vilis a
turbulentis animi. luxuriosi naturalia
describitur, ut si voluerimus luxuriosum
diffinire dicimus luxuriosus est victus
et vanitatum sumptuosi et honoris
appetens vel deliciis affluens vel libi-
dine promptus. Sic et cetera diffiniunt
luxuriosum sed per descripcionem diffiniunt.
Hec species diffinitionis oratoribus magis
apta est quam dyalecticis quia latitudinem
habet. que similibus et dissimilibus rebus ponitur
et vitalis. // Quinta species diffinitionis est qua
greci cata antilexin latine ad verbum
dicunt. Hec vocem illam de qua requiritur
alio sermone designat. uno atque
singulari et quodammodo quid id sit nomine
verbo positum. Uno verbo alio declarat
ut conticescere est tacere. Item ad terminum
dicamus finem. aut populatas interpretemur
esse vastatas. // Sexta species
diffinitionis est quam greci catadiaforam
nos per differenciam dicimus. Hec porro ... vero
... et de alio vocant
et ad quid ... quod intersit inter regem
et tyrannum adiecta differentia quid uterque
sit diffinitur. id est rex est modestus et temperatus
tyrannus vero impius et immitis.
Septima species diffinitionis est quam greci catametha-
phoram latini per translationem dicunt
ut Cicero in topicis. litus est quo
quamque fluctus eludit. Hec varie
tractari potest. modo enim ut moneat.
modo ut designet. modo ut vituperet
modo ut laudet. ut moneat. no-
bilitas est onus maiorum posteris
sarcina. ut designet. apex est
... corporis. ut laudet. adolescentia

est flos etatis. ut vituperet
divicie sunt brevis vite longum
viaticum. // Octava species diffinitionis est
quam greci catauffereson atque e-
nantion. latini per privantiam contrarii
eius quod diffinitur dicunt. Bonum est
quod malum non est. Iustum est quod iniustum
non est. et hiis similia. Sed uti debemus hoc genere
diffinitionis ubi contrarium notum
est. ut si bonum est quod prodest
cum honestate id quod tale non est
malum est. // Nona species diffinitionis est quam
greci catauppotiposin. latini
per quandam ymaginationem dicunt. ut
Eneas est veneris et anchise filius.
Hec per individuis utitur. que greci
athoma appellant. // Decima species diffinitionis
est qua greci ke ita ta ta di ti ta
... ao ... latini per
quandam ymaginationem dicunt plenum ex
eodem genere. ut si queritur quid sit animal
videtur homo. Rex cum quesitum per
dictum declaravit ... Hec est autem
species diffinitionis quod sit id quod queritur
declarare. // Undecima species diffinitionis est qua
greci catanalogia latini iuxta
proportionem dicunt. id est per indigentiam
pleni ex eodem genere. ut si queratur
quid sit triens. videatur quod ei desit
ut sit assis. // Duodecima species diffinitionis
est quam greci catepenon id est per
laudem dicunt. ut Tullius pro Cluencio
lex est mens et animus et consilium et sententia
civitatis. Et alias. pax est tranquilla
libertas. Fit et per vituperationem quam
greci psogon vocant. ut servitus
est postremum malorum omnium. que non
modo bello sed morte quoque repellenda
est. // Terciadecima diffinitionis species est quam greci
catatonprosti latini ad aliquid vocant

ut est id. prius est tam consilium. Duo
est tamquam est finis. Quindecima species diffinitionis
est quam dicunt a grecis catatonimus.
ut apud Victorinum philosophus. Homines est
quod plures amplectitur partes. Item
pars est quod subest generi. Decimaquarta species
diffinitionis est quam greci cathacthiologia
latini secundum rationem vocant. Dies
est sol super terras. Nox est sol sub
terras. Hec autem XV species
diffinitionis topicis mixte sunt partes.
Et quia inter quedam argumenta
sunt posite et nonnullis locis commemorantur
in topicis. Nunc ad topica
veniamus, que sunt argumentorum
sedes, fontes sensuum et origines
dictionum.

De Topicis

Topica est disciplina inveniendorum
argumentorum. Divisio
topicorum sive locorum ex quibus argumenta
dicuntur triplex est. Nam alia
in eo ipso de quo agitur herent. Alia
que dicuntur effecta, que quodammodo ex rebus
aliis tracta noscuntur. Alia que
assumuntur extrinsecus. Argumenta
que in eo ipso de quo agitur herent
in tribus divisa sunt. Prima a toto.
secunda a parte. tertia a nota. Argumentum
a toto est cum diffinitio adhibetur ad id quod
queritur, sicut ait Cicero: Gloria est
laus recte factorum magnorumque
in rem publicam fama meritorum. A
partibus est argumentum cum is qui se
defendit aut negat factum
aut factum esse iure defendit. A
nota est argumentum cum ex vi
nominis argumentum aliquod eligitur, ut
Cicero: Consulem ego quem appellem
quem dicto magistratus consulem
potestatem? Effecta argumenta sunt, ut
quodammodo ex rebus aliis tracta
noscuntur. Primum a coniugatis, id est
primum a coniugatis. Argumentum est cum
declinatur a nomine et fit verbum, ut
apud Verrem dicat: compilasse provinciam,
ut nomina verbo cum latrocinio
agnovi dicitur latro. Nomen est a nomine,
ut tenacitas. Interceptio est amicam,
vel amicitiam. Dum videt virgo
Apollonis posthumitas. Vel a verbis
declinatione facta. Deinde argumentum
a genere est cum de eo agitur que sua de re(?),
ut Virgilius: Varium et mutabile.
Tertia a specie argumentum est cum generali
questioni fidem species facit, ut non sic Frigius
penetrat Ydam Lacedemona pastor.
A simili argumentum est cum de rebus aliquibus
similia proferuntur: Ariadne tela in
ullis errata frustra. Torserit
iuvenalis. Sectantur et dum corpora geminum
singularis campus. A differentia argumentum
est cum per differentiam aliquid separatur, ut
Virgilius: Non Diomedis erit, nec
tristis Achilles. A contrariis
argumentum sumitur cum res discrepantes
sibimet opponuntur, ut Virgilius:
Corporali viciniam se tamen morteque
carens. Fas tenebrarum certus quod
contra periculum luxuriet civitates. A consequentibus
argumentum dicitur per que quibus
posita res ad incontrabilem(?) consequitur,
ut Virgilius: Non ea ruinis cum novo
ut tanta superbia victis. Ab antecedentibus
argumentum est cum ad aliquid que sunt
que prius gesta sunt comprobantur, ut apud
Cicero: Cum ea dubitaverit capie-
que de cogitaverit vos potestis dubitare
que fecerit. A repugnantibus argumentum
est quod id quod obicitur alia quadam contrarietate
depravatur, ut apud Is igitur non modo
de tali periculo liberavit, sed honore
amplissimo dictatorem domui te inficere

voluisse. A coniugatis argumentum est
cum quid probabiliter ostenditur quod sit quod re-
quiras veritatem. ut vigiles vos
si appellant vigiles ... tenent
qui ... esse [illegible] sub iuga
mittunt. A causis est argumentum
quod componitur. quando res quaeque tractatur ut
termag ... in [illegible] ...
ductum absque tamen ut facias
[illegible] suorum posuit dolis ut
me deludas. Ab effectivis argumentum
est cum ex his quae facta sunt ad approbatur.
ut vigilans. A genere quos tuos
arguit. A comparatione argumentum est
quod per collocationem personarum sive causarum
sive ... sub imputatione formu-
lantur ut vigilans. Tu potes me-
ritis ... [illegible]
nos ad ... vitales vixisse ne-
... est. Item argumenta quae
dicuntur extrinsecus quae greci atechnos
id est artis expertes vocant ut est
testimonium. Testimonium autem constat re qui-
dem duobus modis id est primo ex persona
2º ex natura auctoritate. 3º ex temporibus au-
ctoritatem. 4º ex dictis factisque maio-
rum. 5º ex tormentis. 3º superior
modus qui est ex temporibus ... est
dividitur. primo ingenio. 2º opibus. 3º
aetate. 4º fortuna. 5º arte. 6º
usu. 7º necessitate. 8º concursione fortuitorum.
Testimonium ... quod ab aliquo extrinsecus re-
sumitur ad faciendam fidem. Persona non
qualitas est. quae testimonio probatur. ...
secundum morum probitatem debet esse laudabilis
ad faciendam fidem. Natura auctoritatis
quae maxime virtute constat. Testimoniam
multa sunt quae afferunt auctoritatem id est
ingenium. opes. aetas. fortuna. ars.
usus. necessitas. et concursio rerum fortuitarum.

a dictis factisque maiorum. petitur fides.
cum priorum dicta facta quae inducantur.
A tormentis fides post ... ...
... ...
... ... nominibus
planum sit. Diffinitione indigent.
Commune est ... topica.
oratoribus dyalecticis poetis et iuris
peritis communiter quae argumenta proba-
re quid ad ... probant. ad rethoricos
poetas ... peritos perti-
nent. quod vero generaliter disputat
ad philosophos attinere manifestum est.
Mirabile plane genus operis in
unum potuisse colligi quicquid
mobilitas atque varietas humanae
mentis ... ...
per diversas causas potuit ...
concluso libero ac voluntario iudicio
intellectu. Nam quaeque se ... quaecumque
cogitationibus ... ad corpus quae
... sit ... ingenium

Nunc de oppositis

Contraria quae sunt quae aduersantia ...
id est vocat opposita. ... ...
contrarium ... ut gra-
... ... quod opponitur sibi gratia
sit. ... ...
genus contrariorum quod in ... contradictionem
... ...
sibi opponuntur ut non ... quod
opponuntur ut sapiens stultus. quod
... ... dividitur. Nam sunt
quaedam quae medium habent. et sunt
quaedam quae medium sunt. et quaedam sunt
quae medium habent et ... non
sunt. ... ... vocabulum accepit.
ut candidum et nigrum. ... medium
habent. ... ... color
pallidus et fuscus ... ... Nunc
... sunt ... ... de duobus

accidunt. ut sanitas vel infirmitas
corporum vel est medium. Sed alia contraria
media sunt secundum nomen. ut felix
et infelix. medium habent non felix.
Secundum genus est relativorum quae ita sibi
opponuntur ut ad se conferantur. sicut
duplum simplum. Sed solum opposita
genera ad se conlata referuntur. Non
enim est maius vel ad minus referatur
et simplum vel ad duplum. Ita
relativa ita relata opponuntur ut quod
ipsum quod opponitur. ad id quod opponitur
quodammodo in relatione. Dimidium enim
oppositum duplo. eius quod duplum medium
est. Sed ita ei opponitur ut eius sit
cui opponitur. Sic et magnum opponitur
parvo. ita ut ipsum parvum ad magnum
cui opponitur sit parvum. Item
superiorum quae diximus contraria ita sibi
opponuntur. ut corporum constant quibus
opponuntur. ut ad ea quaedam in relatione
sunt. Sicut iniquitas iustitiae
ita contraria est. ut non eius iustitiae
iniquitas sit. aut ad illa sit
iniquitas. Tertium genus oppositorum est
secundum habitum et orbationem. quod Graeci
privationem vocant. quod dicitur
de quibusdam contingere unde privatur
est. Cuius species sunt tres. Prima
est de re. secunda est de loco. tertia de
tempore. De re. ut caecitas
et visio. De loco. ut caecitatis
et visionis in oculo locus est.
De tempore. ut infantes
non dicimus esse dentibus. edentulos dicimus
quos adhuc aetas privat. Negatio
non eius est privatio dentibus quos
nondum habent. Quartum genus ex
negatione et affirmatione opponitur. ut
Socrates disputat. Socrates non

disputat. Quae a superioribus ideo differt
quod illa singulatim dici possunt. haec non
nisi coniuncte dici non possunt. Ideo quoque contra-
rias differentias maxime esse considerant. et
appellatur alterutrum vel aliquid oppositum. Sed quod
contrarium in utraque. Item cetera quoque
contraria possunt. ut diversis et malum
et nigrum. Sed iustum vel pallidum. Item
relativis quod multa et pauca. Sed medio-
cria. Item contraria ut ordinatio
ut visio vel caecitas. Quartum ut
visio. vel caecitas. Sed disputando
igitur liber videlicet totum in his. Explicit
liber secundus. Praefatio de quatuor mathematicis
libri tertii. Incipiunt capitula libri tertii
Mathematica latine dicitur doctri-
nalis scientia. quae abstractam con-
siderat quantitatem. Abstracta enim
quantitas est quam intellectu a materia
separantes vel ab aliis accidentibus
ut est par. inpar. vel ab aliis
huiuscemodi in sola ratiocinatione tractamus.
Cuius species sunt quatuor. id est arismetica
musica. geometria et astronomia.
Arismetica est disciplina quantitatis numera-
bilis secundum se. Musica est disciplina quae
de numeris loquitur. qui inveniuntur in so-
nis. Astronomia est disciplina quae cursus
caelestium siderum atque figuras contempla-
tur omnesque habitudines stellarum circa
se et circa terram paulo latius indicabimus
ut earum causas repetitae possint
ordine. Incipiunt capitula libri tertii de vocabulo
De vocabulo arismetice
arismeticae disciplinae
De auctoribus eius.
Quid sit numerus
Quid numeri significent.
Quid primum sint numeri
De prima divisione parium et inparium
De secunda divisione totius numeri

De prima divisione totius numeri
Alia divisio totius numeri
De differentia arismetice et geometrie
et musice artis
Quod numeri infiniti existunt
Arismetica *De nomine disciplinae*
est disciplina numerorum. Greci
enim numerum rithmon dicunt. quam
scriptores secularium litterarum inter disci-
plinas mathematicas ideo primam
esse voluerunt. quoniam ipsa ut sit nulla
indiget disciplina. Musica autem et
geometria et astronomia que sequuntur
ut sint atque consistant istius e-
gent auxilio. *De inventoribus*
Numeri disciplinam apud grecos primum
pytagoram autumant conscripsisse
ac deinde a nichomaco diffusius
esse dispositam. quam apud latinos
primus apuleius. deinde boetius
transtulerunt *Quid sit numerus*
Numerus autem est multitudo ex uni-
tatibus constituta. Nam unum
semen numeri. non numerum est. *De*
Numeri nomen nummus *numerorum no-*
dedit et a sui frequentatione *minibus*
vocabulum indidit. Unus a greco
nomen trahit. Greci enim unum ena
dicunt. sic duo et tres quos illi
dia et tria appellant. Quatuor vero
a figura quadrata nomen sumpserunt
Quinque autem non secundum naturam sed secundum placitum
voluntatis vocabulum acceperunt
ab eo qui numeris nomina indidit
Sex autem et septem a greco veniunt
In multis enim nominibus que in greco
aspirationem habent nos pro aspiratione
s ponimus. Inde est quod pro exa sex pro
epta septem. sicut pro erpilla herba
serpillum. Octo vero de translatione
sicut illi et nos. ita illi enea nos
no. illi deca nos. Decem a greco
ethimologiam. eo quod ligent et coniun-
gant infra iacentes numeros. Nam desmos
coniungere vel ligare apud eos dicitur. Porro
deci dicti quod sint bis deni. Viginti
v. pro b. littera posita. Triginta quatenus a terna-
rio denario gignuntur. sic usque ad
nonaginta. Centum vero vocata a
cantu quod est calculus. Ducenti a duo
centum. sic et reliqui usque ad mille
Mille a multitudine. unde et militia
quasi multitia. Inde et milia que greca
mutata littera miliades vocant
Ratio numerorum *Quid constet numeri*
contempnenda non est. In multis
enim sanctarum scripturarum locis quantum misterium
habent elucet. Non enim frustra in
laudibus dei dictum est. Omnia in mensura
et numero et pondere fecisti. Senarius
namque qui partibus suis perfectus est
perfectionem mundi quadam numeri sui
significatione declarat. Similiter et quadraginta
dies quibus moyses et helyas et ipse
dominus ieiunaverunt sine numerorum
cognitione non intelliguntur. Sic et
alii in scripturis sacris numeri existunt
quorum figuras non nisi noti huius artis
scientie solvere possunt. Datum est autem nobis ex aliqua
parte sub numerorum consistere disciplina.
quando horas per eam dinumeramus. quando de men-
sium curriculo disputamus. quando per
spatium anni redeuntis agnoscimus
Per numerum siquidem ne confundamur
instruimur. Tolle numerum in rebus
omnibus. et omnia pereunt. Adime
seculo computum et omnia ceca complectitur.
nec differri potest a ceteris animalibus
qui calculi nesciunt rationem. *De prima*
Numerus *divisione parium et imparium*
dividitur in pares et in impares
Par numerus dividitur in his. pariter
par. pariter impar. impariter par.

et impariter impar. Impar numerus dividitur in species tres: prima est simplicium, secunda compositorum, tertia mediocrium, quae quodam modo prima et incomposita est, alio vero modo secunda et composita est. Par numerus est qui in duabus aequis partibus dividi potest, ut duo quattuor et octo. Impar vero numerus est qui dividi aequalibus partibus nequit, uno in medio vel deficiente vel superante, ut tres, quinque, vii, ix et reliqui. Pariter par numerus est qui secundum parem numerum pariter dividitur, quousque ad indivisibilem perveniat unitatem, ut puta sexaginta quattuor; habet enim medietatem xxxii, hic autem xvi, xvi vero octo, octonarius quattuor, quaternarius ii, binarius unum, quae singularis indivisibilis est. Pariter impar est qui recipit aequas in partes sectiones, sed partes eius mox indissecabiles permanent, ut sex et x, triginta, quinquaginta. Hunc enim si secueris in numeros dividi incurris imparem, quem secare non possis. Impariter par numerus est cuius partes etiam dividi possunt, sed usque ad unitatem non perveniunt, ut xxiiii. Hic enim per medietatem divisus xii facit, ut rursus per alteram medietatem vi, deinde in alia tres, et ultra divisionem non recipit, sed ante unitatem invenit terminum quem secare non possis. Impariter impar est qui ab impari numero impariter metitur, ut xxv, xlviiii, qui cum sint impares numeri ab imparibus etiam partibus dividuntur, ut septies septeni quadraginta novem, et quinquies quini xxv.

Imparium numerorum alii simplices sunt, alii compositi, alii mediocres. Simplices sunt qui nullam aliam partem habent nisi solam unitatem, ut ternarius solam tertiam, et quinarius solam quintam, et septenarius solam septimam; his enim una sola pars est. Compositi sunt qui non solum unitate metiuntur, sed et alieno numero procreantur, ut novem, xv, xxi, xxv. Dicimus enim ter terni, et septies terni, et ter quini, et quinquies quini. Mediocres numeri sunt qui quodam modo simplices et incompositi videntur, alio vero modo compositi, ut puta novem ad xxv. Dum comparati fuerint, primi sunt et incompositi, quia non habent communem numerum nisi solam monadam, id est unitatem. Nam novem, quod ipse mensurat ter terni, et quinque quini.

Pariter parium numerorum alii sunt superflui, alii diminuti, alii perfecti. Superflui sunt quorum partes simul ductae plenitudinem suam excedunt, ut puta duodenarius. Habet enim partes quinque: duodecimam quod est unum, sextam quod duo, quartam quod tria, tertiam quod quattuor, dimidiam quod sex. Unum enim et duo et tria et quattuor et sex simul ducta xvi faciunt, et longe a duodenario excedunt. Sic et alii plurimi similes, ut duodevicesimus et multi alii. Diminutivi numeri sunt qui partibus suis computati minorem summam efficiunt, ut puta decenarius, cuius partes tres sunt: decima quod est unum, quinta quod duo, dimidia quod quinque. Unum enim et duo et quinque simul ducta ordinarium faciunt, longe a denario minor est. Talis est et octonarius, ut

alii plurimi qui in partes redacti non
conveniunt. Perfectus numerus est qui suis par-
tibus adimpletur ut senarius. Habet
enim tres partes. sextam. terciam. et dimi-
diam. Sexta eius unum est. tercia duo. di-
midia tres. Hee partes si sumantur
dicte. i. unum. duo. et tria. perfecte eun-
dem conponunt. perficiunt quoque senarium
Sunt autem perfecti unus inter denarios et
xx. inter centenarios et xxviij. inter
millenarios et quadringenti nonaginta
et vj. Alia divisio numeri

Omnis numerus aut sibi est comparatus
ut ij. ad ij. aut ad alium. iste dividitur sic
alii cum sunt equales. alii inequales
Iste dividitur sic. Alii cum sunt maiores
alii minores. Maiores dividuntur sic
in multiplices. ij. superparticulares. iij. super-
partientes. iiij. multiplices superpar-
ticulares. v. multiplices superpartientes
vj. Minores dividuntur sic. i. sub-
multiplices. ij. sub superparticulares. iij. sub
superpartientes. iiij. submultiplices
sub superparticulares. sub submultiplices
sub superpartientes. Primus numerus est qui sine
relacione. ut iij. iiij. v. vj. et ceteri
similes. Ad aliquid numerus est qui relative
ad alios comparatur ut ubi gratia iiij.
ad ij. dum comparati fuerint. Dupplex
dicitur et multiplex. vj. ad iij. viij. ad
iiij. x. ad v. et item iij. ad i. triplex
vj. ad ij. ix. ad iij. triplices sunt
etiam ceteri sicut dupplices sunt. Dicitur
quod multiplex appellatur nunquam et reliqui
continentur. cuiuslibet variantes triplices
et quadruplices et sic in infinitum. Equales
numeri dicuntur qui sunt quantitate equales sunt
ut ubi gratia ij. ad ij. iij. ad iij. x.
ad x. centum ad c. Inequales numeri
sunt qui ad invicem comparati inequalitatem
demonstrant. ut iij. ad ij. iiij. ad
iij. v. ad iiij. x. ad vj. et ultra
maior minori aut minor maiori
Quorum dum comparati fuerint inequales
dicuntur. Maior numerus est qui habet in se illud
minorem numerum ad quem comparatur
et adhuc plus. ut ubi gratia. qua-
ternarius fortiori ternario maior
est quia habet quaternarius numerus in se unum
ternarium et alias partes quam duas
et reliqui tres. Minor numerus est
qui continetur a maiore ad quem comparatur
ad aliquam partem sui ut ternarius
ad quaternarium continetur cum ab eo
in duabus partibus suis. Multiplex
numerus est qui habet in se illud minorem
numerum. Semel aut bis aut ter aut quater aut
multipliciter. ubi gratia ij. duo. ad
unum. dum comparati fuerint dupplex
dicitur. [illegible] ad unum triplex. quatuor ad
unum quadruplex et reliqui. Econtra
et illi superiores qui continent in se mi-
nores appellantur [illegible]. isti vo-
cantur. Submultiplex numerus est
Submultiplex numerus est qui inter multiplices
continetur. bis aut ter aut quater
aut multipliciter ut ubi gratia unum
a duobus bis continetur a tribus ter
a quatuor quater a quinque quinquies et
ab aliis multipliciter. Superparticularis numerus
est. dum continet maiorem sic in se minorem
numerum ita quam comparatur [illegible] et unam
partem eius. ut ubi gratia iij. ad ij.
dum comparati fuerint continet in se
ij. et adhuc aliud unum qui media
pars duorum. iiij. ad iij. dum comparati
fuerint. habet in se tria. et aliud unum
quod est tercia pars trium. Item v. ad
iiij. dum comparati fuerint. habet
in se quaternarium numerum. et aliud
unum. aliud unum quod pars quarta est eorum

quatuor unitatibus continetur. Tertius superpartiens numerus est qui in se minorem numerum totum continet et super hoc alias partes eius duas aut tres aut iiii aut v aut alias, ut ubi comparantur v ad iii dum comparati fuerint. Sed inter quaternarius numerus ternarium et super hoc alias partes eius duas, appellatur superbipartiens tertias. vii ad iiii dum comparati fuerint continet ipse quatuor et alias partes eius iii et vocatur supertripartiens quartas. viii ad v dum comparati fuerint continet in se v et alias iii partes eius. Tertius subsuperpartiens est numerus qui continetur a numero superpartiente cum aliquibus partibus pluribus duabus aut tribus aut pluribus, ut ubi comparantur iii continentur a v cum aliis duabus partibus suis, v a viii cum iii partibus suis. Tertius subsuperparticularis numerus est minor qui continetur a forciori numero cum aliqua parte sua aut media aut tertia aut iiii aut v, ut ubi comparantur ii ad iii, iii ad iiii, iiii ad v etc. Multiplex superparticularis numerus est qui dum comparatus ad minorem numerum se fuerit continet in se totum minorem numerum multiplicatum aut duplicatum aut triplicatum aut quadruplicatum et cum aliqua parte eius, ut ubi comparantur v ad duo dum comparati fuerint continet in se bis binos quatuor et unam partem eius, ix ad iiii dum comparati fuerint continet in se bis quaternos et una parte eius. Tertius multiplex

superpartiens numerus est qui dum comparatus ad minorem sibi fuerit continet multiplicatum cum aliis partibus eius, ut ubi comparantur viii ad iii dum comparati fuerint continet in se bis ternos cum aliis duabus partibus eius, xvii ad vii dum comparati fuerint continent intra se bis septem cum aliis tribus partibus eius. Tertius submultiplex superparticularis numerus est qui dum ad forciorem sibi comparatus fuerit continetur ab eo multiplicatum cum aliquibus partibus suis, ut ubi comparantur iii ad viii continentur bis cum aliis partibus suis, iiii ad xi bis cum tribus partibus suis. 3a

Numerus autem [illegible] quadrifarius est ut duo aut genus ipse dividitur scilicet primus linealis ut duo, secundus superficialis ut iiii, tertius solidus ut viii, quorum cum est primus. Discretus numerus est qui discretis monadibus continetur ut ubi comparantur iii, iiii, v, vi et reliqui. Continuus numerus est qui coniunctis monadibus continetur ut ubi comparantur ternarius numerus est qui in magnitudine intelligatur linea sive spatium aut soliditatem continens ut quaternarius et quinarius numerus. Linearis numerus est qui inchoans a monade linealiter scribitur usque ad infinitum. Unde alpha ponitur pro designatione linearum, quia ea littera significat unum apud grecos.

Superficialis numerus est qui non solum longitudine sed et latitudine continetur, ut trigonus quadratus quinquangulus vel circulares numeri et ceteri qui semper in plano ponuntur, id est superficie continentur. Trigonus numerus ita.

quadratus numerus ita. Quinquan-
gulus ita. Circularis est ita.
Qui dum similiter multiplicatus fuerit a se
inchoans ad se convertitur, ut ubi si
quinquies quini vicies quinque ita
Solidus numerus est qui longitudine, latitudine
et altitudine continetur, ut sunt pyramides
qui in modum flammae consurgunt ita
Cubi sunt ut tesserae ita
Sphaerae quibus est aequalis rotun-
ditas ita undique
Sphaericus
autem numerus est qui circulato numero mul-
tiplicatus a se inchoat et in se
convertitur. Quinquies quini viginti
quinquies viginti quinque
Hic circulus dum in se ipsum multiplica-
tus fuerit facit sphaeram, id est quinquies
XXV, CXXV. De differentia arithmeticae

Inter et geometriae et musicae artis
arithmeticam autem et geometriam et mu-
sicam haec interest, ut media duarum
arithmeticam primo si quis iunges
summam et dividis et facis medium
ut puta fac summam ex VI et XII
simul iungis et faciunt XVIII.
Partiris media et facis IX quod
est analogicum arithmeticae, ut
medium quantum monadibus superat primum
is superetur ab extremo. Superat enim
VI tribus monadibus et superatur
ad XII. Secundum vero ita quaeris summa
multiplicata tantum facit quantum media
duplicata ut puta VI et XII
multiplicata faciunt septuagies
dipondius media et octo et novem
multiplicata tantundem faciunt. Secundum
musicam ita quota parte superat me-
dius primum, eadem parte superatur me-
dius ab extremo ut puta VI et VIII
duabus partibus superant, quae duae
partes tertia media octo superant

ab ultima nona. De numero infiniti
Numeros autem infinitos existere
certissimum est, quoniam in quocumque fine
faciendum putaveris, idem ipse non
dico uno addito augeri, sed quamlibet
sit magnus et quamlibet ingentem
multitudinem continens in ipsa ratione atque
scientia numerorum non solum duplica-
ri verum etiam multiplicari potest. Ita vero
suis quisque numerus proprietatibus termi-
natur ut nullus par eorum cuiuscumque alteri
possit. Ergo et dispares inter se
atque diversi sunt et singuli quique finiti sunt

De inventoribus
geometriae et vocabulo eius
De quadripertita divisione geometriae
De figuris geometriae
De compositione figurarum infrascriptarum

Geometriae disciplina primum ab
Aegyptiis reperta dicitur, quo-
niam inundante Nilo et omnibus posse-
ssionibus limo obductis initium
terrae dividendae per lineas et mensuras
arti nomen dedit. Quae deinde longius
acumine sapientum profecta et maris
et caeli et aeris spatia metiun-
tur. Provocati studio quaesierunt
post terrae dimensionem et caeli spatia,
quanto intervallo luna a terris,
a luna sol ipse distaret, et usque
ad verticem caeli quanta se mensura
distenderet. Orbis quoque ambitum per
numerum stadiorum ratione probabili di-
stinxerunt. Sed quia ex terrae dimensione
haec disciplina coepit, ex initio sui
et nomen servavit. Nam geometria
de terra et mensura nuncupata est.
Terra enim Graece ge vocatur, metra
mensura. Huius disciplinae ars continet
in se lineamenta, intervalla, et ma-
gnitudines et figuras et in figuris

diuisiones et numeros. De quadripartita
Geometrie quadripartita divisione geo
metria est. in plano. in magni
tudine numerabili. et in magnitu
dine rationali et irrationali.
et in figuris solidis. Plane figure
sunt que longitudine et latitudine continentur.
iuxta Platonem quinque. Numera
bilis magnitudo est que numeris arit
methice dividi potest. Magnitu
dines rationales sunt quarum mensuras
scire possumus. Irrationales vero quarum
mensuras quantitas agnita non habetur.
Figure solide sunt
que longitudine et latitudine continentur.
ut est cybus. Figure que in plano
circa passiva plano posite sunt
ita. Circulus est figura plana que
vocatur circumducta. cuius in medio
punctus est quo cuncta convergunt.
quem centrum geometrici vocant.
Latini punctum circuli nuncupant.
Quadrilatera plano posita figura
est in plano quadrata que sub
quatuor rectis lineis iacet ita.
Dianatheton gram
mon figura plana ita.
Orthogonium id est rectiangulum
figura in plano posita.
est enim triangulum et rectiangulum
rectum ita. In solidis
figura et sub tergo constituta in soli
dum ita
Spera est figura in rotundum for
mata cunctis in solidum ita.
Cubus est figura propria et solida
que longitudine et latitudine continetur
in solidum ita. Cilindrus
est figura quadrata habens superius
semicirculum in solidum ita.

Conon figura est que ab ampli
tudine in angustum finit. sicut orthogo
nium ita. Piramis est
figura quadrata que in modum ignis
ab amplo in acumen consurgit.
Ignis enim apud Grecos pir
appellatur. Sicut autem in mensuris
omnibus est numerus. ita intra circulum
omnium figurarum concluditur ambitus. Prima
autem figura huius artis punctus est. cuius
pars nulla est. Secunda linea preter lati
tudinem longitudo. Recta linea est que ex equo
in suis punctis iacet. Superficies
vero quod longitudines et latitudines solas
habet. Superficiei vero fines linee sunt
quarum forme ideo in superioribus decem
figuris posite non sunt. quia inter eas
inveniuntur.
Numeros autem geometrice ita
querens. quadrata que multiplicantur
facti quam et unica duplicata. ut
puta XX et XX multiplicata faciunt
septuaginta quadringentos. dupondius mensura
bim et ... multiplicatio tercium facit.
Explicit arismetica. Incipiunt
De nomine musice. Capitula musice.
De inventoribus eius
Quid possit musica.
De tribus partibus musice.
De triformi musice divisione
De prima divisione musice que armonica dicitur
De secunda divisione que organica vocatur.
De tercia que arismetica dicitur
De numeris musicis. De nomine
Musica est peritia musice.
modulationis sono cantuque
consistens. Et dicta musica per derivationem
a Musis. Muse autem appellate
apo tou masai id est a querendo.
quod per eas sicut antiqui voluerunt vis car
minum et vocis modulatio quereretur.

earum sonus et sensibilibus rebus est et preterfluit
in preteritum tempus. imprimitur que memo-
rie. Inde a poetis iovis et memo-
rie filias musas esse conficta est.
Musica cum ab aquis nomina traxerit
sonum putavit quasi sibi in puteo De inventoribus musice

Moyses dicit repertorem
musice artis fuisse
tubal qui fuit de stirpe caym ante
diluvium. Greci vero dicunt pytago-
ram invenisse huius artis primordia
ex malleorum sonitu et cordarum ex-
tensione percussa. Alii linum the-
beum et zetum et amphyonem
in musica arte primos claruisse
ferunt. post quos paulatim directa est
precipue hec disciplina et aucta
multis modis. eratque tam turpe
musicam nescire quam litteras. Interpo-
nebatur autem non modo sacris sed et omnibus
sollempnitatibus. omnibus letis vel tristibus
rebus. Ut enim in divina veneratione
ympni. ita in nuptiis ymenei et
in funeribus threni ad lamenta et tybi-
ias canebantur. In quibus vero
lyra vel cythara tangebantur et accuba-
tibus actus ordinabantur convivales
gesticulatores Quid possit musica ars

Itaque sine musica nulla potest esse discipli-
na perfecta. nichil enim sine illa. Nam et
ipse mundus quadam armonia sonorum
fertur esse compositus. et celum ipsum sub
armonie modulatione revolvi.
Musica movet affectus provocat
in diversum habitum sensus. In preliis quoque
tube concentus pugnantes accendit.
et quanto vehementior fuerit clangor
tanto ad certamen fit animus fortior.
Siquidem et remiges cantus hortatur
ad tolerandos quoque labores musica
animum mulcet et singulorum operum
fatigationes modulatio vocis
solatur. Excitatos quoque animos mu-
sica sedat. Sicut de david legitur
qui ab spiritu immundo saulem arri-
te modulationis eripuit. Ipsas
quoque bestias necnon serpentes volu-
cres atque delphinas ad audi-
tum sue modulationis provocat.
Sed et quicquid loquimur. vel intrinsecus
venarum pulsibus commovemur
per musicos rithmos armonie
virtutibus probatur esse sociatum. De tribus

Musice artis partibus musice
partes sunt tres. i. armonica.
rithmica. metrica. Armonica
est que discernit in sonis acutum
et gravem. Rithmica est que requirit
incursionem verborum utrum sonus bene
componatur an male coheret.
Metrica est que mensuram diversorum
metrorum probabili ratione cognoscit.
ut verbi gratia heroicum iambicum.
elegiacum. et cetera. De triformi musice

Ad omnem autem sonum divisione
qui materies cantilenarum est tri-
formem constat esse naturam. Prima est
armonica que ex vocum cantibus
constat. Secunda organica que ex flatu
consistit. Tercia rithmica que impulsu
digitorum numeros recipit. Nam
aut voce editur sonus sicut per fauces.
aut flatu sicut per tubam aut per tybiam
aut pulsu sicut per cytharam. aut
per quodlibet aliud quod percutiendo canorum est.

Prima De prima divisione musice
divisio que armonica dicitur musice.
i. modulatio vocis pertinet ad
comedos. ut choros. tragedos.
ut ad eos qui propria voce cantant.
hec ex animo et corpore motum fa-
cit. Ex motu sonum. Ex quo colligi-

musica, que de sono vox appellatur.
Vox est aer sonum vibratus. Unde
et tuba sic nuncupata. Proprie autem vox
hominis est, seu inrationabilium anima-
tium. Nam in aliis abusive non
proprie sonitum vocari vocem, ut vox
tube infremuit, fractaeque ad litora
voces. Nam proprium est ut litorei
sonent scopuli, et at tuba terribilem sonitum
procul aere canoro.

Armonia est modulatio vocis
et concordantia plurimorum sono-
rum vel coaptatio. Symphonia
est modulationis temperamentum
ex gravi et acuto concordantibus
sonis, sive in voce, sive in flatu,
sive in pulsu. Per hanc quippe
voces acutiores gravioresque concordant, ita
ut quisquis ab ea dissonuerit, sen-
sum auditus offendat. Cuius contraria
est dyaphonia, id est voces
discrepantes vel dissone. Eupho-
nia est suavitas vocis, hec et
melos a suavitate et melle dicta.
Diastema est vocis spacium ex
duobus vel pluribus sonis ap-
tatum. Diesis est spacia quedam
et deductiones modulandi atque
vergentes de uno in alterum sonum.
Tonus est acuta enuntiatio vocis.
Est enim armonie differentia et quan-
titas, que in vocis accentu vel
tenore consistit. Cuius genera in
quindecim partibus musici diviserunt,
ex quibus hyperlidius novissimus et acuti-
ssimus, ypodorius omnium gravissi-
mus est. Cantus est inflexio vocis,
nam sonus directus est. Precedit
autem sonus cantum. Arsis est vocis e-
levatio, id est initium. Thesis est vocis
positio, hoc est finis. Suaves voces
sunt subtiles et spisse, clare atque
acute. Perspicue voces sunt que
longius protrahuntur, ita ut omnem im-
pleant locum continuo, sicut clangor
tubarum. Subtiles voces sunt quibus
non est spiritus, qualis est infan-
tium vel mulierum vel egrotancium, sicut
in nervis. Que enim subtilissime
corde sunt, subtiles ac tenues vo-
ces vel sonos emittunt. Pingues
sunt voces, quando spiritus multus simul
egreditur, sicut virorum. Acuta vox
tenuis, alta, sicut in cordis videmus.
Dura vox est que violenter emittit
sonos, sicut tonitruum, sicut incu-
dis sonus quociens in durum ma-
lleus percutit ferrum. Aspera vox
est rauca, et que dispergitur per minutos
et indissimiles pulsus. Ceca vox est
que mox ut emissa fuerit conticescit,
atque suffocata nequaquam longius
producitur, sicut in fictilibus. Vinnola
est vox mollis atque flexi-
bilis, dicta a vinno, hoc est cincinno
molliter flexo. Perfecta autem vox est
alta, suavis et clara. Alta, ut in
sublimi sufficiat; clara, ut aures
adimpleat; suavis, ut animos
audiencium blandiat. Si quid ex his
aliquid defuerit, vox perfecta non erit.

De secunda divisione que organica nominatur

Secunda est organica divisio ex his que
spiritu reflante completa in sonum
vocis animantur, ut sunt tube, calami,
fistule, organa, pandoria, et his
similia instrumenta. Organum vocabulum
est generale vasorum omnium musicorum.
Hoc autem cui folles adhibentur alio

greca nomine appellant ut quod organum
dicatur magis ea vulgaris grecorum con-
suetudo. Tuba primum a tyrrenis inven-
ta est. de quibus virgilius Tirrenusque
tube mugire per ethera clangor.
Adhibebatur autem non solum in preliis sed et
omnibus festis diebus propter laudis vel
gaudii claritatem. Unde et in psalterio di-
citur canite in neomenia tuba. in insigni
die sollempnitatis vestre. Preceptum enim
fuerat iudeis ut in initio nove lune tu-
ba clangerent quod etiam hucusque fa-
ciunt. Tibias in frigia excogitatas
fuisse. Tibias quidam has dicunt funeri-
bus tantum adhibitas mox et sacris
gentilium. Tibias appellatas dicunt
quod primum de cervinis tibiis cruribusque
hinnulorum fierent. Deinde per abusionem
ita captas vocari quod non de cruribus
ossibus vel cervi fiunt. Hinc et tibicen
quasi tibiarum cantus. Calamus nomen
arboris a calendo i. fundendo voces
vocatus. Fistulam quidam putant
a mercurio inventam. alii a fauno
quem greci pan vocant.. nonnulli eam
a pastore idi agrigentino ex sicilia.
Fistula autem dicta quod vocem emittat.
Nam fisos grece vox. stolia missa
appellatur. Sambuca in musicis species
symphoniarum est. Est enim genus ligni fragi-
lis unde et tibie componuntur. Pandorius
ab inventore vocatus. De quo virgilius
Pan primus calamos cera coniungere plu-
res instituit. Pan curat oves ovium-
que magistros. Fuit enim gentilibus
deus pastoralis qui primum dispares calam-
os ad cantum aptavit et studiosa
arte composuit. De tertia que rismica dicitur

Tertia est divisio rethmica pertinens
ad nervos et pulsus. cui dantur
species cithararum. tympanarum

que cymbalarum sistrorum. acetabula
enea et argentea. vel alia que
metallico rigore percussa reddunt
cum suavitate tinnitum. Cithare
ac psalterii repertor. tubal ut est
predictum prescribitur. iuxta opinionem grecorum
cythare usus repertus fuisse
ab apolline creditur. forma cythare
initio similis fuisse traditur pectori
humano. quod uti vox de pectore
ita ex ipsis cantus ederetur. appellata
quod eadem de causa. Nam pectus dorica
lingua pectus cithara vocari. pau-
latim autem plures eius species exti-
terunt. ut psalteria. lire. bar-
bite. phenices. et que dicuntur indice
et feruntur simul. Sed alie atque alie
quadrata forma vel trigonali. Cordarum
etiam numerus multiplicatus est et commutatum
genus. veteres autem cytharam fidiculam
vel fidicem nominaverunt. quia tam bene
conveniunt inter se corde eius. quam bene con-
veniat inter quos fides sit.
Antiqua autem cythara .vii. cordis
erat. Unde et virgilius vii. discrimina
vocum. Discrimina ideo quod nulla
corda vicine corde similem sonum
reddat. Sed ideo vii. corde vel quia
totam vocem impleant. vel quia vii.
motibus sonat celum. Cordas
autem dictas a corde. quia sicut pulsus
cordis est in pectore. ita pulsus
corde in cythara. Has primus
mercurius excogitavit. Idemque
prius in nervos sonum strinxit.
Psalterium quod vulgo canticum di-
citur a psallendo vocatum. quod ad eius vocem
chorus consonando respondeat. Est
autem similitudo barbarice in modum
deltae littere. Sed psalterii et cythare
hec differentia. quod psalterium lignum

id est concavum unde sonus redditur
superius. superius habet et deorsum
feriuntur corde et desuper sonat.
Cythara vero concavitatem ligni
inferius habet. Psalterio autem hebrei
decacordo usi sunt propter numerum
decalogi legis. Lyra dicta
apo tou lirin id est a varietate vocum
quod diversos sonos efficiat. Lyram
a Mercurio inventam esse dicunt.
hoc modo. cum regrediens nilus in suos
meatus varia in campis reli-
quisset animalia relicta etiam testu-
do est. que cum putrefacta esset.
et nervi eius remansissent extenti
intra corium percussa a mercurio
sonitum dedit. ad cuius speciem
mercurius liram fecit et orpheo tradidit
qui eius rei maxime studiosus
erat. Unde et eadem arte
non solum feras sed et saxa atque sil-
vas cantus modulatione appli-
cuisse ferebatur. Hanc musici propter studii
amorem carminis et laudis etiam
inter sidera suarum fabularum co-
llocatam commentis esse finxe-
runt. Tympanum est pellis
vel corium ligno ex una parte
extentum. est enim pars media
symphonie in similitudinem
cribri. Tympanum autem dictum quod
medium est. unde et margaritum
medium tympanum dicitur. et ipsum ut
symphonia ad virgulam percutitur.
Cymbala acitabula quedam sunt
que percussa se invicem tangunt
et faciunt sonum. Dicta autem cymba-
la quia cum ballematia simul
percutiuntur. Greci enim dicunt cy-
mbala ballematia. Sistrum

ab inventrice vocatum. Ysis enim regina
Egyptiorum id genus invenisse probatur.
Ysis et irato feriat mea lumina sistro.
Inde et hoc mulieres quia inventrix huius
generis fuit mulier. Unde et apud amazo-
nes sistro ad bellum feminarum exercitus
vocabatur. Tintinabulum de sono vocis
nomen habet. et sonus sicut et plausus ma-
nuum stridor valvarum. Symphoniam
quam vulgo appellatur lignum cavum
est. ex utraque parte pelle extenta quam
virgulis hinc et inde musici feriunt
fit enim in ea concordia gravis et acuti
suavissimus cantus. De numeris musicis

Numerus qui sit musicus ita queritur.
positis extremis ut puta vi et xii
dupondius. vides quot monadibus
superatur vi. scilicet xii. et vi mona-
dibus superatur. duas per quadratum
sexies seni faciunt xxxvi. quae singula
coniuncta illa vi. ad xii. simul effici-
unt xviii. partire tricies sex per
xviii. partes octo efficiunt. Dupondi-
cos inquis ad primam minorem. et se
cunt octo. et erit medium inter vi et
xii. quia octo superant vi. mo-
nadibus duabus. id est tertia parte de
sex. et superatur viii a xii. iiii mo-
nadibus tertia portione. Qua parte
quo superat eadem superatur. Sed sicut iste
quadrimus in mundo est ex volubi-
litate circulorum. ita et in microcosmos
in mundi tonos. de quibus pro
voce ut sine cunctis perfecte et metri
consistunt in arsis et thesis id est ele-
vatione et positione

De nomine astronomie
De inventoribus astronomie
De institutoribus astronomie

De differentia astronomie et astrologie
De astronomie ratione
De mundo De forma mundi
De celo eiusque nomine
De celestis sphere situ
De sphere planetis celi
De sphere motu
De cursu sphere tempore
De axe celi De axe celi
De celestibus polis
De cardinibus celi
De convexis celi De ianuis celi
De gemina facie celi
De quattuor partibus celi De emisperiis
De quinque circulis celi
De zodiaco circulo
De candido circulo
De magnitudine solis
De magnitudine lune
De natura solis De cursu solis
De effectu solis
De itinere solis vel loco unde quam veniat
De lumine lune et de forma eius
De interlunio lune De cursu lune
De vicinitate lune ad terras
De eclipsi solis
De eclipsi lune et causis
De differentia astrorum et stellarum et siderum
De lumine stellarum De stellarum situ
De stellarum cursu
De vario cursu stellarum
De stellarum intervallis
De circulari numero stellarum
De stellis planetis
De precedentia et antegradatione stellarum
De retrogradatione stellarum
De statu stellarum
De nominibus stellarum que quas causas
vocabula acceperunt vel sol luna.
stelle. signa. arctos arctofilax.
arcturus. orion hyades. plia-
des. canicula. cometes. luci-
fer vesper.

De nomine astronomie et quid sit astronomia

Astronomia est lex astrorum que cursus celestium siderum et figuras et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

De inventoribus astronomie

Astronomiam primi Egyptii invenerunt. Astrologiam vero et nativitatis observantiam Chaldei primi docuerunt. Abraham autem instituisse Egyptios astrologiam Iosephus asserit. Greci autem dicunt hanc artem ab Athlante prius excogitatam. Ideo quod dictus est sustinuisse celum. Quisquis autem ille fuit motu celi et ratione animi ductus per temporum vices et cursus motus diffinitos quod certos per rationabilia spatia moderata cognovit dimensiones quasdam numerosque diffiniendo ac secernendo in ordine nectens astrologiam repperit.

De scriptoribus astronomie

In utraque lingua diversorum sunt de astronomia scripta volumina. Inter quos tamen Ptolomeus rex Alexandrie apud Grecos precipuus habetur. Hic etiam canones instituit quibus cursus astrorum inveniatur.

Inter De differentia astronomie et astrologie

Astronomia dicit et astrologia aliquid differt. Nam astronomia celi conversionem, ortus, obitus, motusque siderum continet, vel qua ex causa ita vocentur. Astrologia vero partim naturalis, partim superstitiosa est. Naturalis dum exequitur solis et lune cursus vel stellarum

temporum stationes. Superstitiosa vero
est illa quam mathematici sequuntur
qui in stellis augurantur. quique
etiam xii signa celi per singula anime
et corporis membra disponunt. si-
derumque cursu nativitates hominum
et mores predicare conantur. De astronomia

Astronomie vero nomine vero
in plurimis modis constat diffinitio.
quid sit mundus. quid celum.
quid sphere situs et cursus. quid axis
celi. quid et poli. que sint climata
celi. quid cursus celi. solis et lune.
atque astrorum etc. De mundo

Mundus est qui constat ex celo
et terra et mari. cunctisque side-
ribus. Qui mundus ideo est
appellatus quia semper in motu est.
Nulla enim requies eius elementis est
concessa. De forma mundi

Formatio mundi ita demonstratur.
Sicut erigitur mundus in
septentrionalem plagam. ita
declinatur in australem. Caput
autem eius et quasi facies orientalis
regio est. ultima septentrionalis est.

Celum philosophi De celo quod sit nomen
rotundum esse dixerunt et
volubile atque ardens. Vocatum
autem celum eo quod tamquam vas ce-
latum impressa signa habeat. Distin-
xit enim eum deus claris luminibus
et implevit sole scilicet et lune
orbe fulgenti et astrorum mican-
tium splendentibus signis ador-
navit. Hoc autem grece uranos
dicitur apo tu orasthai. id est a videndo
eo quod aer perspicuus sit et ad
speculandum purior. De celesti
sphera

Sphera autem celi est species quedam in
rotundo formata. cuius centrum
terra est ex omnibus partibus equaliter
conclusa. Hanc autem speram nec principium
habere dicunt nec finem. ideo quod in
rotundo quasi circulus unde incipiat
vel ubi desinat non facile comprehenditur.

Philosophi De vii planetis celi
vero septem celos id est planetas
globorum consono motu introduxere
quorum orbibus cuncta connexa
dicunt quos sibi innexos et insertos
versari retro et e contrario ceteris motibus
arbitrantur. De sphere motu

Sphere motus duobus axibus
volvitur. quorum unus est septen-
tionalis qui numquam occidit appellaturque
boreus. alter australis qui numquam
videtur et austronothius dicitur. His duo-
bus polis moveri spheram celi di-
cunt. et cum motu eius sidera in ea fi-
xa ab oriente usque ad occidentem cir-
cuire. septentrionibus breviores gyros
iuxta cardinem peragentibus. De cursu

Sphera celi et cetera sphere
ab oriente ad occasum semel in die
et nocte volvitur. xxiiii. horarum
spaciis quibus sol cursum suum super terras
et sub terras volubilitate concludit. De celeritate celi

Tanta autem sphera celi celeritate
dicitur volvi ut nisi adversus eius precipi-
tem cursum astra currerent que eam
remorarentur. mundi ruinam facerent.

De axe celi
Axis est septentrionalis
linea recta que per mediam
pilam sphere tendit. Dicta autem axis
quod in ea sphera ut rota volvitur. vel quia
ibi plaustrum est. De celestibus polis

Poli sunt circuli qui axem cingunt.
Horum alter est septentrionalis qui

nunquam occidit appellatur quod boreus
alter australis qui nunquam videtur
et austronoticus dicitur. Et dicti poli
quod axium celi circuli plaustrorum
a poliendo vocati sunt. Et polus
boreus semper videtur. Austronoticus
nunquam quia declivia celi altiora sunt
pressa austri. De cardinibus celi
Cardines celi extreme partes celi
axis et dicti cardines eo quod
per eos vertitur celum vel quia sic con-
volvuntur. De convexis celi
Convexa autem celi extrema ipsius
a curvitate dicta ut est de convexo
quasi vox extrema claudit celum
convexum cum curvum est quod conplo-
sum inclinatum et in modum circuli
inflexum. De ~~gemini facie celi~~ ianuis celi
Ianue celi due sunt oriens et
occasus. Nam una porta sol
procedit alia se recipit. De gemini facie celi
Facies celi vel caput orienta-
lis regio ultima septemtrionalis
de qua Lucanus. Sic mundi pars una ia-
cet cum zona nivalis quam sol
perpetue premunt hyemes. De quatuor partibus
celi
Climata celi sunt quatuor
id est plage vel partes quarum prima
pars orientalis est unde alique stelle
oriuntur. Secunda occidentalis est ubi nobis
alique stelle occidunt. Tertia septemtrionalis
ubi sol pervenit diebus maioribus.
Quarta australis ubi sol pervenit in
noctibus maioribus. Oriens autem
ab ortu solis nuncupatus. Occidens
quia diem facit occidere atque interire
abscondit enim lumen mundo et tene-
bras superinducit. Septemtrio
a septem stellis axis nominatus que
in ipso revolute rotantur. Hic proprie

et vertex dicitur. Eo quod vertitur. Meridi-
es autem vocatur vel quia ibi sol
facit medium diem quasi medi-
dies vel quia tunc purius micat
ether. Diez autem purum dicunt
Grece. Sunt et alia vii climata celi
quasi septem linee ab oriente in
occidentem sub quibus et mores ho-
minum dispares atque animalia spe-
cialiter nascuntur que vocata sunt a
locis quibusdam famosis. Quorum
primum est meroes. Secundum sienis. Tertium
cathecodes id est affrica. Quartum rodi.
Quintum ellespontus. Sextum mesopon-
tum. Septimum bristenus. De emisperiis
Emisperia dimidia pars spere
est. Emisperium super terras
est ea pars celi quam a nobis tota
videtur. Emisperium sub terras est
quod videri non potest quamdiu sub terra
fuerit. De quinque zonis celi
Zone celi quinque sunt quarum distinc-
tionibus quedam partes sunt
temperie sua incolentur quedam
inmanitate frigoris aut caloris
inhabitabiles consistunt. Que ideo
zone vel circuli appellantur
eo quod in circumductione spere consistunt
Quarum prima circulus id est articus
appellatur eo quod intra se arctos
signa inclusa prospiciantur. Secundus
circulus quod est tropicus quia tropicus dicitur
quod in eo circulo sol aquilonis
finibus estate facit et ultra
eundem circulum non excedit sed statim
revertitur. Et inde tropicus appellatur.
Tertius circulus ymerinus qui a
latinis id est equinoctialis appellatur
eo quod sol cum ad eum orbem per-
venit equinoctium facit. Quartus

cum latine dies dicatur. atque nox
quod circuli dimidia spere per
constituta proprie. Circulus
antarticus. notandum est quod con-
trarius sit circulo quem articum
notamus. Circulus hiemalis
tropicus. qui a latinis hyemalis
sive brumalis appellatur. ideo
quod sol cum ad eum circulum perve-
nerit hyemem hys qui ad
aquilonem sunt facit. et estatem
hys qui dorsum partibus eo
commorantur. De zodiaco circulo
Zodiacus autem circulus est qui
obliquatus v. angulis
una linea constat. De lacteo circulo
Lacteus circulus
via est que in aspectu videtur
a candore dicta. quam albam esse
aliqui dicunt viam esse qua
aliquando sol splendoribus suis
transitum ita lucem dicunt. De ma-
Magnitudo solis gnitudine solis
fortior est terra viii et eodem
modo ad omnes orientem
et occidentem simul et occidenti
equaliter apparet. Quod vero
tamen cubitalis nobis videtur
considerare oportet quantum sol di-
stat a terra. quia longitudo facit
ut parvus videatur a nobis
Magnitudo quoque De magnitudine lune
lune. minor fertur esse quam sol
pro eo quod superior sit a luna. tamen
a nobis maior quam luna videtur
quia sit propinquior nobis. multo
minor quam luna conspicitur. Dicitur
quod sol fortior est terra. ita terra fortior
luna per aliquam quantitatem
De natura solis

Sol dicitur quasi solus sit. Primum motum
conversionis sue amplius dilatet.
Cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri
et ex contrario elemento virtutem luminis et caloris
accipere. Unde videmus eum sepius madidum
atque roridum. De cursu solis
Sole per orientem moventem non cum
mundo. ita ut si semper in celo ma-
neret omnes dies et noctes equales
consisterent. Sed quia alio loco cras oritur
super alio occidisse hesterno videmus
cum recte ab proprio moventem. Cum autem videmus
ita. Spacium cum de equalibus orbibus an-
nuos constat. Per tempus mutationes
oriens diem facit. occidens noctem
inducit. Nam vadens longius ad me-
ridiem hyemem facit. ut hyemis frigi-
doribus ac pruinis terra humescat.
Accedens proximus ad septentrionem estatem
reddit. ut fruges maturitate durentur
et qui sunt in humidis, in tota fervescat in-
tersitate. i. maturescat De effectu solis
Sol oriens diem facit. occidens noctem
inducit. Nam dies est sol super
terras. nox est sol sub terris. Ex ipso enim
sit hoc. quod ipse dies cum ascendit. ex
ipso nox cum occidit. quod ipso meridies
cum dimicat. ex ipso in occidente
tempus fuit. Quando autem per meridie circulum
tempus fuit. Quando autem per meridiem cur-
rit. ... quod vero in maxime septen-
trionem sublimius attollitur. Cum ideo
et diversos terminos constituit locorum. et tempo-
ribus diebus semper ... mutaretur
locis cotidiano habitat et terra
consumitur. Sed ut elementis ... quibus
diversos accipit. ... annus temporibus
prout temporum discrepantia et ordo
brevitatis et per mutationes motus
accipit. Nam dum ad superiora conscendit
in vere temperat. ubi autem ad summum ...
... occidit ... caloribus

descendens quibus autumpno temperiem
reddit. Veniens ad inferiora reddit
tellurem ex glaciali compage cali-
gine. nobis hyberni frigoris deliquit.
Sol oriens per — De itinere solis
Sol incidit iter eius cui postquam ad
occasum venit. rotatus se inponit
per vastitates sub terra inmas reddit. et
rursus ad orientem redit — De lumine lune
Luna quippe philosophi dicunt speram
lune esse globum. cuius una
parte est lucida altera vero obscura
et paulatim se vertendo diversas formas
efficit. Alii vero aiunt. lunam in sua
natura esse [illegible] sed solis radiis illuminari
unde et eclypsin pati. sicut ipsum et
solem umbra terre intercipiat. Sol
cum illa longe superior est. sicut docet
ut quando sub illo est parte superiori luce-
at. inferiori vero que nobis ad terras ob-
scura sit. — De formis lune
Prima figura lune bicornis est
ita ☽ 2a sectilis ita ◗ 3a di-
midia ita ◐ 4a plena ita ○ Quinta
iterum dimidia et crescens ita ◑ 6a
iterum sectilis ita ☾ 7ma bicornis
ita ☾ 7ma a primis et xxxa 2a primis
de pleno orbe minor est et ratio cum
proportionales sunt — De incremento lune
Incrementum lune est tempus dum de-
crescit et renascitur luna. Est autem
xxxma dies quo luna non lucet tunc
[illegible] [illegible] quia soli coniuncta
obscuratur. sed cum monstro renascitur
paulatim [illegible] videtur incipit — De
Luna amissi tempori lune
Lat [illegible] lunis mensibus in spacia
spacia [illegible] tunc [illegible] obliquo
[illegible] incidit cum nec sol solis nec
[illegible] [illegible] terre [illegible] patiatur
eclypsym. [illegible] est cum terre [illegible]

[illegible] occidente cornibus [illegible]
tat. Et [illegible] occidente [illegible]
[illegible] occasum et amissa est luna
Luna terre viator — De viatico lune
Lest. quam sol. quia breviori
orbe circulum peragit quod sunt
[illegible] quam sol [illegible] [illegible]
peragit. ista per xxx dies per-
currit. Unde et aliqui in [illegible]
luna annos [illegible] solis [illegible] posuerunt
Eclypsis solis est — De eclypsi solis
Quando luna xxx. ob [illegible]
[illegible] que sol [illegible] pervenit. et
quia se obiciens solem obscurat.
Sic et fit nobis sol [illegible] [illegible]
orbis lune oppositum. De eclypsi lune et astrorum
Eclypsis lune est quando umbra
terre luna incurrit. Nam cum sua
lune sphera sed a sole illuminari putatur.
Unde et eclypsin patitur. sicut ipsum
et solem umbra terre intercipiat.
patitur quando xv luna quippe qua
[illegible] atque umbra obstante
terre [illegible]. [illegible] quod sole ut
a sole [illegible] — De differentia astrorum stellarum
Stelle et sydera et signorum
Et astra inter se differunt. Nam
stella [illegible] singularis. Sydera
sunt stelle plurimis facta ut hya-
des. pliades. Astra autem stelle gran-
des ut orion bootes. Sed hec nomina
scriptores confundunt. et astra pro stel-
lis et stellas pro sideribus ponunt.
Stelle in [illegible] — De lumine stellarum
Stelle lumen. sed a sole illuminari
dicuntur sicut et luna. — De stellis fixis
Stelle immobiles sunt et cum celo
fixe perpetuo motu feruntur.
neque cadunt per diem. sed solis splen-
dore obscurantur. — De stellarum [illegible]
Sydera autem sunt aut moventur

feruntur quae caelo fixa sunt et cum caelo
volvuntur. Conversae vero quaedam stellae
planetae id est erraticae quae cursus
suos vagos certa tamen definitione
conficiunt. De vario cursu stellarum
Stellae pro eo quod per diversos orbes
aliquandiu planetarum feruntur
quaedam celerius exortae serius
occidunt quaedam tardius exortae
citius ad occasum perveniunt aliae
pariter oriuntur et non simul occidunt
omnes autem suo tempore ad cursum proprium
revertuntur. De stellarum intervallis
Stellae inter se dispares intervalla
distant a terra. spatia dispari
claritatis magis et minus nostris
oculis apparent. Nam multae
maiores sunt his quas videmus
conspicimus sed longius positae pro-
cul videntur a nobis. De circulis stellarum
Numerus circulis stellarum est
quo cognita dicitur quanto tempore
circulum suum unaquaeque peragat
sive per longitudinem sive per latitudinem.
Longitudo vero per signiferum. Lati-
tudo per ipsum et conversum. Nam luna
viii annis fertur complere circulum
suum. Mercurius annis xx.
Lucifer annis ix. sol annis
xix. vesper xv. Feton xii. Sa-
turnus xxx. Quibus peractis ad
reversionem circuli sub eisdem
signis et partibus veniunt. Quaedam
sydera radiis solis praepedita
anomala fiunt aut retrograda
aut stationaria iuxta quod et poe-
ta meminit dicens. Sol tempora
dividit aevi atque mutat
nocte diem. radiisque potentibus
astra ire vetat. cursusque
vagos statione moratur. De stel-
lis et planetis

Quaedam stellae ideo planetae dicuntur
id est erraticae quia per totum mundum
vario motu discurrunt. Unde pro eo quod
errant retrograda dicuntur vel ano-
mala efficiuntur id est quando particulas addunt
et detrahunt. Sed cum detrahunt re-
trograda dicuntur. stationem autem fa-
ciunt quando stant. De praecedentia et antegradatione stellarum
Praecedentia vel antegradatio stellarum
est dum stella motum suum con-
suetudinem agere videtur et aliquid plus con-
suetudine praecedit. De remotione et retrogradatione stellarum
Remotio vel retrogradatio stellarum
est quod stella dum motum suum
agit simul et retrorsum moveri videtur.
Statio et absidis colligitur. De statu
Status stellarum quia stellarum
dum stella semper movetur tamen in ali-
quibus locis stare videtur. De nominibus
stellarum quae certis ex causis vocabula acceperunt
Sol appellatus eo quod solus appareat
obscuratis fulgore suo cunctis sy-
deribus. De luna
Luna dicta quasi lucina ablata
media syllaba. De qua Virgilius
Casta fave Lucina. Sumpsit autem
nomen per derivationem a solis luce eo quod
ab eo lumen accipiat acceptumque
reddat. Unde dicuntur stellae
Stellae dictae a stando quia fixae sunt semper
in caelo nec cadunt. Nam quod vi-
demus e caelo quasi stellas labi non sunt
stellae sed igniculi ab aethere lapsi qui
fiunt dum ventus altius pergens aethereum
ignem secum trahit. qui tractu suo
imitatur stellas cadentes. Nam stellae
cadere non possunt. Immobiles enim ut
praedictum est et cum caelo fixae feruntur.
Sydera dicta quod ea navigantes conside-
rando iter dirigunt ad quod consulen-
do in fallacibus undis aut ventis

ii

alibi declinatur. Quedam quoque stelle id-
circo signa dicuntur, quia ea naute obser-
vant in gubernandis navigiis. Que
planetes a terre fulgore et cursu quia li-
berius vagantur aliis stellis discurrunt. Et
omnes tempore certo intendunt ad provi-
dendas aeris qualitates per estatem et
hyemem autumnaleque tempus ortu
eorum vel occasu suo certis stationibus
temporum qualitates faciunt. De septentrione

Signorum primum arcton que circa a-
xem fixus septem stellis in se revoluta
rotatur. Nomen est grecum quod latine dicitur
ursa; que quia in modum plaustri vertitur,
unde eam septentrionem dixerunt. Triones enim
proprie sunt boves aratores, dicti
eo quod terram terant, quasi teriones. Sep-
tentrione autem ad occidentem apertis vici-
nitas facit quod dictum est. De arctofilax

Arctofilax dictus quod arcton id est heli-
cem ursam sequitur. Eundem et booten dixe-
runt, eo quod plaustro heret, signum
multis spectabile stellis, inter quas
arcturus est. De arcturo

Arcturus sidus est post caudam ma-
ioris urse positum in signo bootes.
Unde arcturus dictus est quasi arcto bovia,
quod bootis pectoribus collocata sunt.
Oritur autem arcturus autumpnali tempore.

Orion astrum ante De orion
tauri vestigia fulget. Et dictus
orion ab urina, id est ab inundatione
aquarum. Tempore enim hyemis ortus
mare et terras aquis et tempestatibus
turbat. Hunc latini iugulam vocant,
quod sit armatus ut gladius et stellarum
luce terribilis atque clarissimus. In quo
si lux interfulgeat, omnia serenitas pro-
videtur; si obscuratur, hyemalis acies tem-
pestas cum imminet. De hyadibus

Hyades dicte apo tou hyein, id est a plu-
viis; hya enim pluvie grece hyetos
dicitur. Ortu quippe suo efficiunt
pluvias. Unde et eas latini sucu-
las appellant, quod quasi pluviarum
plenas sint, iuvantur. Et quibus
Virgilius: Arcturum pluviasque
hyadas geminosque triones. Sunt
autem vii. in fronte tauri; ori-
untur tempore vernali. Pliades a plu-
ralitate dicte, quod pluralitatem greci
apo tou pleistou appellant. Sunt
autem vii. stelle ante genua tau-
ri, ex quibus vi. videntur, nam latet
una. Has latini vergilias dicunt
a temporis significatione, quod vere exoriuntur.
Ipse occasu hyemem, ortu estatem
primeque navigationis tempus ostendunt.

Canicula stella que De canicula
et syrius dicitur. Estivis mensibus in
medio circulo celi est, et dum sol ad
eam ascenderit, coniuncta est soli, dup-
licatur calor ipsius et dissolvuntur corpora
et vaporantur. Unde et ab ipsa stella
dies caniculares dicuntur, quando et
molestie sunt purgationes. De cane

Canis autem vocatur propter quod corpora
morbo afficiat, sive propter flamme
candorem, quod eiusmodi sit ut pre
ceteris lucere videatur. Itaque quam magis
eam cognoscunt syrion appellant.

Cometes stella dicta De cometa
est eo quod comas luminis ex se fundat.
Quod genus syderis quando apparuit, aut
pestilentiam aut famem aut bella
significat. Cometes autem latine crinite
appellantur, quod in modum crinium fla-
mmas spargunt. Quas stoyci dicunt
esse ultra xxx, quorum nomina et
effectus eorum astrologi scripserunt.

Lucifer dictus eo De lucifero
quod inter omnia sydera plus lucem ferat.
Lucifer autem una ex planetis

fert. Hec proprie et iubar dicitur, eo quod iubar lucis ceteris fundat. Sed et splendor solis ac lune et stellarum iubar vocatur, quod in modum iube radii ipsorum extenduntur. De vespero

Vesperus stella est occidentalis, quam cognominatam perhibent ab Espero Hyspanie rege. Est autem et ipsa ex v. stellis planetis, noctem ducens et solem sequens. Fertur autem quod hec stella oriens luciferum, occidens vesperum faciat. De qua Stacius: Et alterno deprenditur ortu mutua morte. De planetis

Planete stelle sunt que non sunt fixe celo ut reliquae, sed in aere feruntur. Dicte autem planete apo tis planes, id est ab errore. Nam in totum incerto motu in contrario. Pleraque autem nomina stellarum usque ad nomina sua fecerunt. Quarum nomina Greca sunt Pheton, Phenon, Stilbon, Pyrois, Hesperus. Stilbon. Has Romani de suorum nominibus, id est Iovis, Saturni, Mercurii, Veneris atque Martis consecraverunt. Decepti enim et decipere volentes deorum adulatione, quos sibi ad secularem amorem fabricaverant, sydera ostendebant, de celo dicentes quod Iovis esset id sydus et illud Martis et Saturni. Que opinio vanitatis. Tantam autem opinionem erroris dyabolus confirmavit, ut Saturnus

Tantum vero ceterique ab ipsis gentilibus signa dicuntur, de quibus et celum in imaginem stellis formatur, ut arcton, aries, taurus, libra et alia huiusmodi. Sed quia sydera prenominant dictum stellarum spacium corporis superstitionis vanitate permoti finxerunt, quorum quibusdam deorum suorum et figmenta et nomina conformaverunt. Nam arietem propter signum dum ut libre media inde luna fulget dicunt. Arietem propter amorem Iovis Io vocaverunt, cuius capite quam simulacra faciunt cornua fulgent. Eo signo gentiles ideo inter signa primum constituunt, quia mense Martio, qui est anni principium, solem in eo signo cursum agere dicunt. Taurum quoque inter sydera collocaverunt, ipsum qui conversus est in bovem Iovis, eo quod in bove sit fabulose conversus quando Europam transvexit. De castore et polluce

Castorem quoque et Pollucem post mortem inter notissima sydera constituerunt, quos Geminos dicunt. De cancro

Cancrum quoque inde dixerunt, eo quod cum ad hoc signum mense Iunio sol accesserit, retrograditur in modum cancri breviores dies faciens. Hoc enim animal incertum est ex prima etate. Denique ad utramque partem dirigit gressum, ita ut prior pars fit posterior et posterior prior. De leone

Leonem in Grecia Hercules occidit, et propter virtutem suam inter duodecim signa constituunt. Quod signum sol cum attingerit nimium calorem mundo reddit et annuos flatus etesias facit. De virgine

Virginem etiam inter signa collocaverunt ... ex astra ... diebus ... sol ... conspecta solis ardore ... tempus ... decem ... Libram autem vocaverunt ab De libra equalitate mensis ipsius, quia viii. kal.

octobris sol per id signum currens efficit-
cum facit. hij z luam adusta posti
Scorpium quasi et **De scorpione** libre
sagittarium propter fulgura ignis ipsius
appellavit. Sagittarius vir
equinis cruribus deformatur. cui sag-
ittam et arcum adiungunt. ut quasi ex in-
sis ignis fulmina demonstrarent. unde
et sagittarius est vocatus. **De capricornio**
Capricornum siquidem ideo inter sydera
finxerunt. propter capram iovis nu-
tricem. cuius posteriorem partem corporis
in effigie piscis ideo formaverunt. ut
pluvias eiusdem temporis designarent.
quas solet idem mensis plerumque
extremis habere. **De aquario et pisce**
Porro aquarium et pisces ab ymbribus
temporibus suis tempori nominant. quod hye-
me quando sol in his signis versatur
maiores pluvie profunduntur. Et mi-
randa generaliter demencia quod in pos
pisces. sed et arietes et hyrcos et thau-
ros. ursas et canes et cancros et
scorpiones de celo intulerunt. Nam
et aquilam et cygnum propter iovis fabulas
inter celi astra ob memoriam eius
collocaverunt. Perseum quoque et cepheum et
andromedam postea quasi sunt mor-
tui de celo receptos esse crediderunt
ita ut ymagines eorum stellis desig-
narent. eorum quoque nominibus appellare
non erubescerent. Aurigam et erictonium
de celi astra collocaverunt. propter ni-
disperunt cum primus quadrigam invenisse cre-
datur sit eius ingenium ad imitatio-
nem solis accessisse. et propterea nomen
eius post mortem inter sydera posuit.
Sic calisto licaonis regis filia
dum a iove compressa et fabulose ab
iunone deformata ursa fuisset ursa. quam

grece arctos appellant. post inter stellas
ipsius nomen et eius cum iovis filia de sep-
tem septentrionalibus transtulit. Ita
quoque arcadem filium eius quem arcto filius
appellavit. Sic lira per initio
de celo locata. Sic centaurus
chyron propter nutrivit esculapium
et achillem. inter astra
divinatus est. Sed quibus vanis sup-
sticionibus hic ab quibus intuere
sed ad sydera que deus condidit per naturam
condidit. ac certo motu distinguere
tempora ordinavit. Horum in signorum
observatores. ut genetlyaci. ut aca-
phestiorum que sunt ad cogitacione
syderum pungunt. i. ad noticiam
facere qui fidei non sunt dubi-
tatione contra sunt. Sic igitur deus
apparens ut ut scripta sunt videatur
Sed nonnulli syderum pulcritudine et cla-
ritate pellecti in lapsis stellarum
cantibus intus corruerunt. ita
ut per supputationes noxias que
mathesis dicitur. eventus rerum prenosce-
re posse conentur. Quos non solum doctores
religionis doctores sed etiam gentilium
plato. aristoteles quoque atque alii rerum ve-
ritate commoti. concordi sentencia dap-
naverunt dicentes confusionem rerum
pocius de tali persuasione generari
tua si igitur genita x ad naturas atque
nascendi necessitate pervenient. cum
nec laudem meretur boni nec mali
legem paciatur ultoriam. Et ipsius
ista non sunt celestis supplice auctori-
tatis. tu testimonio earum forte
multo pertulerunt. Credo quoque iste
vel stellarum disputacio a patre
usque ad aspirat produntur sed ut moys
patris sapientia ut in p... a tricius
legibus deducat z de superna contemplacione
collocavit

De medicina
De nomine eius
De inventoribus eius
De tribus heresibus
De quatuor humoribus
De acutis morbis
De cronicis morbis
De calopicia
De remediis
De libris medicinalibus
De instrumentis
De odoribus
De initiis medicine

De medicina

Medicina est que corporis vel tuetur vel restaurat salutem. Cuius materia versatur in morbis et vulneribus. Ad hanc itaque pertinent non ea tantum que ars eorum exhibet, quorum proprie medici nominantur, sed etiam cibus et potus, tegmen et tegumentum. Defensio denique omnis atque munitio qua sanum nostrum corpus adversus externos ictus casusque servatur.

De nomine eius

Nomen autem medicine a modo, id est temperamento, impositum estimatur, ut non satis, sed paulatim adhibeatur. Nam in multo contristatur natura, mediocritate autem gaudet. Unde et qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberint vexantur. Inmodicum enim omne non salutem sed periculum affert.

De inventoribus eius

Medicine autem artis auctor ac repertor apud grecos perhibetur apollo. Hanc filius eius esculapius laude vel opere ampliavit. Sed postquam fulminis ictu esculapius interiit, interdicta fertur medendi cura. Et ars simul cum auctore defecit, latuitque per annos pene quingentos usque ad tempus artaxersis regis persarum. Tunc eam revocavit in lucem ypocrates asclepio patre genitus in insula choo.

De tribus heresibus

Hii itaque tres viri totidem hereses invenerunt. Prima methodica inventa est ab apolline, que remedia sectatur et carmina. Secunda empirica, id est experientissima, inventa est ab esculapio, que non indiciorum signis, sed solis constat experimentis. Tertia logica, id est rationalis, inventa ab ypocrate. Iste enim discussis etatum, regionum vel egritudinum qualitatibus, artis curam rationabiliter perscrutatus est. Empirica igitur experientiam sola sectatur; logica experientie rationem adiungit; methodica nec elementorum rationem observat nec tempora nec etates nec causas, sed solas morborum substantias.

De quatuor humoribus

Sanitas est integritas corporis et temperantia nature ex calido et humido, quod est sanguis. Unde et sanitas dicta est, quasi sanguinis status. Morbi generali vocabulo omnes passiones corporis continentur; quod inde veteres morbum nominaverunt, ut ipsa appellatione mortis vim, que ex eo nascitur, demonstrarent. Inter sanitatem autem et morbum media est curatio, que nisi morbo congruat, non perducit ad sanitatem. Morbi omnes ex quatuor nascuntur humoribus, id est ex sanguine et felle, melancolia et flegmate. Ex ipsis enim reguntur sani, et ex ipsis leduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum nature creverint, egritudines faciunt. Sicut autem sunt quatuor elementa, sic et quatuor humores, et unusquisque humor

elementa sua imitantur. Sanguis ae-
rem, colera ignem, melancolia terram,
flegma aquam. Et sunt .iiii.or humores
sicut .iiii.or elementa, que conservant corpora nostra.
Sanguis ex greca ethimologia vocabulum
sumpsit, quod vegetetur et susten-
tetur et vivat. Coleram greci vocaver-
unt, quod unius diei spacio termine-
tur, et colera id est fellicula vocata
est, hoc est fellis effusio. Greci enim fel
colen dicunt. Melancolia dicta eo
quod sit ex nigri sanguinis fece admix-
ta habundancia fellis. Greci enim me-
lan nigrum vocant, fel autem colen appel-
lant. Sanguis latine vocatus
quod suavis sit, unde et homines quibus
dominatur sanguis dulces et blandi sunt.
Flegma autem dixerunt quod sit frigida.
Greci enim rigorem flegmon appellant.
Ex hiis .iiii.or humoribus reguntur sani,
ex ipsis leduntur infirmi. Dum enim
amplius extra naturam suam creverint
egritudines faciunt. Ex sanguine autem et
felle passiones acute nascuntur,
quas greci oxea vocant. Ex flegma-
te vero et melancolia veteres cause pro-
cedunt, quas greci cronia dicunt. De acutis
morbis

Oxea est acutus morbus,
qui aut cito transit aut celerius interfi-
cit, ut pleurisis, frenesis. Oxi
enim acutum apud grecos et velocem significat.
Cronia est prolixus corporis morbus,
qui multis temporibus remoratur, ut poda-
gra, tisis. Cronos enim apud grecos
tempus dicitur. Flemmo est inflatio cum rubo-
re et dolore et tensione et duricia
et gravitate. Ita accipit sic flemmo.
Et cum tumore febris contrahitur. Unde et dictus est
flemmo apo flogia, id est inflammationis.
Unde Flegeton fingitur apud inferos
flammis ardens. Unde enim sentitur
et inde nomen accepit. Acute autem
passiones propriis causis nomen
acceperunt. Febris a fervore dicta
est; est enim ab habundancia caloris. Fre-
nesis appellata sive ab impedimen-
to mentis, quia greci mentem frenas
vocant, sive quod dentibus infrendant.
Nam frenetici dentes quatiunt. Est
enim perturbacio mentis cum exagitacione
et demencia ex colerica vi effecta.
Cardia vocabulum a corde sumpsit
eo quod aliquo timore vel dolore afficiatur.
Cor enim greci cardian vocant.
Est enim cardiaca passio cum formi-
dabili metu. Litargia a sompno
vocata. Est enim oppressio cerebri
cum oblivione et sompno iugi
velud stertentis. Sinanancis a
continencia spiritus et prefocacione dicta.
Greci enim sinanchein continere dicunt.
Qui enim hoc morbo laborant do-
lore faucium perforantur. Flemmon
est fervor stomachi cum extensi-
one atque dolore, qui capit sic
et febres contrahit. Unde et dictus
flemmon apo flogi, id est inflam-
macionis. Unde enim sentitur rubor nomen
accepit. Pleurisis est dolor lateris
acutus cum febre et sputo sangui-
nolento. Latus enim grece pleura
dicitur. Unde pleuretica passio nomen
accepit. Peripleumonia est
pulmonis vicium cum dolore vehe-
menti et suspirio. Greci enim pulmo-
nem pleumon vocant, unde et egri-
tudo dicta est. Apoplexia est
subita effusio sanguinis, qua
suffocati intereunt. Dicta autem
apoplexia quod ex letali percussione
repentinus casus fiat. Greci enim
percussionem apoplexin vocant.

Spasmus latine contractio subita
partium aut nervorum cum dolore
vehementi. Quam passionem a corde
vocatam dixerunt, quia duorum
principatum ingenii est. Fit autem
duobus modis, aut ex repletione aut
exinanitione. Tetanus maior est
contractio nervorum a cervice ad dorsum.
Telum lateralis dolor est. Dorsi est autem
ita a medicis quod dolore corpus
transfigit quasi gladius. Yleos do-
lor est intestinorum, unde et yliaci dicti
sunt. Greci enim yleos obvolucionem
dicunt, quod sic intestina per dolorem con-
volvuntur. Unde torminosi dicuntur ab
intestinorum tortura. Ydrofobia
id est aque metus. Greci enim ydor
aquam vocant, fobos timorem
dicunt. Unde et latini hunc morbum
ab aque metu lymphaticam
vocant. Fit quidem autem ex canis
rabidi morsu aut ex ore spuma
mitti in terram, quam si homo vel
bestia tangit, aut dementia repletur
aut in rabiem vertitur. Carbunculus
dictus quod in ortu suo rubens sit
ut ignis, postea niger ut
carbo extinctus. Pestilencia et
pestis et contagium et inguina-
ria et lues, id est. Pestilencia est
contagium quod dum unum apprehenderit
celeriter ad plures transit. Gignitur
autem ex corrupto aere et in visceribus
penetrando innititur. Hoc et si ple-
rumque per aerias potestates fiat,
tamen sine arbitrio omnipotentis dei omnino
non fit. Dicta autem pestilencia quasi
pastulencia, quod veluti incendium
depascat et in toto descendit
corpore. Pestis idem et contagium
a contagione, quia quem contigerit polluit.
Ipsa et inguinaria ab inguinum
passione. Eadem et lues a labe
et luctu vocata, que tam acuta est ut
non habeat spacium temporis quo aut vita speretur
aut mors, sed repentinus languor simul
ad mortem venit. De cronicis morbis

Cronia est prolixus morbus qui
multis temporibus remoratur, ut poda-
gra, tisis. Cronon enim apud Grecos
tempus dicitur. Cephalea ex causa nomen habet.
Capitis enim passio est et Greci caput
cephalim vocant. Scothomia
ab accidenti nomen accepit, quod repentinas
tenebras ingerit oculis cum vertigine
capitis. Vertigo autem est quando sensum
nimius contingit et tam in altitudini-
tate. Sicut et in vitiis humoris accidit et
venit ex tempestate ex repleta humec-
tatione gignitur et oculis gyrum
facit. Unde et vertigo nuncupata est.
Epilempsia et caduca et lunatica
et barbatica et comicialis est idem.
Epilempsia vocabulum sumpsit quod men-
tem apprehendens pariter etiam corpus
possideat. Greci enim apprehensionem
epilempsiam appellant. Fit autem ex melan-
colico humore quociens exuberaverit et
ad cerebrum conversus fuerit. Hec passio et
caduca vocatur eo quod caducus eger spa-
smum patiatur. Hos et vulgus lunati-
cos vocat, quod per lune cursum comitetur
eos insidie demonum. Idem et larvatos
ipse est. Et morbus comitialis id est ma-
ior et divinus quo caduci tenentur.
Cuius tanta vis est ut homo valens con-
cidat, spumet que. Comicialis autem
dictus quod apud gentiles comiciorum
die cum hoc accidisset, comitia dimit-
tebantur. Erat autem apud Romanos

continuatorum dierum · dicitur solempsis
kl ianuarij. Mania ab insania
vel furore vocata. Nam quorundam ve-
tustas furorem maniam appellabat
sive ab inquietudine quod greci maniam sive a
divinatione quasi divinatio grece mani-
a dicitur. Melancolia dicta est a nigro
felle. Greci enim nigrum melan vo-
cant. fel autem colen appellant. Epi-
lempsia autem in fantasia fit. Melan-
colia in ratione. mania in memoria.
Tipi sunt frigide febres que ab insipine
typi appellantur. ab herba q dag-
nasatur. latine forma atque status dicitur.
Est enim accessionum vel recessionum
revolutio per statuta temporum intervalla.
Reuma grece latine eruptio sive
fluor appellatur. Catarrus est fluor
reume iugis ex naribus. qui dum
ad fauces venit. brancos vocatur.
dum ad toracem vel pulmonem tisis
dicitur. Coriza est quotiens infusio capitis
in ossa venit naribus et per foramina
facit. cum sternutatione. unde et coriza
nomen accepit. Brancos est prefocatio
sanguis a frigido humore. Greci enim
guttur brancos dicunt. ita quod fauces
sunt. quas nos corrupte branchas dicimus.
Raucedo amputatio vocis. Haec et rasdela-
sis vocatur. eo quod non raucam et
clausam reddat. ab arteria eo quod in-
via. Suspirium nomen sumpsit quia
inspirationis difficultas est. quam greci
dispnoiam dicunt. i. prefocationem.
Peripleumonia a pulmonibus nomen
accepit. Est enim pulmonis tumor
cum spumarum sanguinearum effusione.
Emoptoicis emissio sanguinis per
os. unde et nomen accepit. Emat enim
sanguis dicitur. Tisis dicitur ulceratio et
tumor in pulmonibus qui in iuvenibus

facilius venire solet. Tisis enim
apud grecos dicta quod sit consumptio totius
corporis. Tussis grece ab altitu-
dine vocatur quod a profundo pectoris ve-
niat. Angina que est superior in
faucibus ubi uva distillat.
Apostema a collectione nomen accepit
nam collectiones greci apostemas
vocant. Empiema dicitur ab apo-
stema interiori. vel dilatate. vel
in stomacho cum dolore et febribus
et tussi. consumentibus spumis
et purulentis. Epaticus morbus
a iecoris passione nomen accepit
greci enim iecur epar vocant.
Lienosis ab splene vocabulum
sumpsit. Greci enim splen lien
vocant. Ydropisis nomen sumpsit
ab aquoso humore cutis. Nam greci
ydor aquam vocant. Est enim
humor subcutaneus cum inflatione
turgente et anhelitu fetido. Nefre-
sis a renum languore nomen accepit.
Renes enim greci nefros dicunt.
Paralysis dicta a corporis inpercus-
sione facta. cum multa in frigiditate
aut in toto corpore aut in parte. Ca-
tixia nomen sumpsit a corporis
iniuria vel dubitu. Cacexia
enim mala hexis greci voca-
verunt. fit autem passio de temp-
orum cautia vitantur. vel curatione
mala medicaminis. aut post
egritudinem tarda resumptio.
Atrofia nomen accepit a diminu-
tione corporis. Nam greci nutrimenti
cessationem atrofiam dicunt. Est in-
termittitas corporis quasi ... late-
tibus et paulatim quales febribus.
Sarcia est superflua carnis
incrementum quo ultra modum

corpora signantur. Greci cum carne sarciam vocant. Sciasis vocata a parte corporis quam vexat. Nam vertebulorum ossa quorum summitates iliorum initio tenentur greci scia vocant. Efficitur autem ex flegmate quod descendit circa ossa et efficitur ibi glutinatum. Podagram greci a retinendo pedum dicunt nominatam, et afficit dolore. Chiragra autem quod manus inficit sicut ab herba agreste vocatum. Arthriticus morbus ab articulorum passione vocabulum sumpsit. Calculus petra est que in vesica fit. Unde et nomen accepit. Gignitur autem ex materia flegmatica. Stranguiria dicta est eo quod stringat urinarum difficultatem. Satiriasis iugis est et assiduus venerie cum contensione in alium locorum dicta passio a satiris. Diarria iugis ventris cursus sine vomitu. Disenteria est divisio continuationis id est ulceratio intestini. Dis enim divisio, entera intestina. Fit autem antecedente fluore quem greci diarriam vocant. Lienteria dicta quod cibi tamquam per leve intestinum nullis obstantibus sic labant per labia. Colica passio nomen sumpsit ab intestino quod greci colon appellant. Ragadie dicte eo quod scissure sint rugis collecte circa orificium. Sicut et emoroide a sanguinis fluore dicte. Greci enim sanguinem ema dicunt. De alopicia.

Alopicia est capillorum fluor circumspectis pilis fulvis aureis qualitatibus vocata a greco nomine. Aliis vulpecule quam greci alopiciam vocant. Parotide sunt duritie vel collectiones que secundum aures ex febribus aut ex alio nascuntur. Dantur autem nomina a parte in qua nascuntur. Et appellate parotide, quia aures grece auricula dicitur. Lentigo est in speciem macularum parvula et rotunditate conferta, ab specie lenticule dicta. Erisipela est quam latini sacrum ignem appellant, id est execrandum per antifrasin. Hic morbus in superficie rubore flammeo cutis rubescunt. Et dictus rubor quia ab igne vicina quaeque invadit ita ut et febres concitet. Serpedo est rubedo cutis cum pustularum constantia et nomen sumpsit a serpendo, eo quod serpat membra. Impetigo est sicca scabies prominens a corpore cum asperitate et rotunditate forme. Hanc vulgus sarnam appellat. Prurigo vocata est a perurendo et ardendo. Nictalamus est passio qua per diem nichil partibus oculis videntur, et noctibus tenebris videntur, aut e contrario ut plerique volunt die videntes nocte negantur. Verruca aliud est, satiriasis aliud. Verruca sigillata est parva non una sed tota ipsa plures in manibus. Scabies et lepra utraque passio est asperitas cutis cum pruritu et squamatione. Sed scabies tenuis asperitas et squamatio est. Ex hoc denique nomen accepit quod velut purgamenta admittat. Nam scabies que squamatur. Lepra vero cutis asperitas squamosa, lepide scilicet plus vel nomen sumpsit. Cuius color nunc in nigredinem vertitur

nunc de alborum

nunc ut albore, nunc ut rubore. In
corpore leprosus ita discernitur: si va-
riatim aut inter sanas cutis partes
color diversus appareat, aut si ita
se ubique diffundat, ut omnia unius
coloris quasi adulterini faciat. Elefan-
tiacus morbus dictus quod similitudinem ele-
fantorum, cuius naturalis dura pellis et
aspera, nomen morbo dederit hominibus, et
quod corporis superficiem similem faciat elefan-
torum cuti; sive quia magna passio
est, sicut et ipsum quod est animalium
nomen ducit. Ictericus Graeci appellant
a cuiusdam animalis nomine, quod sit coloris
fellei. Hunc morbum Latini arcua-
tum dicunt, a similitudine caelestis arcus.
Auriginem vero Varro appellatum ait
a colore auri. Regium morbum inde
existimant dictum, quod vino bono et rega-
libus cibis facilius curetur. Cancer
a similitudine marini animalis vocatum.
Ulcus sicut medici dicunt nullis
medicaminibus sanabile. Ideo ergo
praecidi solet a corpore membrum ubi
nascitur, ut aliquantum vivat; tamen
inde mortem quamlibet tardius affuturam.
Ordeolus est pustula ac purulenta
collectio in capillis palpebrarum
constituta. Diminutive latine a quantitate
dicta ordei grani similitudine nomen
accepit. Furunculus est tumor
in acutum surgens. Dictus quod fervescat
quasi fervunculus. Unde et carbunculus
dictus quod sit ignitus. Oscedo est quam infan-
tium ora exulcerantur. Dicta plaga non est
... Sirunsculi ulcera ...
... plura ... quae sunt in
... Ulcus est
putredo ipsa. Vulnus quod ferro fit quasi
vellus, vulgo quod olet quasi olcus.
Unde et ulceratio turget. Inde collectio.
Pustula est in superficie tur[gens]
veluti collectio. Papula est

pussilla cutis eruptio ... ad
vibices. Principio ... papula quasi
papilla. Vibices dicta quod congeries sang-
uinis. Separatio cum calore collectus
sanguis ... vocatur. Unde sanies
... locum ubi sanguis
adunavit ... quod putrescat. Non in
calidis et humidis fiunt quod sanguis
putrescit ... Tabes autem et
tabes ... dicit. Hinc a sanie
... est. Tabe mortuorum. Cicatrix
est obductio vulneris naturali colore
... dicta quod obducat vulnera
... De remediis et medicaminibus

Medicinae curatio spernenda non est.
Meminimus enim Ysaiam Ezechie la-
guenti aliquid medicinale mandasse.
Et Paulum apostolum Thimotheo modicum
vinum profuisse dixit. Curatio autem mor-
borum tribus generibus constat: Farmacia,
quam Latini medicamina vocant; Ci-
rurgia, quam Latini manuum operationem
appellant; nam manus apud Graecos
chyros vocatur; Dieta, quam Latini
regulam interpretantur, est enim observatio
legis et vitae. Fit autem omnis curatio
... tribus ... ; dieta ...
farmaceutica et cirurgica. Dieta
est observatio legis et vitae. Farma-
cia est medicamentorum curatio. Ci-
rurgia est ferramentorum incisio. Nam
ferro inciduntur quae medicamentorum non
senserint medicinam. Antiquorum
medicina herbis tantum et succis erat.
Talis enim medendi usus erat. Recepit
deinde ferrum et ceteris medicamentis. Omnis
autem curatio aut ex contrariis aut ex similibus ad-
hibetur. Ex contrariis frigidum calido, ut
humido siccum, sicut et in homine superbia
sanari non potest nisi humilitate sanetur.
Ex similibus vero sicut ligamentum rotundo
vulneri rotundum, vel oblongo ob-
longum apponitur. Ligatura enim ipsa non
eadem membris et vulneribus omnibus

p(er) plus sibi capiat(ur). Hiere duor(um)
ipsa adiutoria nobilissima sunt.
Ita antidotum graece latine ex contrario
datum dicitur. Contraria cum contrariis
medicantur. Nomen accepit. Est que ex-
sili(?) ut picra quod interpretatur amara.
quod gustus eius amarus est. Eupori-
sti cum nomen accepit. quod amari-
tudinem morbi solvere solet.
Sunt et medicamenta que propriis nominibus
sortiunt vocabula. Hiera cum dicatur q(uasi)
divina. Arteriaca quod apta sunt
gutturis incisioni et tussis sanand(is)
et arteriarum levamini. Tiriaca e(st)
antidotum serpentinum quo venena
pelluntur. ut pestis peste solvatur.
Catapotia graece latinum potatoria
dicitur. Cathapodia eo quod modi-
cum potetur seu conglutinetur. Dia-
morum a succo mororum nomen sumpsit.
compositio constat(?) sit. Dyacodion quasi
ex codia id est papavere sit. Sunt
diaspermaton quod ex seminibus compo(nitur).
Electuarium nominatum eo quod molle
sorbeatur. Trociscus dictus quia in
modum rotule conformatur. Trocos
enim graece rota dicitur. Collirua latini
sonant quod vitia oculorum detergant.
Epithema eo quod superponatur aliis
adiutoriis precedentibus. Cathap-
lasma est inductio ad assasia-
nitis(?). Cathaplasma eo quod inducto
pola(?) fit. Emplastrum vocatum quod inducatur.
Malagma quod sine igne maceretur
et componitur. Lithiaria(?) graece latine
in lapides dicitur. Pessaria dicta quod im-
mittantur. Obdiana(?) unictorum(?)
tyron quasi sincerum(?) minuat(?). Unde
pingitur dimidia parte sui. Dimi-
dia corpus(?) dicitur. Chiron apo-
tyrizete quod a tiruguus(?) sunt dictae

appellatur. Criticos dies medici
vocant, quibus aut(?) ex iudicio in-
firmitatis quod nomen impositum, quod eos
iudicant homines et pena sua aut
puniunt aut liberant.

De libris medicinalibus

Aforismus est sermo brevis
integrum sensum propositae rei scribens.
Prognostica praevisio languorum
vocata a praenoscendo. Oportet enim
medicum et praeterita agnoscere et praesentia scire
et futura praevidere. Dinamedia potestas
herbarum id est vis et potentia. Ita enim
causa vis ipsa dinamis dicitur. Unde
et dinamedia nuncupatur, ubi eorum
medicinae scribuntur. Botanicum herba-
rium dicitur quod ibi herbae notentur.

De instrumentis medicorum

Antiquiridion
Adam(?) quod manum astringat(ur). Dum
plura contineat ferramenta. Chiron
enim graece manus vocatur. Flebotomum
ab incisione vocatum. Flebo(s) enim
graece vena dicitur. Similaria angusta
proportione(?) gemina quae a latinis a
similitudine cannabis(?) a suppositione Ventosa
vocatur. Dicitur a suspirio(?) ... spi-
ritu(?) ignis(?). Estque pars corporis
supposita ... vel
aliorum(?) concavat. Sic quoniam sanguinem
... suppositione vocatur. Haec est
... Pila a pisendo sic
... id est tundendis. Unde et pigmenta
... quod in pila et pilo aguntur. Quia pila
est cui pila vas quo cremitur(?)
et medicinae apud nos in qua pi-
stores(?) ... et pigmenta conterantur.
Varro autem refert Pilumnum
quendam in Italia fuisse qui pinsendis
praefuit arvis. Unde et pilumni et pistores.
Ab hoc pilum et pila in quibus
far pinsitur. Ideo cum non ita appe-
llata pilum quod est in ea contunditur
quod in pila mittitur. Mortarium quod

ea trita pigmenta in pulverem redacta et
mortaria conterantur. Coticula est in qua
conducta collyria resolvuntur. Dici-
tur levis. Nam aspera frangi potius
quam resolvi collyrium facit. De odoribus
Odor vocatus ab aere. De unguentis

Thymiama lingua greca vocatur
quod sit odorabile. Nam thymum dicitur flos
qui odori est. Ex quo intelligebant vete-
res thymum. Incensum dictum quod igne
consumitur dum offertur. Pastillos
formule in modum longi porrecta
que fiunt ex multorum pigmentis et floribus
cum gravi trita. formula idcirco dicitur.
Stactum est incensum quod ex ipsa myrrha ma-
nat dictum a graecis [illegible] a plos. ara
[illegible] in i. optima. Thymia
balanum quod sit quasi glandis odorata
Ex quo [illegible] ex ipsa tui balanus ta-
pellis colore est puro [illegible] vel ad
unguentum. Unguentum vero est omne quod
ex communi oleo confectum aliarum specierum com-
positione augetur odoris iocunditate
fumans et longius redolens. De initio

Quaeritur a quibusdam quare medicine
inter ceteras liberales disciplinas
medicine ars non contineatur. Propterea quia illae
singulares continent causas. ista vero omnium.
Nam et gramaticam medicus scire debet
ut intelligere vel exponere possit que legit.
Similiter et rethoricam ut veracibus argu-
mentis valeat definire que tractat.
Necnon et dyalecticam propter infirmitatum causas
ratione adhibita perscrutandas atque cu-
randas. Sic et arismeticam propter numerum horarum
in accessionibus periodorum dierum. Non aliter
et geometriam propter qualitates regionum
et locorum situs in quibus doceat quid
quisque observare oporteat. Porro musi-
ca incognita illi non erit. Nam multa sunt
que in egris hominibus per hanc disciplinam facta
leguntur. sicut de David legitur qui ab spiritu
immundo Saulem arte modulationis

eripuit. Asclepiades quoque medicus
freneticum quendam per symphoniam
pristine sanitati restituit. Postre-
mo astronomiam notam habebit
per quam contempletur rationes astrorum
et mutationes temporum. Nam sicut ait
quidam medicorum cum ipsorum qualitatibus
et nostra corpora commutantur. Hinc est
quod medicina secunda philosophia dicitur.
Utraque enim disciplina totum hominem
sibi vindicat. Nam sicut per illam
anima ita per hanc corpus curatur. [illegible]
Unguenta autem quedam dum a loco
ut telinum. cuius [illegible]
meminit dicens. Corpus [illegible] pani-
telino unguimus [illegible] conflabat
[illegible] quod est nunc [illegible]
dibus sunt. Quedam ab adduc-
tore nomen ut amaracinum. Nam
quidam dicunt regium quendam puerum
amaracum nomine qui dum plura
unguentorum genera ferret casu
prolapsum esse et maiorem ex com-
positione odorem fecisse. Hinc et
optima unguenta amaracina dicun-
tur. Est et alia ex genere florum ut
est alia que a materie sue qualitate
dicuntur ut rosaceum a rosa. Crocinum
a flore croci. Hinc et [illegible]
odorem [illegible] quedam
simplicia unguenta sunt que ex una
tantum specie constant. Hinc et [illegible]
[illegible] odorem ut [illegible]
est cum [illegible]
tum. Composita autem sunt que pluribus
admixtis sunt. Hinc et [illegible]
odore [illegible] quod optimis aliis
que admiscentur [illegible] odore dicitur
ut [illegible]

De auctoribus legum
De legibus divinis et humanis

Quid differt inter ius leges et mores.
Quid sit ius naturale.
Quid sit ius civile.
Quid sit ius gentium.
Quid sit ius militare.
Quid sit ius publicum.
Quid sit ius quiritum.
Quid lex.
Quid scita plebium.
Quid senatus consultum.
Quid constitutio et edictum.
Quid responsa prudentium.
De legibus consularibus et tribuniciis.
De lege satura.
De legibus Rhodiis.
De privilegiis.
Quid possit lex.
Quare facta est lex.
Qualis debeat fieri lex.
De causis.
De testibus.
De instrumentis legalibus.
De rebus.
De criminibus in lege scriptis.
De penis in legibus constitutis.

De auctoribus legum

Moyses gentis hebraice primus omnium divinas leges sacris litteris explicavit. Foroneus rex grecis primus leges iudiciaque constituit. Mercurius Trimegistus primus leges egyptiis tradidit. Solon primus leges atheniensibus dedit. Ligurgus primus lacedemoniis iura ex apollinis auctoritate confinxit. Numa pompilius qui romulo successit in regno primus leges romanis edidit. Deinde cum populus seditiosos magistratus ferre non posset, decemviros legibus scribendis creavit, qui leges ex libris solonis in latinum sermonem translatas xij tabulis exposuerunt. Fuerunt autem hij: appius claudius, genucius, veturius, sulpicius, iulius, manlius, sextus, curatius, romilius, postumius. Hij decemviri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libris primus consul pompeius instituere voluit, sed non perseveravit obtrectatorum metu. Deinde cesar cepit id facere, sed ante interfectus est. Paulatim autem antique leges vetustate atque incuria exoleverunt. Quarum etsi nullus iam usus est, noticia tamen necessaria videtur. Nove a constantino cesare ceperunt et reliquis succedentibus, permixte et inordinate. Postea theodosius minor augustus ad similitudinem gregoriani et hermogeniani codicem factum constitutionum a constantini temporibus sub proprii cuiusque imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine theodosianum vocavit.

Quid differt inter leges divinas et humanas

Omnes autem leges aut divine sunt aut humane. Divine natura, humane moribus constant; ideoque hec discrepant, quoniam alie aliis gentibus placent.

Quid differt inter ius leges et mores

Fas lex divina est, ius lex humana. Transire per alienum fas est, ius non est. Ius generale nomen est, lex autem iuris est species. Ius autem dictum quia iustum est. Omne autem ius legibus et moribus constat. Lex est constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex a legendo vocata, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est de moribus tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur cum deficit lex; nec differt scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio commendat. Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat

quod disciplinam contineat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo quia in communi est usu. Cuius sit ius naturale

Ius autem naturale est aut civile aut gentium. Ius naturale est commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu nature, non constitutione aliqua habetur, ut viri et femine coniunctio, liberorum successio et educatio, communis omnium possessio et omnium una libertas, acquisitio eorum que celo, terra marique capiuntur. Item deposite rei vel commendate pecunie restitutio, violentie per vim repulsio. Nam hoc aut si quid huic simile est, numquam iniustum est, sed naturale equumque habetur. Ius civile

Ius civile est quod quisque populus vel civitas sibi proprium humana divinaque causa constituit. Cuius sit ius gentium

pro uno accipiuntur. Tertius est ordo agio-
graphorum, id est sancta scribentium, in quo sunt
libri ix, quorum primus Iob. Secundus psalterium.
Tertius Masloth, quod est parabole Salomonis.
Quartus Coeleth, quod est ecclesiastes. Quintus Sirasi-
rim, quod est canticum canticorum. Sextus Daniel.
Septimus Dibreiamin, quod est verba dierum,
hoc est paralipomenon, qui et chronicon.
Octavus Hesdras. Nonus Hester. Qui simul
omnes, quinque, octo et novem fiunt
xxii, sicut superius comprehensum est. Quidam
autem Ruth et Cinoth, quod latine dicitur
lamentatio Ieremie, agiographis

adiciunt. et xxiiii volumina te-
stamenti veteris faciunt. instar xxiiiior
seniorum qui ante conspectum dei assistunt.
Hic autem ordo veteris testa-
menti eorum librorum qui in canone
hebreorum non sunt. Est primus sapiencie liber.
secundus ecclesiasticus. 3us tobie. 4us iu-
dith. 5us et 6us machabeorum. quos
licet iudei inter apocrifa separent.
ecclesia tamen christi inter divinos libros
et honorat et predicat. In novo autem
testamento duo sunt ordines. Primus
evangelicus in quo sunt matheus.
marcus. lucas et iohannes. Secundus
apostolicus in quo sunt paulus in xiiii epi-
stolis. petrus in duabus. iohannes
in tribus. iacobus et iudas in singulis.
Actus apostolorum et apocalipsis. Summa
autem utriusque testamenti tripharie distin-
guitur. i. in hystoriam. in moribus.
in allegoria. Rursus ista tria multi-
pharie dividuntur. i. quid actum. quid
ab angelis vel hominibus gestum
dicatur sit. quid a prophetis pronuncia-
tum de christo et corpore eius. quid de dyabolo
et membris ipsius. quid de veteri
et novo populo. quid de presenti seculo et
futuro regno atque iudicio. De scripto-

ribus et vocabulis singulorum librorum

Veteris
testamenti scriptores hebreorum tradi-
tione tales perhibentur auctores. Primus
moyses divine hystorie cosmogra-
phiam i. mundi scripturam quinque vo-
luminibus edidit. que pentatheu-
cum vocantur. Pentateucus
autem a quinque voluminibus dicitur. penta
enim grece quinque. teucus volumen
vocatur. Genesis liber ideo appellatur
eo quod exordium mundi et generationis
seculi in eo contineatur. Exodus vero

exitum ab egypto vel israelis populi
significat digerit. et ex ea re nomen
accepit. Leviticus appellatur eo
quod levitarum ministeria et diversitatem
victimarum exequitur. totusque in eo or-
do leviticus adnotatur. Numerorum
liber vocatur eo quod in eo egresse de egi-
pto tribus dinumerantur. et xlii
per heremum mansionum in eo describuntur
continentur. Deuteronomium grecum nomi-
ne appellatur quod latine interpretatur secunda
lex. i. repeticio. et evangelice legis
prefiguratio. que sic ea habet que priora
sunt. ut tamen nova sint omnia que in
eo replicantur. Iosue liber nomen
accepit a iesu filio nave. cuius
hystoriam continet. Denique eius
nomine inscribunt iosue hebrei asserunt
conscriptum. post iordanis transitum
regna hostium subvertuntur. terra
populo dividitur. et per singulas urbes
viculos. montes atque confinia terre
ecclesie quoque vel celestis spiritualia regna
prefigurantur. Iudicum appellatur a prin-
cipibus populi qui prefuerunt in israel
post moysen et iosue. antequam david
et ceteri reges existerent. Hunc librum
et ruth edidisse creditur samuel.
Liber samuel in cuius principio samuelis
nativitas scribitur. et persona describit-
ur. ideo nomen ab eo accepit. Et quamvis
hic liber saul et david hystoriam
contineat. utrique tamen ad samuelem re-
feruntur. quia ipse unxit saul in regnum
et david in regem futurum. Cuius libri
partem primam conscripsit idem samuel. se-
quentia vero eius usque ad calcem scri-
psit david. Malachim liber pro-
prie appellatur. eo quod reges iude et

israhelitice gentis gesta que vero per
ordinem digerit temporum. Malachim
cuius hebraice. latine regum interpretatur.
quos libros Ieremias primus in unum
volumen collegit. Alia autem spe-
cies est per singulorum regum hystorias.
Paralipomenon grece dicitur quod nos pre-
termissorum vel reliquorum dicere possumus
quia ea que in lege vel regum libris
vel omissa vel non plene rela-
ta sunt. in isto summatim ac breviter
explicantur. Librum Iob quidam moy-
sen scripsisse arbitrantur. alii unum
ex prophetis. Nonnulli vero eundem Iob
post plagam sue passionis scriptorem
fuisse existimant arbitrantes. ut
qui certamina spiritalis pugne sustinuit.
ipse narraret quas victorias expe-
divit. Principia autem et fines libri Iob.
apud hebreos prosa oratione contexta sunt. me-
dia autem ipsius ab eo loco quo ait
pereat dies in qua natus sum usque ad
eum locum ubi ait ipse me reprehendo
et ago penitentiam. omnia heroico metro
discurrunt. Psalmorum liber grece
psalterium. hebraice nabla. latine
organum dicitur. Vocatus autem psalmorum
liber quod uno propheta canente ad
psalterium chorus consonando responderet.
Titulus autem in psalmis hebraicus ita est.
Sepherzallim quod interpretatur volumen
librorum ympnorum. Auctores autem
psalmorum qui ponuntur in titulis Moy-
ses scilicet et David et Salomon. Asaph.
Ethan. et Idithun. et filii Chore.
Eman. Ezraita. et reliqui quos
Hesdras uno volumine comprehendit.
Omnes autem psalmi apud hebreos metrico
carmine constat esse composita. Nam in
morem Romani Flacci et greci Pindari

nunc alii iambo currunt. nunc alcai-
co personant. nunc saphico nitent
trimetro vel tetrametro pede decur-
rentes. Salomon filius David rex Israel
iuxta numerum vocabulorum suorum tria
volumina edidit. Quorum primus est
masloth quod greci parabolas. latini
proverbia vocant. eo quod in ipso
sub comparatione similitudines figuras verborum et
ymagines veritatis ostendit. Ipsam autem
veritatem ad intelligentiam legentibus
reservavit. Secundum librum Coeleth
vocant. qui grece ecclesiastes dicitur.
latine concionator. eo quod sermo eius
non specialiter ad unum sicut in proverbiis sed
ad universos generaliter dirigatur. docens
quod mundus cunctaque eius caduca
et brevia et ob hoc minime appetenda.
Tercium librum Sirasirim prenotavit. qui
in latina lingua vertitur Canticum
canticorum. ubi per epythalamium car-
men coniunctionem Christi et ecclesie mistice
canit. Dictum est canticum canticorum eo
quod omnibus canticis preferatur. que in scripturis
sanctis habentur. sicut quedam dicun-
tur sancta. quia minora sunt sancto-
rum. Hii autem libri carmina sunt exa-
metris et pentametris versibus apud
suos composita perhibentur. ut Iose-
phus et Ieronimus scribunt. Ysaias
evangelista potius quam propheta edidit
librum suum. cuius omnis textus eloquencie
incedit. Canticum vero exametro
et pentametro versu discurrit. Ieremias
similiter edidit librum suum cum threnis
eius quos nos lamentationes vocamus.
eo quod in tribulationibus rerum funeribusque
adhibentur. In quibus quadruplici
diverso metro composuit alphabetum
quorum duo prima quasi saphico metro
scripta sunt. quia tres versiculos qui sibi

incipiunt. ratione tamen litterarum incipi-
unt. Hieremias carmina conclusit.
Tertium alphabetum trimetro scriptum
est. ratione litteris iuxta tamen versus
incipiunt. Quartum alphabetum simile
primo et secundo est. Ezechiel et Daniel
a viris quibusdam sapientibus scripti
esse perhibentur. Quorum Ezechiel principia
et fines voluminis habet obscuritatibus in-
voluta. Daniel vero claro sermone
regnum omnium pronuntiat et tempus adventus
Christi manifestissima praedicatione adnotat.
Hii sunt quattuor prophetae qui maiores vo-
cantur quia prolixa volumina condiderunt.
Libri autem XII prophetarum auctorum suorum
nominibus praenotantur. Qui propterea
dicuntur minores quia sermones eorum brevi-
ores sunt. unde et connexi sibi invicem con-
tinentur uno volumine. Quorum
haec nomina sunt. Osee. Iohel. Amos.
Abdias. Ionas. Michaeas. Naum.
Abacuc. Sophonias. Aggaeus.
Zacharias. et Malachias. Esdrae
liber auctoris sui titulo praenotatur.
in cuius textu eiusdem Esdrae Neemiae-
que sermones pariter continentur.
Nec quicquam moveat quod unus
Esdrae dicitur liber quia sermones tamen
continens. ut habetur apud Hebraeos
sed inter apocryphos deputatur. He-
ster librum Esdras creditur conscripsisse
in quo eadem regina sub figura
ecclesiae Dei populum a servitute et morte
eripuisse scribitur. atque interfecto Am-
an qui interpretatur iniquitas diei celebri-
tas in posteros mittitur. Liber
Sapientiae apud Hebraeos nusquam est. unde et
ipse titulus Graeca magis eloquentia
redolet. Hunc Iudaei Philonis esse
affirmant. qui proinde Sapientia nominatur

quia in eo Christi adventus qui est sapientia patris
et passio eius evidenter exprimitur. Librum
autem Ecclesiasticum certissime Iesus filius Sirach
Hierosolymita nepos Iesu sacerdotis
magni composuit. de quo et invenit
Zacharias. Qui liber apud Latinos propter
eloquii similitudinem Salomonis titulo praenotatur.
Dictus autem Ecclesiasticus eo quod de totius
ecclesiae disciplina religi-
onis magna cura et ratione
sit editus. Hic apud Hebraeos reperitur
sed inter apocryphos habetur. Iudith vero
et Tobiae sive Machabaeorum libri quibus
auctoribus scripti sunt minime constat.
Evangelii vocabula et eorum nominibus
quorum gesta scribuntur. Quattuor libros
evangeliorum quattuor evangelistae singuli
conscripserunt. Primus Matthaeus conscripsit
conscripsit evangelium litteris Hebraicis et sermo-
nibus in Iudaea initians evangeli-
zare a generatione Christi nativitate dicens.
Liber generationis Iesu Christi filii David filii
Abraham. significans se stirpe corpo-
re esse primum patriarcharum Christum. [illegible]
[illegible] apostolus Petri sequ-
dus Marcus plenus Spiritu Sancto
scripsit evangelium et Christi eloquio Graeco in
Italia. Petrumque prius ut discipulus
eius initians a spiritu prophetali sic
dicens. Vox clamantis in deserto parate
viam Domini. et vel. ut ordiret Christum post
assumptionem carnis evangelium praedica-
re mundo. Ipse enim Christus et propheta
David et sic scriptum est. Et propheta in
generalibus posuit. Tertius Lucas
inter omnes evangelistas Graeci sermonis
eruditissimus fuisse. ut medicus
in Graecia evangelium scripsit Theophilo episcopo.
initians a sacerdotali spiritu dicens

fuit in diebus herodis regis iudee
sacerdos quidam nomine zacharias. ut
lucas narrat. xv. post nativitatem cuius
et predicacionem eius. gloria fuisse
effectum pro salute mundi. Iste fuit
sacerdos de quo dicitur et dicebatur. Tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech
etc. ubi cum christus advenit sacerdocia
iudeorum obmutuerunt. Sed et prophetia
cessavit. Iohannes iohannes scripsit
ewangelium ultimus de asia. rogatus a
libris ut ... contra salvatorem
qui proles dignitate est nasci et pati. ipsum
dixit scilicet dei verbum esse. ipsum a deo
nasse et post mortem iterum ad celum
revolasse. Hic post maiorem ewangeliis
quos per excellenciam super simul prestat
dum maiorem animalibus. propterea quod maior
animalia que per maiorem mundi partes fi-
des [illegible] religionis corporis predicacione
disseminata et animalia dicta sunt.
Quia [illegible] gloriis predicat ewangelium
de [illegible] et totum plena sunt intus
et foris. quia previderunt ea que dicta sunt.
a prophetis. et que previserunt de operibus
Christi a corpore vera que in ipsis sunt
de ewangeliis est. et alas super te-
gentes eius. et facies suas. Re-
velata sunt cum quam tegebantur de adven-
tu christi. Cum [illegible] in ipsis bonis annus
nacio ut annunciat. Christi cum de
bonum angelum. annunciato. Sicut
vero et angelus nuncius ipsius. Paulus
apostolus suas scripsit epistolas xiiii. quo-
rum vero scripte ecclesiis scripsit.
reliquas discipulis suis thymotheo.
et tyto. philemoni. Ad hebreos
vero epistola a pluribus latinis negatur esse ita
esse propter dissonanciam sermonis.
eandem quoque alii barnabe conscripsisse

alii a clemente scriptam fuisse suspi-
cantur. Petrus scripsit duas nomi-
ne suo epistolas. Iacobus et iohannes et
iudas suas scripserunt epistolas
que catholice id est canonice nominantur
quia non uni tantum populo vel civitati
sed universis gentibus generaliter scripte
sunt. Actus apostolorum primordia
fidei christiane in gentibus et nascentis
ecclesie hystoriam retinere dinoscitur
Actuum apostolorum scriptor lucas est
ewangelista cuius opere nascentis
ecclesie infancia texitur. et apostolorum
hystoria retinetur. vero et actus aposto-
lorum. Apokalipsim librum iohannes
ewangelista scripsit eo tempore quo ob ewan-
gelii predicacionem in insula pathmos
traditur relegatus. Apokalipsis vero
grece latine id est revelacio interpretatur.
Revelacio enim dicitur manifestacio eorum
que obscura et in mani[festa] erant. ut ...
et ipse iohannes dicit. Apokalipsis
ihesu christi. quam dedit illi deus palam
facere servis. Hic sunt scriptores sacrorum
librorum qui per spiritum sanctum loquentes
ad erudicionem nostram et precepta vi-
vendi et credendi regulam conscrip-
serunt. Preter hec alia volumina
apocrypha nominantur. Apocrypha vero
dicta id est secreta quia in dubiis veniunt
Est enim eorum origo occulta ut patres
patribus quibus usque ad nos auc-
toritas veracium scripturarum certissima
et notissima successione pervenit
in hiis apocriphis. et si invenitur
aliqua veritas tamen propter multa falsa
nulla est in eis canonica auctoritas
que recte a prudentibus iudicatur. Ideo eorum
quoque nec astruuntur. Sed multa et
sub nominibus prophetarum et recenciora

Apocrypha
vide glo[ssam] ...
... ...
... apocrypha
Et hic ...
...

sub nominibus scriptorum abbreviationes posuerunt, que omnia sub nomine apocriforum ante tempora diligenti examinatione reiecta sunt.

De bibliotecis

Bibliotheca a greco nomen accepit, eo quod ibi recondantur libri. Nam biblio librorum, theca repositio interpretatur. Bibliothecam veteris testamenti Esdras scriba post incensam legem a caldeis, dum iudei regressi fuissent in ierusalem, divino afflatus spiritu reparavit, cunctaque legis ac prophetarum volumina que fuerant a gentibus corrupta correxit, totumque vetus testamentum in xxii libros constituit, ut tot libri essent in lege quot habebantur et littere. Apud grecos autem bibliothecam primus instituisse creditur Pisistratus atheniensium tyrannus, quam deinceps ab atheniensibus auctam Xerxes incensis atheniis evexit in persas, longoque post tempore Seleucus nicanor rursus in greciam retulit. Hinc studium regibus urbibusque ceteris natum est comparandi volumina diversarum gentium, et per interpretes in grecam linguam vertendi. Dehinc magnus Alexander vel successores eorum instruendis omnium librorum bibliothecis animum intenderunt, maxime Ptolomeus cognomento philadelphus omnis litterature sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisistratum emularetur, non solum gentium scripturas, sed etiam et divinas litteras in bibliothecam suam contulit. Nam lxx milia librorum huius temporibus alexandrie inventa sunt. Hic etiam ab eleazaro pontifice petens scripturas veteris testamenti in grecam vocem ex hebrea lingua per lxx interpretes transferre curavit, que in alexandrina bibliotheca fuerunt. Siquidem singuli in singulis cellulis separati ita omnia per spiritum sanctum interpretati sunt, ut nichil in alicuius eorum codice inventum esset, quod in ceteris vel in verborum ordine discreparet. Fuerunt et alii interpretes qui ex hebrea lingua in grecam sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus et Theodocion, sicut et vulgaris illa interpretacio, cuius auctor non apparet, et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Preterea sextam et septimam editionem Origenes miro labore repperit, et cum ceteris editionibus comparavit. Presbiter quoque Ieronimus trium linguarum peritus ex hebreo in latinum eloquium easdem scripturas convertit, eloquenterque transfudit. Cuius interpretatio merito ceteris antefertur. Nam est et verborum tenacior et perspicuitate sententie clarior.

De eo qui primus romam libros advexit

Rome primus librorum copiam advexit Emilius paulus, perseo macedonum rege devicto, deinde Lucullus e pontica preda. Post hos Cesar dedit Marco varroni negocium quam maxime bibliothece construende. Primus autem rome bibliothecas publicavit Pollio, grecas simul atque latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de manubiis magnificentissimum instruxerat.

Qui apud nos bibliothecas instituit

Apud nos quoque Pamphilus martir, cuius vitam Eusebius cesariensis conscripsit, Pisistratum in sacre bibliotece

studio suo iungi adequare contendit.
Hic enim in bibliotheca sua prope
xxx voluminum milia habuit. Hieronymus
quoque atque Gennadius ecclesiasticos scrip-
tores in toto orbe quaerentes or-
dine persecuti sunt. eorumque studia uno
voluminis indiculo comprehendunt

Marcus terencius **Qui multa scripserunt**

Marcus varro apud latinos innumerabi-
les libros scripsit. Apud grecos quoque
Calcenterus miris attollitur
laudibus quod tantos libros edidit
quantos quisque nostrum alienos scribere
sua manu non possit. De nostris
quoque apud grecos origenes in scripturarum
labore tam grecos quam latinos operum
suorum numero superavit. Denique Hieronymus
sex milia librorum eius se legisse
fatetur. Horum tamen omnium studia Augustinus
ingenio vel sciencia sua vicit.
Nam tanta scripsit ut diebus ac
noctibus non solum scribere libros
eius quisquam sed nec legere quidem oc-
currat. **De quibus opusculorum**

Opusculorum genera esse tria.
Primum genus excerpta sunt que greci
scolia nuncupant. In quibus ea que
videntur obscura vel difficilia
summatim ac breviter perstringuntur.
Secundum genus omelie sunt quas latini
verbum appellant que proferuntur in
populis. Tercium tomi, quos nos
libros vel volumina nuncupamus.
Omelie autem ad vulgus loquuntur.
Tomi vero id est libri maiores sunt
disputaciones. Dialogus est colla-
cio duorum vel plurimorum quem latini
sermonem dicunt. Nam quos greci
dyalogos vocant nos sermones
vocamus. Sermo autem dictus quia
inter utrumque seritur. Unde et in virgi-
lio. multa inter sese vario ser-
mone serebant. Tractatus est
unius rei multiplex expositio. eo
quod tractat sensum in multa, conveniendi
contractando. Differt autem sermo
tractatus et verbum. Sermo enim alteri
eget persona. Tractatus specialiter ad se
ipsum est. Verbum autem ad omnes. Unde
et dicitur verbum fecit ad populum. Commen-
taria dicta quasi cum mente. Sunt enim
interpretaciones. ut commenta iuris.
commenta evangelii. Apologeticum
est excusatio in quo solent quidam
accusantibus respondere. In defensione
aut negatione sola posita
est. et est nomen grecum. Panegi-
ricum est licenciosum et lascivio-
sum genus dicendi in laudibus
regum. In cuius composicione homines
multis mendaciis adulantur. Quod
malum a grecis exortum est. quorum
levitas instructa dicendi facul-
tate et copia incredibili multas
mendaciorum nebulas suscitat.
Fastorum libri sunt in quibus reges
vel consules scribuntur. a fasci-
bus vel a fascibus dicti id est po-
testatibus. Unde et ovidii libri
fastorum dicuntur quia de regibus et
consulibus editi sunt. Prohemium
est inicium dicendi. Sunt enim
prohemia principia dicendi librorum
que ante cause narracionem
ad instruendas audiencium
aures coaptantur. Cuius nomen
plerique latinitatis periti sine transla-
tione posuerunt. Hoc autem vocabulum
apud nos interpretatum prefacio nuncu-
patur quasi prelocutio. Excerpta sunt

que autem quod faciamus aut quid non faciamus
sit docent. Iubentia faciendum. ut dili-
ges dominum deum tuum: et honora patrem
tuum et matrem tuam. Vetantia non facienda.
ut non mechaberis. non furtum facies.
Dilu et gentilium precepta ut iubeant
vel vetant. Iubent facienda. ut mise-
ricordia. pacem mutuam. Vetant. ut ne-
re vel nitens conculcat. pacem nece-
flagella petit. Primum quae precepta
apud hebreos moyses scripsit. Apud
latinos mandata vocantur. postquam precepta
composuit. Sequebantur ea postremum
dicitur primum tractatus. Parabole
quippe et problemata nominibus
suis indicant aliquid se per signi-
ficari oportere. Parabola quippe ali-
cuius rei similitudo per se grece vo-
catur sit vocabulum generatum. Ita ex
platinis usurpatur. Et nunc dicitur
quod de parabolis quod dominus respondebat
rebus dicitur quod agitur comparatur. Proble-
mata autem que latine appellantur pro-
positiones questiones sunt habentes aliquid
disputatione solvendum sit.
Questio autem est quo queritur
an sit. quid sit. quale sit. Argumentum
non dictum est quasi argutum. vel quod
sit argute vel mentem eadem com-
probandis res. Epistolam proprie greci
vocant quod interpretatur latine missa.
Stolas enim vel stoli missi vel mi-
ssio. Ante carte et membranarum
usum in dolatis ex ligno codi-
cillis epistolarum alloquia scribebantur
Unde et portitores earum tabellarios
earum vocaverunt. De ceris

Cere litterarum materies parvulorum
nutrices. ipse dant ingenium
pueris primordia sensus. quarum studium
primi greci tradidisse produntur. Gre-
ci autem et tusci primum ferro in ceris scrip-
serunt. postea romani iusserunt
ne graphium ferreum quis haberet. Unde
et apud scriptores dicitur. cera nec ferro
ne cedito. Postea institutum e-
st ut cera ossibus scriberent. sicut
indicat atta in satura dicens.
Vertamus vomerem in cera mucro-
neque aremus osseo. Graphium
autem grece latine scriptorium dicitur. Nam
graphia scriptura dicitur. De cartis

Cartarum usum primus egyptus
ministravit. ceptum apud memphiti-
cam urbem. Memphis enim civitas
egyptiorum est. ubi carte usus inventus
est primum. sicut ait lucanus. Conficitur
bibula memphitis carta papiro.
Bibulam autem papirum dixit quod humorem
bibat. Carta autem dicta quod carptim
papiri tegmen decerptum glutinatur.
Cuius genera plura sunt. Prima et precipua
augustea regia et maioris forme
in honorem octaviani augusti appe-
llata. Secunda libiana ob honorem
livie coniugis eius. Tercia ieratica dicta quod
ad sacros libros eligebatur. similis
auguste. sed subcolorata. Quarta te-
neotica a loco alexandrie qui ita
vocatur fiebat. Quinta saitica ab
oppido sais. Sexta corneliana a
cornelio gallo prefecto egipti primum
confecta. Septima emporetica. quod ea
merces involvuntur. cum sit scripturis
minus ydonea. De pergamenis

Pergameni reges cum carta indi-
gerent. membranas primi excogi-
taverunt. Unde et pergamenarum nomen
hucusque tradente posteritate servatum
est. Hec et membrana dicuntur quia ex
membris pecudum detrahuntur. Fiebant
autem primum coloris lutei id est cerei prius

vero Rome candida membrana reperta
est quod apparuit inhabile esse quia et fa-
cile sordescant aciemque legentium
ledant sicut peritiores architecti nec
aurea lacunaria ponenda in biblio-
thecis putent nec pavimenta alia
quam e caristeo marmore quod auri
fulgor hebetat et caristea viri-
ditas reficiat oculos. Nam et qui
nummulariam discunt diversarum formas
in mixtos pannos obtendunt et gem-
marum sculptores scarabeorum terga
quibus nichil est viridius contuentur eppi-
due et pictores faciunt. Et facie contrahuntur
visus eorum viriditate recreant.
Membrana autem aut candida aut
lutea aut purpurea. Candida natura
existit. Luteum membranum bicolor
est quod a confectore una parte tingitur
id est crocatur. De quo Persius. Iam liber
et positis bicolor membrana capillis.
Purpurea vero inficiuntur colore pur-
pureo in quibus aurum et argentum liquen-
tes patescat in litteris. De libris confi-
ciendis.

Quedam nomina librorum apud gentiles certis modulis con-
ficiebantur. Breviori forma carmina atque
epistole. At vero historie maiori mo-
dulo scribebantur. Et non solum in charta
vel membranis sed etiam in omentis
et omentis elephantinis textilibusque
malvarum foliis atque palma-
rum. Cuius generis Cinna sic meminit.
Hec tibi arateis multum invigilata
lucernis carmina quis ignes novimus ae-
rios levis in aridulo malue
descripta libello. Prusiaca
vexit munera navicula. Incidi
libros scalpello primi dixerunt. Nam
initio pumicabantur. Unde et Catullus
ait. Cui dono lepidum novum

libellum arido pumice expolitum.
De librorum vocabulis

Codex multorum librorum est. Liber unius volu-
minis. Et dictus codex per translationem
a corticibus arborum seu vitium
quasi caudex quod ex se multitudinem
ramorum contineat. Volumen liber
est a volvendo dictus. Sicut apud Hebreos
volumina legis volumina prophe-
tarum. Liber est interior tunica
corticis que ligno coheret. De quo
Vergilius. Alta liber heret in ulmo.
Unde et liber dicitur in quo scribimus quia ante
usum charte vel membranarum de
libris arborum volumina fiebant
id est compaginabantur. Unde et scriptores a
libris arborum librarios vocaverunt.
De libris et eorum instrumentis

Librarios antea bibliopolas dictos.
Librum enim Greci biblion vocant. Lib-
rarii autem iidem et antiquarii vocantur.
Sed librarii sunt qui et nova scribunt et ve-
tera. Antiquarii qui tantummodo vetera.
Unde et nomen sumpserunt. Scriba autem
scribendo nomen accepit officium exprimens
vocabuli qualitatem. Instrumenta scribe
calamus et penna. Ex his enim verba
paginis infiguntur. Sed calamus
arboris est. Penna avis. Cuius acu-
men dividitur in duo. In toto corpore
unitate servata. Credo propter misterium ut in
duobus apicibus vetus et novum
testamentum signaretur quo exprimitur
verbi sacramentum sanguine passionis
effusum. Calamus autem a ponendo liquo-
rem vocatus. Unde et nauta
calare ponere dicunt. Penna autem ab ap-
pendendo vocata id est volando. Est enim
ut diximus avium. Folia autem
librorum appellata sive ex similitudine
foliorum arborum sive quia ex follibus
fiunt id est ex pellibus que occisis

pecudibus detrahi solent. Cuius partes pagine dicuntur eo quod sibi invicem compaginantur. Versus a vulgo vocati quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra. A sinistra enim ad dexteram primum deducebant stilum, deinde convertebantur ab inferiori et rursum ad dexteram versus. quos et hodie rustici versus vocant. Scheda est que adhuc emendatur et necdum in libris redacta est. et est nomen grecum sicut et thomus.

De canonibus evangeliorum

Canones evangeliorum Ammonius Alexandrinus primus excogitavit. quos postea Eusebius Cesariensis secutus plenius composuit. Qui ideo facti sunt ut per eos invenire et scire possimus qui reliquorum evangelistarum similia aut propria dixerunt. Sunt autem numero x. quorum primus continet numeros in quibus quattuor eadem dixerunt. Matheus. Marcus. Lucas et Iohannes. Secundus in quibus tres. Matheus. Marcus. Lucas. Tercius in quibus tres. Matheus. Lucas. Iohannes. Quartus in quibus tres. Matheus. Marcus. Iohannes. Quintus in quibus duo. Matheus. Lucas. Sextus in quibus duo. Matheus. Marcus. Septimus in quibus duo. Matheus. Iohannes. Octavus in quibus duo. Lucas. Marcus. Nonus in quibus duo. Lucas. Iohannes. Decimus in quibus singuli eorum ipsa quedam dixerunt. Quorum expositio hec est. Per singulos cum evangelistas numerus quidam capitulis affixus adiacet. quibus numeris subdita est era quedam minio notata. que indicat in quoto canone positus sit numerus cui subiecta est era. Verbi gratia. Si est era prima in primo canone. si 2a in secundo. si tercia in tercio. et sic per ordinem usque ad decimum perveniens. Si igitur aperto quolibet evangelio placuerit scire qui reliquorum evangelistarum similia dixerunt. assumes adiacentem numerum capituli et requires ipsum in suo canone numerum quem indicat era. ibi invenies qui que dixerunt. et ita demum de corpore singula loca querens que ipsi numeri indicant per singula evangelia. et eadem dixisse invenies.

De canonibus conciliorum

Canon autem grece latine regula nuncupatur. Regula autem dicta quia recte ducit nec aliquando aliorsum trahit. Alii dixerunt regulam dictam vel quod regat vel quod normam recte vivendi prebeat. vel quod distortum pravumque quid corrigat. Canones autem generalium conciliorum a temporibus Constantini ceperunt. In precedentibus namque annis persecutione fervente docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde christianitas in diversas hereses scissa est. quia non erat licencia episcopis in unum convenire nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti patres in concilio Niceno de omni orbe terrarum convenientes iuxta fidem evangelicam et apostolicam secundum post apostolos symbolum tradiderunt. Inter cetera autem concilia iiii^or esse scimus venerabiles synodos que totam principaliter fidem complectuntur. quasi iiii^or evangelia vel totidem paradisi flumina. Harum prima Nicena synodus ccc. xviii episcoporum Constantino augusto imperante peracta est. in qua arriane perfidie condempnata blasphemia. quam de inequalitate sancte trinitatis idem arrius asserebat

consubstantialem deo patri deum filium eundem ipsa synodus per symbolum diffinivit. Secunda synodus CL patrum sub Theodosio seniore Constantinopolim congregata est, que Macedonium spiritum sanctum deum esse negantem condempnans consubstantialem deo patri et filio spiritum sanctum demonstravit, dans symboli formam quam tota Grecorum et Latinorum confessio in ecclesiis predicat. Tercia synodus Ephesina prima CC episcoporum sub iuniore Theodosio augusto edita, que Nestorium duas personas in Christo asserentem iusto anathemate condempnavit, ostendens manere in duabus naturis unam domini nostri Ihesu Christi personam. Quarta synodus Calcedonensis DCXXX sacerdotum sub Marciano principe habita est, in qua Eutichen Constantinopolitanum abbatem, verbi dei et carnis unam naturam pronunciantem, et eius defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum et ipsum rursum Nestorium cum reliquis hereticis una patrum sententia condempnavit, predicans eadem synodus Christum dominum sic natum de virgine ut in eo substantiam et divine et humane confitemur nature. Hee sunt quatuor synodi principales fidei doctrinam plenissime predicantes. Sed et si que sunt concilia que sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore, quorum gesta in hoc opere condita continentur. Synodus autem ex greco interpretatur comitatus vel cetus. Concilii vero nomen tractum est ex more romano. Tempore enim quo cause agebantur, conveniebant omnes in unum communique intentione tractabant. Unde et concilium a communi intentione dictum quasi comcilium. Nam cilia oculorum sunt. Unde et considium consilium, d in l transeunte. Cetus vero conventus est vel congregatio, a coeundo, id est conveniendo in unum. Unde et conventus est nuncupatus, sicut conventus cetus vel concilium, a societate multorum in unum.

De ciclo paschali

Paschalem ciclum Ypolitus episcopus temporibus Alexandri imperatoris primus conscripsit. Post quem probatissimi auctores Eusebius Cesariensis, Theophilus Alexandrinus, Prosper quoque natione Aquitanus atque Victorinus amplificatis eiusdem festi rationibus multiplices circulos ediderunt. Cuius vero postremus Cirillus Alexandrie urbis episcopus in nonaginta V annos per quinquies decennovenales calculans, quoto kalendas vel luna debeat paschalis sollempnitas celebrari, summa brevitate notavit. Ciclus autem vocatus eo quod in orbe digestus sit et quasi in circulo dispositum ordinem complectatur annorum sine varietate et sine ulla arte. Unde factum est ut carmina de materie eadem simplici formitate facta cyclica vocarentur. Hunc et catalogum dicunt quia ordine texat seriem annorum. cicli

Ciclus primus decennovenalis

Com. anno. ij. id. ap. l. xxi.
B Com. vj. kl. ap. l. xvij
Kmb. xiij. kl. ma. l. xvij.
Com. vj. id. ap. l. xx.
Com. viij. kl. ap. l. xvij
B Kmb. ij. id. ap. l. xvij
Com. ij. kl. ap. l. xvij
Kmb. viij. kl. ma. l. xx.
Com. v. id. ap. l. xvij

B. Com. ij. kl. ap. l. xviij
Sub. xij. kl. ma. l. xix
Com. non. ap. l. xv.
Com. v. kl. ap. l. xviij.
B. Sub. xvj. kl. ma. l. xviij.
Com. vj. id. ap. l. xxj.
Com. x. kl. ap. l. xvij.
Sub. xv. kl. ma. l. xxj.
B. Com. ij. kl. ap. l. xv.
Sub. xj. kl. ma. l. x.
Sub. id. ap. l. xx.
Com. iiij. kl. l. xvij
B. Sub. xv. kl. ma. l. xvij.
Com. v. id. ap. l. xix.
Com. viij. kl. ap. l. xv.
Sub. xix. kl. ma. l. xvij
B. Sub. ii. n. ap. l. xix
Com. v. kl. ap. l. xxj.
Sub. iiij. idus. ap. l. xv.
Com. iiij. n. ap. l. xix
B. Sub. ix. kl. ma. l. xix.

Ciclus tercius

Com. viij. ap. l. xv.
Com. iiij. kl. ap. l. xix
Sub. xiiij. kl. ma. l. xix.
B Com. vj id. ap. l. xxj
Com. viij. kl. ap. l. xvij
Sub. xviij. kl. ma. l. xviij.
Com. viij. id. ap. l. xxj
B. Sub. vij. kl. ma. l. xxj
Com. iiij. id. ap. l. xvij.
Com. iiij. n. ap. l. xx.
Sub. x. kl. ma. l. xxj.
B Comb. viij. ap. l. xvij
Com. iiij. kl. ap. l. xix.
Sub. xiiij kl. ma. l. xx.
Com. iij. n. ap. l. xvij.
B. Com. viij. kl. ap. l. xviij.

Sub. xviij. kl. ma. l. xix.
Com. iij. kl. ap l. xv.
Sub. xiij. kl. ma. l. xvj.

Ciclus quartus

B. Com. iiij. id. ap. l. xix.
Com. vij. kl. ap. l. xv.
Sub. xvij. kl. ma. l. xvj
Com. vij. id. ap. l. xix.
B. Com. iiij. kl. ap. l. xxj
Sub. iij. id. ap. l. xv.
Com. iij. n. ap. l. xviij.
Sub. x. kl. ma. l. xix
B Com. xviij. kl. ma. l. xxj.
Com. iij. kl. ap. l. xviij.
Sub. xij. kl. ma. l. xviij
Com. iij. id. ap. l. xxj
B. Com. vij. kl. ap. l. xvj.
Sub. xvij. kl. ma. l. xvij.
Com. vij. id. ap. l. xx.
Com. x. kl. ap. l. xvj.
B Sub. iij. id. ap. l. xvj.
Com. iij. n. ap. l. xix
Sub. ix. kl. ma. l. xx.

Ciclus quintus

Com. vij. id. ap. l. xvj.
B Com. iij. kl. ap. l. xix.
Sub. xiij. kl. ma. l. xx.
Com. ij. n. ap. l. xvj
Com. vj kl. ap. l. xix
B Sub. xviij. kl. ma. l. xix.
Com. ij. kl. ap. l. xv.
Sub. xij. kl. ma. l. xvj
Com. ij. id. ap. l. xix
B. Com. iij. kl. ap. l. xxj
Sub. xvj. kl. ma. l. xv.
Com. vj. id. ap. l. xvij
Com. ij. kl. ap. l. xxj.
B Sub. xij. kl. ma. l. xxj

Dominica ii. non. apr. l. xvii.
Dominica vi. kl. apr. l. xx.
Embolismus xvii kl. m. l. xxi.
B. Dominica ii. kl. apr. l. xvii.
Embolismus xii. kl. apr. l. xviii.

A condicione mundi usque ad hunc novissimum cicli annum computantur anni quinque milia dccc xx.

Post cuius completionem ad primum exordium revertimur.

Antiquitus etiam pascha quarta decima luna cum iudeis celebrabatur quocumque die occurrerit. Deinde vero sancti patres in nicena synodo prohibuerunt constituentes non solum lunam paschalem et mensem inquirere sed etiam diem resurrectionis dominice observare et observare pascha a xiiii luna usque ad xxi extenderunt ut dies dominica non obmitteretur. Pasche autem vocabulum non grecum sed hebreum est. Non a passione quoniam pascin grece dicitur pati sed a transitu hebreo verbo pascha appellatum est eo quod tunc populus dei ex egipto transierit. Unde et in evangelio cum vidisset ihesus quia venit hora ut transiret de mundo ad patrem. Cuius noctis vigilia propter adventum regis ac dei nostri ut tempore resurrectionis eius nos non dormientes sed vigilantes inveniat. Cuius noctis duplex ratio est. sive quod in ea et vitam recepit cum passus est. sive quod postea eadem hora qua resurrexit ad iudicandum venturus est. Eo autem modo agimus pascha ut non solum mortem et resurrectionem christi memoremus sed et cetera que de eo attestantur ad sacramentorum significationem inspiciamus. Propter initium cum nove vite. et propter novum hominem quem iubemur induere et exuere veterem expurgantes vetus fermentum ut simus nova conspersio. Quoniam pascha nostrum immolatus est christus. Propter hanc ergo vite novitatem et propter novum hominem primus mensis novorum in anni mensibus celebrationi paschali mistice attributus est. Quod vero tertia ebdomada die pascha celebratur id est qui dies occurrerit in quinta decima et vicesima prima hoc sit quia in toto tempore seculi quod septenario dierum numero agitur nunc tertium tempus hoc sacramentum aperuit. Primum enim tempus est ante legem. secundum sub lege. tertium sub gratia. Ubi iam manifestatum est sacramentum prius occultatum in prophetico enigmate. Ideo propter hec tria seculi tempora resurrectio domini tertiana est. Quod vero a xiiii luna usque ad xxi per vii dies paschalis dies queritur propter eundem numerum septenarium quo universitatis significatio sepe figuratur. que etiam ipsi ecclesie tribuitur propter instar universitatis. Unde et iohannes apostolus in apokalipsi ad vii scribit ecclesias. Ecclesia vero adhuc in ista mortalitate carnis constituta propter ipsam mutabilitatem lune nomine in scripturis significatur. Varia cum observantia opinionum paschalis festum servatur. Latini namque a tertio nonas martias usque in tertio nonas aprilis primi mensis lunam inquirunt. et si xiiii luna die dominico advenerit. in alium diem dominicum pascha protrahunt. Greci primi mensis lunam ab octavo idus martias usque in die nonarum aprilis observant. et si xiiii luna die dominico incurrerit sanctum pascha celebrant. [Quinque] g°

dissensio inter utrosque paschalem regulam
dedit. Communis annus duode-
cim tantum lunas, quod est dies ccc liiij
habet. Dictus autem communis quia sepe duo ita
iuncti incedunt ut unus sit in pas-
chali sollempnitate sequitur. Ita embo-
lismus annus est solus. Embolismus
annus est qui xiij menses lunares, id est
ccc lxxxiiij dies habere monstratur.
Hic est annus quem Moyses divinitus
institutus invenit in quo in primo mense qui
hebraice nisan dicitur pascha
celebratur. Embolismus autem nomen
grecum est quod interpretatur latine superau-
gmentum eo quod compleat numerum
annorum communium, quia xi lunares
dies deficiunt. Embolismi autem
anni et communes sic discernuntur. Si a ii
a xiiij luna pasche steterit usque
ad xiiij sequentis ccc lxxxiiij di-
es fuerint embolismus annus est;
si ccc liiij communis est. Bissextus

bissextus

est per annos iiij unus dies adiectus.
Crescit enim per singulos annos quarta
pars assis. At ubi quarto anno assem
compleverit bissextilem annum facit.
Dictus autem bissextus quia bis sexies
ductus assem facit quod est unus dies
sicut et quadrantem. Est quater
ductus. Quia bissextus quod sit ductus
quadrans in anno sol facit. Sunt quinque
anno pro introductione bissexto.
vi nonas marcias et addito bissexto
vi nonas marcias iterum. A sexto
nonas marcias usque in diem sexto de-
cimo kalendas ianuarias in luna eius. Bisse-
xtus apponitur atque inde tollitur. Inter-
calares autem dies ideo nominantur
quod interponuntur ut ratio lune solis-
que conveniat. Calare interponere dicimus,
intercalare interponere. Epactas greci

vocant, latini adiectiones annuas
lunares, que undenario numero usque
ad tricenarium numerum decurrunt, revolvuntur.
Quas ideo egipcii adiciunt ut lu-
naris cursus ratio solis equetur.
Luna enim iuxta eos quod sunt xxix et
semis dies lucet, duo sunt. Et fiunt
in anno lunares dies ccc liiij; re-
manent ad complementum anni solaris dies
xi quos egipcii adiciunt. Unde et adiec-
tiones nominantur. Absque his non
invenis luna quota fuerit in quolibet
anno et mense et die. Iste epacte sem-
per xi kalendas aprilis reperiuntur, de-
clarant luna quota fuerit eo die. Continentur autem
circulo decemnovenali. Hinc cum ad xx
et ix epactas pervenerit, quod est
circulus xix, in sequenti anno non
addes super xxix xi ut xl adim-
pleas, detractis xxx, sed iii retinetis
ut xi ponatur. **De religione festiuitatum**

Festivitas dicta a festis diebus
quasi festividitas eo quod de eis sola
res divina fit. Quibus contrarii sunt fasti in
quibus ius fatur, id est dicitur. Sollempnitas
a sacris dicitur, ita suscepta ut mutari
ob religionem non debeat. Absoluto
id est sinu atque soluta vocata vel ab
eo quod solet fieri in anno. Celebritas
autem vocatur quod non ibi terrena sed celestia
tantum vocantur. Pascha festivitatum
omnium prima est. Et eius vocabulum
hebraicum est. Penthecosten sicut
et pascha apud hebreos celebris dies
erat, quod post quinquaginta dies pasche
celebratur. Unde et vocabulum sumpsit.
Penthe enim grece quinque latine. In
hoc die secundum legem panes propositionis
de novis frugibus offerebantur.
Tunc figuram annus iubileus in re-
stauratione retinet. Quod nunc etiam
per figuram remissionis eterne requies.

significatur. Epiphania grece latine
apparicio uel manifestacio vocatur
eo quod die xpc sideris indicio ma-
gis apparuit adorandus. quod sunt festa
plurima celebrancium gracia. quo die
et diuina baptismatis sanctificacione et
per unitatem in vinum aque factorum pri-
dum signorum prima potitur. Hec
et sic Epiphanie. prima est quia
natus xpc pastoribus hebreorum angelo
nunciante apparuit. Secunda quia
gentibus per stellam indice pre-
sepis cunabula magos adoratu-
ros perduxit. Scenopegia so-
llempnitas hebreorum. dicta grece a taber-
naculorum dedicacione inter que
celebrabatur a iudeis in memoriam
expedicionis cum ab egypto profecti
in tabernaculis agebant. et quod
scenopegia. Scena enim grece taber-
naculum dicitur. Hec solempnitas apud
hebreos septembri mense celebrabatur.
Neomenia apud nos kalende. apud hebre-
os autem quia secundum lunarem cursum menses
supputantur. et grece mene luna ap-
pellatur. inde neomenia id est noua
luna. Erant autem apud hebreos ipsi
dies legales [illegible] institucione
solempnes. de quibus in psalmo dicitur Cantate
in inicio mensis tuba in die solemp-
nitatis nostre. Encenia est noua
templi dedicacio. grece enim sce-
ne dicitur nouum. Cum enim aliquid no-
uum dedicatur encenia dicitur. Hanc
dedicacionis templi solempnitatem iudei
octobri mense celebrant. Dies pal-
marum ideo dicitur quod in eo dominus et saluator
noster sicut propheta cecinit. Ierusalem ten-
dens asellum sedisse perhibetur. Tunc
gradientes cum ramis palmarum multitudo

Epiphania

plebium obuiam ei clamauerunt
Osanna. benedictus qui uenit in nomine do-
mini rex israel. Vulgus autem ideo diem hunc
capitilauium vocant. quia tunc moris
est lauandi capita infancium
qui unguendi sunt. ne obseruacione qua-
dragesime sordidata ad unccionem
accederent. Hoc autem die simbolum
competentibus traditur. propter confinem dominice
pasce solempnitatem. ut qui iam ad dei
graciam percipiendam festinant fidem
quam confitentur agnoscant. Cena domini
dicta est eo quod eo die saluator pa-
scha cum suis discipulis fecit. quod et
hodie sicut traditum est celebratur.
sanctumque crisma in eo conficitur. atque inicium
noui et ueteris testamenti cessacio
declaratur. Sabbatum ab hebreis
ex interpretacione uocabuli sui re-
quies nominatur. quod deus die septimo perfec-
tis mundi operibus requieuit. Siquidem et in eo
die requieuit dominus in sepulchro. ut quietis
illius misterium confirmaret. quod iudeis
obseruandum in umbra futurorum preceptum.
Sed postquam xpc discipulis figuram suam consignatam
adimpleuit. obseruacio eius cessauit.
Dominicus dies per inde nominatur quod
in eo resurreccionis domini nostri gaudium
celebratur. qui dies a iudeis pro-
pterea in resurreccione domini declaratus
est. et ex illo habere cepit festiuitatem
suam. Illis enim solum celebrandum
sabbatum traditum est. quia erat antea
requies mortuorum. Resurreccio autem
nullius erat qui resurgens a mor-
tuis non moritur. postquam autem facta
fuit resurreccio in corpore domini. ut pre-
iret in capite ecclesie quod corpus ecclesie
speraret. et dominicus dies est octauus. qui et primus celebra-
ri cepit. De officiis

Officiorum plurima genera constat esse,
sed praecipuum illud quod in sacris divi-
nis operibus agitur. Officium autem
ab efficiendo dictum, quasi efficium, propter
decorem sermonis una mutata littera,
vel certe ut quisque illa agat que nulli
officiant, sed prosint omnibus. Vesper-
tinum officium est in noctis initio,
vocatum ab stella Vespere, que surgit
oriente nocte. Matutinum vero officium est
in lucis initio, ab stella Lucifero
vocatum, que oritur incipiente mane.
Quorum duorum temporum significatione or-
diuntur, ut die ac nocte Dominus
laudetur. Missa tempore sacrificii est, quando
cathecumini foras mittuntur, clamante
levita: Si quis cathecumenus remansit, exe-
at foras. Et inde missa,
quia sacramentis altaris interesse non
possunt qui nondum regenerati noscuntur.
Chorus est multitudo in sacris collecta,
et dictus chorus quod initio in modum
corone circa aras starent, et ita
psallerent. Alii chorum dixerunt a
concordia, que in caritate consistit, quia
si caritatem quis non habeat, respondere con-
venienter non potest. Cum autem unus canit,
Grece monodia, Latine sicinium
dicitur; cum vero duo canunt, bicinium
appellatur; cum multi, chorus. Nam
chorea ludicri cantilene, ut
saltatores classici sunt. Antiphona
ex Greco interpretatur vox reciproca, duobus
scilicet choris alternatim psallentibus
ordine commutato, sive de uno ad
unum. Quod genus psallendi Greci
invenisse traduntur. Responsoria
Itali tradiderunt, que inde responsoria
cantus vocant, quod alio desinente
id alter respondeat. Inter responsoria autem
et antiphonas hoc differt, quod in re-
sponsoriis unus versum dicit, in antiph-
onis autem versibus alternant chori.
Lectio dicitur quia non cantatur, ut psalmus
vel hymnus, sed legitur tantum. Illic enim
modulatio, hic sola pronuntiatio
queritur. Canticum est vox cantantis
in leticia. Psalmus autem dicitur qui cantatur
ad psalterium, quo usum esse David
prophetam in magno misterio prodit
historia. Hec autem duo in quibusdam
psalmorum titulis iuxta musicam
artem alternatim sibi apponuntur.
Nam canticum psalmi est, cum id quod or-
ganum modulatur vox postea can-
tantis eloquitur. Psalmus vero cantici,
cum quod humana vox preloquitur, ars orga-
ni modulantis imitatur. Psalmus
autem a psalterio dicitur, unde ut mos est
ex alio opere ad componendum tres a
choris sunt concentus: precentoris,
succentoris, concentoris. Diap-
salma quidam Hebreum verbum esse
volunt, quo significatur semper, id est quod illa
quibus interponitur sempiterna esse con-
firmant. Quidam vero Grecum verbum exi-
stimant, quo significatur intervallum psallen-
di, ut psalma sit quod psallitur,
diapsalma vero interpositum in psallen-
do silentium, ut quomodo sympsal-
ma dicitur vocis copulatio in cantando,
ita diapsalma disiunctio est, ubi
quedam requies distincta continuationis
ostenditur. Unde illud probabile est, non con-
iungendas sententias in psallendo ubi
diapsalma interpositum fuerit, quia
ideo interponitur ut quasi sequentia ut
priorum ... nostrum. Hymnus est

canticum laudacionum quod de grecis in latinum laus interpretatur. pro eo quod sit carmen letitie et laudis. hec ympni sunt continentes laudem dei. Si igitur sit laus et non sit dei non est ympnus. Si sit laus et dei laus et non cantetur non est ympnus. Si igitur et in laudem dei dicatur et cantetur tunc est ympnus. Cui contrarium est treno, quod est carmen lamentacionis et funeris. Alleluia duorum verborum est interpretatio id est laus dei. et est hebreum. Ita cum unum est de decem nominibus quibus apud hebreos deus vocatur. Amen sonat vere sive fideliter quod et ipsum hebreum est. Hec duo ista amen et alleluia nec grecis nec latinis nec barbaris licet in sua lingua omnino transferre vel alia lingua annunciare nam quamvis interpretari possint. propter sanctiorem tamen auctoritatem servata est ab apostolis in hiis propriis lingue antiquitas. Tanto enim sunt sacra nomina ut eciam Iohannes in apocalipsi referat spiritu revelante se vidisse et audisse vocem celestis exercitus tamquam vocem aquarum multarum et tonitruum validorum dicencium amen et alleluia. et propterea sic oportet in terris utrumque dici sicut in celo resonat. Osanna in alterius lingue interpretatione in toto transire non potest. Osi enim salvifica interpretatur, anna interiectio est motum animi significans sub deprecantis affectu. Integre autem dicitur osianna. quam nos corrupta media vocali littera et elisa dicimus osanna. sicut fit de versibus cum scandimus littera enim prima ubi sequentis extrema ponitur in ubi vocalis excluditur et dicitur hebraice osanna quod interpretatur salvifica subaudis vel populum tuum vel totum mundum. Offertorium tali nomine prescripsit vocabulum. sumptum enim dicitur

oblaciones que altari offeruntur et sacrificantur a pontificibus atque offertorium nominatur quia propter sanctam oblacionem vocantur que offeruntur dona propter dei domum divina. Munera donorum. nam munera dicuntur obsequia que pauperes divitibus loco munerum solvunt. Itaque munera hoc dicuntur. Dona deo. Unde eciam in templis donaria dicuntur. Munera autem vocantur quia manibus vel accipiuntur vel dantur. Duo autem sunt que offeruntur. donum et sacrificium. Donum dicitur quod ex auro argento et aliis talibus aut propriis efficitur. Sacrificium autem est victima et quecumque in ara cremantur seu ponuntur. Omne autem quod deo datur aut dedicatur aut consecratur. Quod dedicatur dicendo datur unde et appellatur. Unde errant qui dedicacionem consecracionem putant sacrificium. Immolatio ab antiquis dicta. eo quod in mola altaris posita victima cederetur. unde et mactatio post immolacionem est. Nunc autem immolatio panis et talibus fiunt. libacio autem typus alicuius oblacionis est. Fundere est id est. Et libavit de sanguine uve. Sic et seculares quidam poetarum. Tunc inquit pateris libate Iovi. libacio enim proprie fundere. Suppeditur quia verum est verbis quam quod degustaciam noscipit nitidis. Hostie apud antiquos dicebantur sacrificia que fiebant antequam ad hostem pergerent. Victime sacrificia que post victoriam devictis hostibus immolabantur. Et erant victime maiora sacrificia quam hostie. Alii victimam dictam putaverunt quia ictu percussa cadebat. vel quia vincta ad aras ducebatur. Holocaustum dictum est ubi totum igne consumitur quod offertur. Antiqui enim cum maxima sacrificia

ad inspirationem · solebat totas ho-
stias in sacrificio comburere flamma. Et
ipsa dicuntur holocausta vel holocaustomata. Holon
enim grece totum dicitur · causton incensio.
et holocaustum totum incensum. Cerimo-
nie apud latinos dicuntur sicut omnia
que apud grecos orgia vocantur. Hoc autem
nomen est doctoribus a carendo ap-
pellari cerimonias quasi carimonias
eo quod ea que impensa domino offeruntur
in pro usu careant homines. Et ideo non
cara in usu est litterarum sacrarum. Alii
cerimonias proprie in observationibus iudeorum
credunt. abstinentiam scilicet quarundam esca-
rum secundum veterem legem · eo quod observantes
careant his rebus a quibus se abstine-
runt. Sacrificium dicitur quod sacrum fiat
quia prece mistica consecratur in memoriam
pro nobis dominice passionis. Unde hoc eo
iubente corpus Christi et sanguinem dicimus quod
dum sit ex fructibus terre sanctificatur et fit
sacramentum operante invisibiliter spiritu dei
cuius panis et calicis sacramentum greci
eucharistiam dicunt · quod latine bona
gratia interpretatur. Et quid melius corpore et
sanguine Christi. Sacramentum est in aliqua
celebratione · cum aliqua res gesta ita fit
ut aliquid significare intelligatur quod sancte acci-
piendum sit. Sunt autem sacramenta baptismus
et crisma · corpus et sanguis · que ob
id sacramenta dicuntur · quia sub tegumento cor-
[illegible] ethimologia
[illegible]. Pharao nomen est non
[illegible] nos Augusti
appellamus [illegible] nominibus
[illegible]
[illegible]
[illegible] populi [illegible] fuit
[illegible]. Iannes [illegible]
ibi est signum. [illegible]
signum [illegible] signis Moysi [illegible]
[illegible] magi: Hic digitus dei est.
[illegible]
[illegible] Moyses [illegible]
[illegible]
[illegible] filius [illegible] filia Pharao-
nis que [illegible] adoptavit

filium sibi · vocauit eo nomine quo moysi
eo quod deo que sufficit. Dum Aaron mons
fortitudinis interpretatur · propter turibulum
currens de medio suspicionem et interim
ptorum obviam stetit et ruinam mor-
bis qui quedam mons fortis est plus
Eleazar dei adiutorium Balac pa-
pians siue deuorans Balaam
vanus populus / fineas os parcens
Qui suspendit cum pugione zambri
cum scorto madianitide · et domini
furorem placauit ut patet Zambri
iste lascivus · vel amaricans ·
Hic cum nomine amalech signat.
quod peccando amaricauit populum Raab
latitudo vel fames · siue impetus
Josue interpretatur saluator et ipse cum in
figura christi populum a deserto saluauit
et intra terram promissionis induxit Ca
leph qui cor vel canis Gothoniel
ipse cuius deus · vel tempus dei · Aoth
gloriosus Barach fulgurans Debbora
apis vel loquax que fuit
ad bella promptissima · dimitans
adiutores spiritu quo penitus cantauit
cantica · que laqueans Jahel
ascensio Gedeon circumiens iniqui-
tatis eorum · frequentibus cum
do animis infortunis qui pro pugno
contra hostes suum victoriam compedi-
uit Gedeon fuit compinito ethy-
mologia nominis impossibilis Abimelech
pater meus rex Thola simulans vel
coccineus Jair illuminatus Jepte ape-
riens vel apertus Esebon cogitatio
siue vinculum meroris Abdon seruus
dei Sampson sol eorum vel solis
fortitudo / fuit cum vitam clarus et
liberauit israel de hostibus eorum
Dalila paupercula vel situla Booz

in fortitudine · siue magis robur Noemi
pulchra interpretatur possumus consolata · eo
quod malos et liberos peperit mortuis
viris in moabitide de consolacione
caruit · Ruth interpretatur festinans
Alienigena cum enim eo populo gentili
conuocata pacta festinauit tunc
de terra israel · dicitur festinans plus
conuocatis prophetis post ea · Anna gratia
cuius interpretatur quod deo plus esset
filius vel posteriori dei gratia fe-
cundata est · Hely alienus Offni
discalciatus · filius cuius fuit Hely
clarus de ministerio sacerdocij · cuius
amissionem sic compescit vocabulo
apostolus cum dicit Calciati pedes in
preparacione evangelii pacis et propheta
cum speciosi pedes qui annunciant
pacem · iste ergo discalciatus interpretatur
ut cuius nomine vetus testamentum sacer-
docium a veteri populo significacio ab-
latum Fineas sicut ofni os mutum
interpretatur · quo perfecit sacerdocium veteris
et doctrine scriptura Samuel nomen
eius deus Saul petitus vel vesse in
sole scriptura vel magnum Saul
petitus interpretatur · notum est cum quomodo
hebreorum populus cum sibi regem petie-
rit · et accepit nomen in secundum
deum sed secundum suam voluntatem · Dauid
fortis manu · vel quia fortissimus
fuit de prelijs · ipse et desiderabilis et
ipse est qua populus superauit populum
bellis deuictis cunctis gentibus
Salomon iterum nominibus fuisse
proficiebatur · primum vocabulum cuius
salomon dicitur · i · pacificus · eo quod in
regno cuius pax fuit · secundum nomen
ididia · eo quod fuit dilectus et ama-
bilis deo · tertium vocabulum cum coleth

6

q grece appellatur ... latine ... tor. quod ad ipsum loquitur. Ionatha co lumbe donum. Absalon patris pax per antiphrasim. eo quod bellum adversus patrem gessisset. sive quod in ipso bello de pace tractatum legatur fuisse filio. a deo et ut ad magno dolore continue plangeret. Roboam latitudo populi et impetus per antifrasim quod decem tribubus ab eo separatis duo tantum ei relicte sunt. Abia pater pater domini vel pater fuit. Asa tollens sive sustollens. Iosaphat domini iudicium. Ioram qui est excelsus. Ochozias apprehendens dominum. Athalia tempus domini. Ioas aspirans vel domini robur. Amasias populum tollens. Ozias fortitudo domini. Azarias auxilium et Ozias autem ipse qui et Azarias duplici nomine. Ipse est qui illicito sibi sacerdotium vendicare conatus lepra in fronte percussus est. Ioatham est perfectus [illegible] ethimologia nominis eius. Fuit autem vir [illegible] domini. et portam templi edificavit excelsam. Achaz apprehendens. Ezechias fortis dominus. Manasses obliviosus. propter [illegible] et [illegible] reliquerat et oblitus fuerat dei. sive quod oblitus sit deus peccatorum eius. Amon fidelis et nutritus. Iosias ubi est incensum domini. [illegible] nominis. Iste est autem qui [illegible] [illegible]. Ioachas robustus. Ioachim ubi est preparatio. Eliachim domini resurrectio. Iechonias preparatio domini. Sedechias iustus domini. Ieroboam iudicatio sive ca[illegible] populi ut ut quidam aiunt divisio [illegible] quod divisio eius divisus sit populus [illegible] et [illegible] auctor [illegible] divisionis eius populi

ta iste. convenit Zambri psallens vel canticum meum. Amri [illegible] meus. Achab frater patris. Iezabel fluxus sanguinis. vel fluens sanguine [illegible] ubi est sterquilinium [illegible] [illegible] tam dorsum [illegible] canes [illegible] canes. sic [illegible] [illegible] Helias [illegible] canes [illegible] Iezabel [illegible] super faciem terre. Ochozias apprehendens dominum. Iehu ipse vel est. Ioatha robustus. Sedecia umbra [illegible] ut [illegible] [illegible] consolans. Sacias [illegible] Nabuchodonosor prophetia vel lagu[illegible] angustie. sive [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] futura que [illegible] narratur. Et Daniel [illegible] tatus est sive sessio magnitudinis angustie [illegible] qui [illegible] ab eo ducti sunt. Zorobabel caput hebreos [illegible] nomine [illegible] [illegible] expositus. [illegible] iste vero magister ipse Babel. Babilonia [illegible] vat et [illegible] nomen Zorobabel. iste magister de Babilone [illegible] Babilone [illegible] ortus est. ubi et princeps [illegible] [illegible] [illegible] De patriarchis

Quorundam patriarcharum [illegible] Quo notandum sit ut sciatur quod in [illegible] vocabulo respondet [illegible] plerique [illegible] [illegible] [illegible] nova [illegible] patriarcha [illegible] princeps patriarcharum [illegible] princeps est Abram primum vocatus est pater videns populum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Abraham. quod [illegible] pater multarum gentium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fidem futurus. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] audit [illegible] [illegible] nomen tamen Abraham. quod pater multarum gentium popu te. Ysaac [illegible]

nomen accepit. Isaac cum pater eius ei
promissus est ad nuncius in gaudio
risit et mater eius que per illos tres viros
promissus est dubitans risit. Ex
hac ergo causa nomen accepit Ysaac interpretatur
risus. Precipue autem quia quatuor divini
testamento absque ullo intervallo no-
minibus suis antequam nascerentur vocati
sunt: Ysmahel, Ysaac, Salomon et Iosi-
as. Lege scripturas. Iacob subplantator
interpretatur. sive quia dorum plantam nascen-
tis fratris apprehendit. sive quia postea
fratris eius benedictionem accepit. Unde et Esau dixit
iuste vocatum est nomen eius Iacob. sub-
plantavit enim me. ecce iam secundo. Israel vir
videns deum. Tunc enim hoc nomen
accepit quando tota nocte luctatus vi-
cit angelum dei certamine et volunte luna
[illegible] benedictus est. Iudas propter visione
dei Israel appellatus est. sicut et ipse
ait: Vidi deum et salva facta est anima
mea. Ruben interpretatur visionis filius. Sic
enim eum cum peperit Lya vocavit
nomen eius Lya Ruben dicens: Quia
vidit dominus humilitatem meam. Symeon in-
terpretatur audicio. Sic enim dixit Lya
cum peperit eum: quia exaudivit me deus.
Levi additus. dixit enim Lya quando
peperit eum: nunc ambigens deo
[illegible] nunc meum erit vir meus
[illegible]. Nunc et tres filios. Iudas confessio
quia peperit eum Lya laudans
dominum dixit: Nunc super hoc
confitebor domino et ob id vocatus est
Iudas. A confessione itaque nomen
eius datum est quod est gratiarum actio.
Ysachar interpretatur est merces. Id quippe
dicatur est. accipiens merces. Quia autem in
pro mandragoris filii sui Ruben
introitum viri qui Iacob debebatur
ad se emit Lya. Unde et dominus natus
est. dixit Lya. dedit deus mercedem meam.

Zabulon interpretatur habitaculum. Sexto
enim genuit filium gaudens Lya propterea
sanctam dixit habitabit mecum vir
meus. Unde et filius eius vocatus est habitaculum.
Neptalim et compositio
vel comparatio est nominis eius. Unde et
dixit Rachel. cum eum peperisset an-
cilla eius Bala. comparavit me sororem
deus comparatione cum sorore mea. Dan
interpretatur iudicium. Bala cum dan eum
peperisset dixit Rachel domina eius iu-
dicavit me deus et exaudivit
dedit mihi filium. Causa nominis expressit
ut ab eo quod iudicasset deus filio an-
cille iudicium nomen imponeret. Gad
ab eventu sive procinctu vocatus
est. Quia cum enim peperit Zelpha
dixit domina eius Lya: In fortuna. id est
quia dicitur in procinctu vel eventu. Aser
beatus dicitur. Dum cum peperisset eum Zelpha
dixit Lya. Beata ego et beatificabunt
me mulieres et ab eo quod beata dicatur
pro ethymologia nominis beatum vo-
cavit. Ioseph ab eo quod sibi alium
filium mater addi optaverit vocatur
augmentum. Quem pharao Saphanaeth
appellavit quod habitu absconditorum
reperto[r] fuerat. pro eo quod obscura
sompnia revelavit et sterilitate
predixit. Cum quid autem nomen ab egipto
ponitur. ipsius lingue debet habere
rationem. Interpretatur enim Saphanaeth quod
est egipcio sermone salvator mundi
eo quod orbem terre ab imminenti fa-
mis excidio liberavit. Beniamin
interpretatur filius dextre quod est virtutis.
Dextera enim interpretatur iamin. Quater
quippe eius moriens vocavit
nomen eius Benoni id est filius
doloris mei. Pater autem mutavit filium
dextre vocans. Manasses dicitur

ab eo quod sit post eius oblitus laborum
suorum. Ita eciam hebraice vocatur oblivio.
Effraym eo quod auxit eum deus. Et
hoc notabis in lingua nostra trans-
fertur augmentum. De prophetis.

Quos gentilitas vates appellat,
hos nostri prophetas vocant quasi pre-
fatores porro quia fantur et de futuris
vera predicant. Qui autem a nobis prophete
dicuntur testamento veteri videntes appellabantur
quod videbant ea que ceteri non videbant et prospi-
ciebant que in misterio abscondita erant.
Qui autem nunc propheta dicitur olim videns
appellabatur. Sicut est scriptum in
Samuele. Samuel ad literam. Sicut
separatus. Vidi magis dum prelectum
super solium excelsum et elevatum. Et Eze-
chiel. Aperti sunt celi et vidi visiones
dei. Quorundam autem prophetarum ethimologie
nominum adnotande sunt. Vocabula enim
eorum satis ostendunt quid in futuris factis
dictisque suis pronunciassent. Helyas
interpretatur dominus deus eo quod futurus in prodigio
sit, vocatus Helias; altercatur in
sacrificio cum quadringentis sacerdotibus
Baal. Invocato nomine domini descendit de
celo ignis super holocaustum. Quod
cum vidisset omnis populus cecidit in faciem
suam et ait: Dominus ipse est deus. Congrue
igitur tale prius nomen accepit per quod
postea egit prophetia domini deum.
Abdias servus domini interpretatur, ut propheta
quod nutriebat centum prophetas ut propheta
quod Achab adversitate tollantur. Heliseus
domini salus interpretatur. Vocabulum autem
eius eo quod futurum prodigio suscepit. Dei
magis et multas virtutes fecit et famine
pereuntes prophetas a morte salvavit.
Nathan dedit sive dantis. Ysaias
interpretatur salvator domini. Et merito. Sal-
vatorem cum universorum gentium quod

secta amplius quam ceteri predicavit. Primi
ab excelsus domini. Pro eo quod deum est
et constitui te super gentes et regna.
Ezechiel fortitudo dei. Daniel iudicium
dei. Sive quia de presbiterorum iudicio Susannam
diviniter examinatam absolvit. Sive
recepta eorum sententia Susannam absolutam
liberavit. Sive quod visiones et
sompnia que per singula quedam
enigmata facta mirabantur singula
cum interpretatione aperuit. Sic et
vir desideriorum appellatus est quia panem
desiderii non manducavit et vinum
concupiscencie non bibit. Osee salvator
aut salvans. Deum cum unum dei
de populo Israel ob eius ydolatrie pre-
varicationem domini iudicia saluti pro-
nunciaret. Propter Ezechias rex in
iuda sublatis ydolis que predecessores
reges construxerant templum domini
purgavit ac purificavit. Mostra.
Joel dominus deus sive incipiens deo
vel dei fuit. Huius eius vocabu-
lum resonat ethimologia in ista.
Amos populus avulsus. Propheta enim
eius de populo Israel fuit. Qui quia iam
avulsus erat a domino et aureis vi-
tulis serviebat. Sive avulsus
angustus sive stricte. Naum germen
sive consolator. Increpat enim civitatem
sanguinum et post eius eversionem illius
consolatur. Non dixit: Ecce super montes
pedes evangelizantis et annunciantis
pacem. Abacuk amplexans quod est
pro eo quod amabilis deo fuit vocatur
amplexans. Vel quod in certamine cum deo
congreditur amplexatus id est luctantis.
Fortitudo enim nomine nullus eius tam
audaci voce ausus est deum ad disceptatorem
iustitie provocare. Cur in rebus
humanis et mundi istius tanta rerum iniquitas
iniquitas dominetur que sit .i. ut. etc.

quinta cum Samaria ob tantum scelera
eorum. Item id est et quod Iohel dicitur quis
est iste. involuti sunt. Sophonias
speculum vel archanum domini interpretatur.
utrumque ad prophetam convenit. Ipsi enim
sciunt misteria dei. unde et ad Ezechi-
el dicitur. Speculatorem te posui. Et alibi
non faciet dominus deus verbum nisi revelaverit
servis suis prophetis. Abdias servus
domini. sicut enim Moyses famulus
domini et apostolus servus Christi. ita iste le-
gatus ad gentes missus meruit et
predicat quod prophetali dignatus est ministerio
et servitute. unde servus domini. Ionas
interpretatur columba sive dolens. Columba
propter gemitum quo ductus est ceti triduo
sunt. Dolens autem propter tristiciam quam habuit
propter salutem Ninivitarum. vel propter hederam
subito arefactam. Tunc columba
legebatur quod solus auctor. Ipse est
et Amathi Sareptane vidue filius
ut iudei affirmant. quem resuscitavit
Helias. mater postea ad eum dicitur.
Nunc cognovi quia vir dei es tu
et verbum domini vere est. ob quam
causam ipsum puerum Amathi vocatum
Amathi enim ebraice in latina lingua
veritas dicitur. et ex eo quod verum Helias
locutus est ille qui suscitatus est filius
nuncupatus est veritatis. Zacharias
memoria domini. septuagesimo enim anno
desolacionis templi completo et acturam
predicat. memoratus est dominus prophete sui.
unde per Darium iussus est templum re-
edificari et muros et templum. Aggeus
celebrans festivus et letus resonat.
destructum enim templum edificandum
predicat. et post luctum captivitatis leti-
ciam predicat reversionis. Malachi-
as interpretatur angelus domini. id est nuncius.
Quidquid enim loquebatur quasi a domino veniret
mandata ita credebantur. et in eo quod

ita legimus. transtulerunt dicentes de prophe-
cio ubi dominum in manu angeli eius.
Esdras adiutor. Neemias conso-
lator a domino. Etenim cum populo
fuit vocacio ista sortita est. Sunt
enim de adiutorum et consolatorum. eo
ibi primo reduxit ad patriam suam
et templum domini eidem reedificaverunt
et muros. ac totum opus ipsi re-
stauraverunt. Ananias gratia dei
interpretatur. idem et Abdenago. quod vla-
tium interpretatur serviens tacens. Misa-
el quis populus domini. idem et Misach
lingua caldea quod interpretatur. ut de-
corus meus. Azarias auxilium domini.
ipse et Abdenago. quod interpretatur risus vel
gaudium. Azaria sic interpretatur. Susanna
audiens domini. Esaach cognatio sive
salicis. Iudith confitens bos.
Nathan robustus sive ascensus
cum ... illustribus homo or-
natus intra rem quam domino sunt
cogitacionis et virtutibus transeuntibus
spectat ponentes transierunt ...
iste qui vocatur transiliens. Ethan
acapues vel fortitudo. Heman
robustus. Baruch a benedictus domini
vel benedictus dominus. Olda destructio
sive dimittens. Iudith laudans
vel confitens. Hester absconsa. Za-
charias memor domini. obiit autem
inicium testamenti fuit cum Iohannes
baptista domini gratia. ... ipse ultimus
veteris testamenti ... fuit prophe-
tarum ... apostolorum et prophetarum ... gentibus
populi te. Apocalipsis revelacio gratia vel ...
... que in eis ...
... sicut vidit ...
sub ... de celo ... semper ...
... variis ...
... dicitur ... domini

737
75

credatur super solum corporalem. Tertium
genus sompnii, sicut Iacob subni-
xam in celo scalam dormiens vidit.
Quartum genus per nubem, sicut ad Moy-
sen et ad Iob post plagam loqui-
tur deus. Quintum genus vox de celo, sicut
ad Abraham sonuit dicens: Ne inicias
manus tuas super puerum. Et ad
Paulum in via: Saule, Saule, quid me
persequeris. Sextum genus accepta pa-
rabola, sicut apud Salomonem de proverbiis
et apud Balaam cum vocaretur ad
Balac. Septimum genus repletio Spiritus
Sancti, sicut pene apud omnes prophetas.
Alii tria genera visionum dixerunt:
unum scilicet secundum oculos corporis, sicut vidit
Abraham tres viros sub ilice Mambre
et Moyses ignem in rubo, et discipuli
transfiguratum dominum in monte inter Mo-
ysen et Heliam et cetera huiusmodi. Aliud
secundum spiritum quo ymaginamur ea que per
corpus sentimus, sicut vidit Petrus
discum illum submitti de celo
cum variis animalibus, et sicut Ysaias
deum in sede altissima non corporaliter sed
spiritualiter vidit. Non enim deum forma
corporea circumterminat, sed quemadmodum
figuraliter et non proprie multa dicuntur, ita
etiam figuraliter multa monstrantur. Tertium
genus visionis est quod neque corporis
sensibus neque illa parte anime qua
corporalium rerum ymagines capiuntur,
sed per intuitum mentis quo intellecta
conspicitur veritas, sicut Daniel prete-
ritus mente vidit quod Balthasar
viderat corpore. Sine quo genere illa
duo vel infructuosa sunt vel etiam in
errorem mittunt. Quecumque tamen genera
per somnum monstrantur. Que autem
prophetia in solis bonis, sed et malis
sit. Unde in Regum Saulum reperimus
prophetasse. Prophete cum sint divino

et impletus spiritu sancto prophetavit capitulo

Apostoli missi interpretantur. De apostolis

Quamvis eorum nomen indicat. Sicut
enim grece angeli latine nuncii
vocantur, ita grece apostoli latine
missi interpretantur. Ipsos enim misit
Christus evangelizare per universum mundum,
ita ut quidam per Persas et Indos penetra-
rent, docentes gentes et facientes in
nomine Christi magna et mirabilia mi-
racula, ut attestantibus signis et prodi-
giis crederetur illis in hiis que dicebant
et viderant. Sunt autem plerique eorum
causis propriorum vocabulorum causas id est
Petrus a petra nomen accepit, que est
Christus, super quam fundata est ecclesia. Non
enim a Petro petra, sed Petrus a petra
nomen sortitus est, sicut non Christus a
Christiano, sed Christianus a Christo vocatur. Ideoque
ait dominus: Tu es Petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam, quia dixerat Petrus:
Tu es Christus filius dei vivi. Deinde ei
dominus: Super hanc petram quam confessus
es edificabo ecclesiam meam. Petra
enim erat Christus, super quod fundamentum
etiam ipse edificatus est Petrus. Cephas
dictus eo quod de capite sit constitutus
apostolorum. Cephalon enim grece caput di-
citur, et ipsum nomen in Petro Syrum est. Symon
Bariona in lingua nostra sonat filius
columbe. Et est nomen Syrum pariter et
hebreum. Bar quippe Syra lingua
filius, iona hebraice columba. Utroque
sermone dicitur Bariona. Alii simpliciter
accipiunt quod Symon, id est Petrus,
filius sit Iohannis, iuxta illam inter-
rogationem: Symon Iohannis diligis
me. Et voluit scriptorum vitio depravatum,
ut pro Bariohanna, hoc est filius Iohannis,
Bariona scriptum sit, una detracta
sillaba. Io-hanna enim interpretatur domini gratia.

et fuisse petrus vocatum et petrus cephas.
et symon bariona. Secundo quod dicitur
interpretatur andreas. Saulus qui dicitur
symone. temptatio dans. eo quod prius
disceptationis vanitate fuit expertus. persecu-
tor dum erat. in nomen istud quod qui
persequebatur pauperes. postea mutato
nomine et paulo facto. Paulus qui inter-
pretatur mirabilis vel electus. mirabi-
lis. ut quia multa signa fecit. vel quia
ab oriente usque ad occasum civitatem et
pro diversis gentibus predicat. Clarus
patet in actibus apostolorum. ubi spiritus sanctus dicit
Segregate michi barnabam et paulum
ad opus quod elegi eos. latine autem
symone. paulus a modico dictus.
unde ipse ait Ego enim sum minimus
omnium apostolorum. et unde saulus superbus
clarus quam paulus humilis modi-
cus. Ideo sic loquitur paulo per quia modi-
co te. i. per modicum. Ita quod modi-
cus factus est ipse dicit ego sum mi-
nimus apostolorum. et minimo omnium sanctorum
Cephas et paulus eo mutato
nomine sunt vocati. ut etiam in veteri
nomine novo sicut abraham et sara.
Andreas frater petri. virilis et decorus
vel gratia. Secundum quandam expositionem
interpretatur decorus sive virilis. Symon
autem gratia a viro ubique appellatur. Io-
hannes qui ad vocationem eo quod multo
nomen accepit. interpretatur domini. in quo est
gratia. vel domini gratia. amplius etiam enim
ceteris apostolis dilectus. Item Iacobus
zebedei apostolus cognominatur quod vo-
luit cum iohanne unum principium prestan-
ti sunt. Hii sunt filii tonitrui
qui vocantur boanerges ex firmitate
et magnitudine fidei vocati sunt. Sic et
iacobus zebedei filius frater iohannis
qui post ascensionem domini ubique predicavit
manifestatur. etiam sicut Iacobus alphei
ob distinctionem prioris cognominatus
qui dicitur filius zebedei. sicut
iste filius alphei. Cognomentum
ambo a patre sumpserunt. Iste et
iacobus minor. qui in evangelio frater domini
vocatur. quia mater eius uxor alphei
soror fuit matris domini. quam ma-
riam cleophe iohannes evangelista
cognominat. a patre suo a gentilitate
familie. aut quia aliquam aliam causam nomi-
ni imponentes. Alpheus quod interpretatur
symone et latinum cognomen. mi-
rabilis sive doctus. Philippus
os lampadis. ut os manuum.
Thomas abyssus vel geminus
unde et grece didimus. vel geminus ap-
pellatur. Bartholomeus filius su-
spendentis aquas. ut filius sus-
pendentis me. Syrum est non hebreum.
Matheus qui interpretatur donatus cognomi-
natur. Idem et appellatus levi ex
tribu a qua ortus est. Similiter autem
ex proprio publicani nomen accepit
quia ex publicano fuit electus. et
in apostolatum translatus. Symon cha-
nanius ad distinctionem symonis
petri de vico galilee chana. ubi
aquas dominus mutavit in vinum. Iste est
qui in alio evangelio scribitur zelotes.
Chana quippe zelus interpretatur. Iudas
iacobus qui alibi appellatur thadeus
figurato nomine. a corde. eo quod vox
diminutive corculum possit appe-
llari. Iste in alio evangelio Thadeus
scribitur. quem ecclesiastica tradit hystoria
missum edissam ad abagarum regem.
Iudas scariotis vel a vico in quo
ortus est. vel ex tribu ysachar
vocabulo sumpsit quasi presagio
futuri in condempnationem suam. Ysachar
enim interpretatur merces. ut significetur

[illegible] q(uo)d [illegible] sicut scriptum est. et appenderunt mercedem meam xxx argenteos. [illegible] Mathias qui [illegible] apostolos sive cognomine [illegible] donatus ut [illegible]. Ipse cum de loco [illegible] electus est ab apostolis et per duos sortes mittitur. Marcus excelsus mandato utique [illegible] altissimi quod predicat. Lucas ipse consurgens sive elevans [illegible] Barnabas filius prophete ut filius consolacionis. Maria illuminatrix sive stella maris [illegible] Elizabeth dei mei saturitas ut dei mei iuramentum. Magdalena turris. Martha irritans ut provocans. [illegible] Nathanael donum dei [illegible] Zebedeus donatus [illegible] Zacheus iustus sive iustificatus [illegible] Lazarus adiutus [illegible] Herodes pelliceus gloriosus. Cayphas investigator [illegible] Pilatus os malleatoris [illegible] Barrabas filius magistri eorum absque dubio [illegible]

De martiribus

Martires grece lingua latine testes dicuntur [illegible] martiria [illegible] testes [illegible] passionis [illegible] Stephanus fuit [illegible] norma [illegible] passus est [illegible] Stephanus [illegible] lapidatus [illegible] ut uterque [illegible]

De clericis

Clericos [illegible] quia Mathias sorte electus est [illegible] apostolos [illegible] clericos [illegible] sortes [illegible] psalmista. lector. exorcista.

acolitus. subdiaconus. dyaconus. presbiter. Ordo episcoporum quadripertitus est. i. in patriarchis. archiepiscopis. metropolitanis atque episcopis. Patriarcha greca lingua summus patrum interpretatur. quia primum id est apostolorum retinet locum et ideo quia summo honore fungitur. tali nomine censetur. sicut romanus. antiochenus. alexandrinus. Archiepiscopus greco vocabulo quod sit summus episcoporum. Tenet enim vicem apostolicam et presidet tam metropolitanis quam ceteris episcopis. Singulis enim provincijs preminent quorum auctoritati et doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt. sine quibus nil reliquos episcopos agere licet. Sollicitudo enim totius provincie ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines uno eodemque vocabulo episcopi nominantur. Sed ideo privato nomine quidam utuntur propter distinctionem potestatum quas singulariter acceperunt. Patriarcha pater principum. Archon enim princeps. Archiepiscopus princeps episcoporum est metropolitanus. Metropolitani a mensura civitatum vocantur. Episcopatus autem vocabulum inde dictum quod ille qui superefficitur superintendit. curam scilicet subditorum gerens. Scopin enim greci latine intendere dicunt. Episcopi autem greci latine speculatores interpretantur. Nam speculator est prepositus in ecclesia dictus eo quod speculetur atque prospiciat populorum infra se positorum mores et vitam. Pontifex princeps sacerdotum est quasi via sequentium. Ipse et summus sacerdos. ipse et pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes et levitas. ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit. ipse quod unusquisque facere debeat ostendit. Antea autem pontifices et reges erant. Nam maiorum hec erat consuetudo. ut rex esset etiam sacerdos et pontifex. Unde et romani imperatores pontifices dicebantur. Vates a vi mentis appellatus. cuius significatio multiplex est. Nam modo sacerdotem. modo prophetam. modo poetam. Antistes sacerdos dictus ab eo quod ante stat. Primus enim est in ordine ecclesie. et supra se nullum habet. Sacerdos autem nomen habet compositum ex greco et latino. quasi sacrum dans. Sicut enim rex a regendo. ita sacerdos a sacrificando vocatus est. Consecrat enim et sanctificat. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hij in capite habebant pilleum. in quo erat brevis virga desuper habens lane aliquid. quod cum per estum ferre non possent. filo tantum capita religare ceperunt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat. Unde a filo quo utebantur flamines dicti sunt. quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pilleum imponebant pro sacerdotii eminentia. Presbyter grece. latine senior interpretatur non pro etate. vel decrepita senectute sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt presbyteri nominantur. Ideo autem et presbyteri sacerdotes vocantur quia sacrum dant. sicut et episcopi. qui licet sint sacerdotes tamen pontificatus apicem non habent. quia nec chrismate frontem signant. nec paraclitum dant spiritum quod solis episcopis lectio actuum apostolorum demonstrat. Unde et apud veteres idem episcopi et presbyteri fuerunt. quia illud nomen dignitatis est. hoc etatis. Levite ex nomine auctoris vocati. De levi enim levite exorti sunt a quibus in templo dei mistici sacra-

iusticia applicabantur. Hy grece Dya-
cones ministri latine dicuntur quia sicut
in sacerdotio consecratio. ita in dyacono
ministerii dispensatio habetur // Ypo-
diacones grece quos nos subdia-
cones dicimus. qui ideo sic appellantur
quia subiacent preceptis et officiis
levitarum. Oblationes enim in templo
dei a fidelibus ipsi suscipiunt et
levitis superponendas altaribus de-
ferunt. Hii apud hebreos nathinei
vocantur. Lectores a legendo. psalmi-
ste a psalmis canendis vocati. Illi enim
predicant populis quid sequantur. isti ca-
nunt ut excitent ad compunctionem
animos audiencium. licet et quidam
lectores ita miserabiliter pronunciant
ut quosdam ad luctum lamentacionemque
compellant. Idem et pronunciatores
vocantur. quod porro annunciant.
Tanta enim et tam clara erit eorum vox
ut quamvis longe positorum aures ad-
impleat. Cantor autem vocatus quia
vocem modulatur in cantu. Huius
duo genera dicuntur in arte musica sic-
ut ea docti homines latine dicere potuerunt
precentor et succentor. Precentor
scilicet qui vocem premittit in cantu.
Succentor qui subsequenter canendo
respondet. Concentor autem dicitur quia consonat.
qui autem non consonat. nec concinit nec
concentor erit. Acolyti grece
ceroferarii latine dicuntur a deporta-
dis cereis. quando legendum est
ewangelium aut sacrificium offerendum. Tunc
enim accenduntur luminaria ab eis et
deportantur. non ad effugandas te-
nebras dum sol eodem tempore ruti-
let. sed ad signum leticie demon-
strandum. ut sub typo luminis
corporalis illa lux ostendatur. de qua
in ewangelio legitur. Erat lux vera que
illuminat omnem hominem venientem

in hunc mundum. Exorciste ex greco
in latinum adiurantes sive increpantes
vocantur. Invocant enim super cathecu-
menos. vel super eos qui habent spiritum
inmundum. nomen domini ihesu. adiuran-
tes per eum ut egrediatur ab eis.
Ostiarii idem et ianitores qui in veteri
testamento electi sunt ad custodiam templi
ut non ingrederetur eum inmundus in
omni re. Dicti sunt autem ostiarii quod presint
hostiis templi. Ipsi enim tenentes cla-
vem omnia intus extraque custodiunt
atque inter bonos et malos habentes
iudicium fideles recipiunt respu-
unt infideles. De monachis

Monachus greca ethymologia vocatus
eo quod sit singularis. Monas enim
grece singularitas dicitur. Ergo si solitarius
interpretatur. vocabulum monachi quid facit in
turba qui solus est. // Plura sunt
genera monachorum. Cenobite quos nos
in commune viventes possumus appellare.
Cenobium enim plurimorum est. Ana-
chorite sunt qui post cenobialem
vitam deserta petunt et soli habitant
per deserta. et ab eo quod procul ab hominibus
recesserunt. tali nomine nuncupantur.
Anachorite heliam et iohannem.
cenobite apostolos imitantur. Here-
mite sunt hii qui et anachorite ab
hominum conspectu remoti. heremum et
deserta loca solitudinis appetentes. nam
heremum dicitur remotum. Abba autem syrum
nomen significat latine pater. Quod paulus
romanis scribens exposuit dicens.
in quo clamamus abba pater. duo nomina
patrem duabus usus linguis dicat
enim abba syro nomine. et rursum latino
eodem nomine. id est pater. De ceteris fidelibus

Xpianus quantum interpretacio nominis
ostendit de unctione deducitur. sive de
nomine auctoris et creatoris a xpo. enim

Christiani sunt cognominati. sicut a iudea
iudei. Christus magistri quippe nomine cog-
nomine sectatoribus datum est. Christianos
autem olim a iudeis quasi ad obprobrium
nazareos vocabant. pro eo quod dominus noster
atque salvator a vico quodam galilee
nazareus sit appellatus. Non se
autem glorietur christianum qui nomen habet et facta
non habet. Ubi autem nomen secutum fuerit
opus. certissime ille est christianus qui se factis
ostendit christianum ambulans sicut et ille
ambulavit. a quo et nomen traxit. Catho-
licus universalis sive generalis interpretatur.
Nam greci ulw catholicum vocant.
Orthodoxus est recte gloriosus et ut
credit recte vivens. orto enim grece
recte dicitur. doxa gloria. Et est vir recte
glorie. quod nomen non potest convenire illi qui aliter
vivit quam credit. Neophitus grece
novellus latine et rudis fidelis
vel nuper renatus interpretatur. Est
Cathecuminus dictus eo quod adhuc doc-
trinam fidei audit. necdum tamen baptismum
recepit. Nam cathecuminus grece au-
ditor interpretatur. Competens vocatur quia
post instructionem fidei competit gratiam
Christi. Inde et appellatio competentes voca-
ti. Laicus popularis. laos enim grece
populus dicitur. Proselitus grece est i. ad-
vena et circumcisus qui miscebatur populo
dei

De ecclesia et synagoga
De religione et fide
De heresi et scismate.
De heresibus iudeorum
De heresibus christianorum
De philosophis gentium
De poetis. De sibillis
De magis. De paganis &
De diis gentium ecclesia et synagoga

Ecclesia grecum est quod in latinum
vertitur convocatio. propter quod omnes
ad se vocet. Catholica universalis
a ΠΟ·ΤΟ·ΠΟΘ·C· ta
ηλφ a·g·ολομ id est secundum to-
tum. Non enim sicut conventicula here-
ticorum in aliquibus regionum partibus coar-
tatur. sed per totum terrarum orbem di-
latata diffunditur. Quod et apostolus approba-
bat ad romanos dicens. gratias ago
deo meo pro omnibus vobis quia fides
vestra annuntiatur in universo mundo. Unde
et universitas ab uno cognominata est
propter quod in unitate colligitur. Unde dominus
in evangelio. Qui mecum non colligit mecum
spargit. Cur autem ecclesia ad unam sit
a iohanne septem scribuntur nisi ut una
catholica septiformi plena spiritu
designetur. sicut et de domino novi-
mus dixisse salomonem. sapientia
edificavit sibi domum. et excidit
columpnas septem. que tamen septem et una
esse non ambigitur dicente apostolo. ecclesia
dei vivi que est columpna et firma-
mentum veritatis. Iudea autem ecclesia
a loco ubi nunc sunt sancti de celo.
et implevit de uno loco sanctos
per peregrinationem autem presentis ecclesia Sion
dicitur. eo quod ab huius peregrinationis
longitudine posita. promissionem rerum
celestium speculetur. et idcirco Sion
i. speculatio nomen accepit. Pro futura
vero patrie pace iherusalem vocatur. Iheru-
salem enim visio pacis interpretatur. Ibi enim
absorpta omni adversitate pacem que
Christus est presenti possidebit obtutu. Sy-
nagoga grece latine congregatio dicitur
quod proprium nomen iudeorum populus tenuit.
Ipsorum enim proprie synagoga dici
solet. quamvis et ecclesia sit dicta. Nostram
vero numquam apostoli synagogam

dixerunt sed semper ecclesiam sive discernendi
causa sive quod inter congregationem unde synagoga
et convocationem unde ecclesia nomen
accepit. Distat aliquid quod scilicet congregari
pecora solent quorum et greges proprie di-
cimus, convocari autem magis utentium ra-
tione sicut sunt homines. De religione et fide

Dogma a putando philosophi nomina-
verunt, id est hoc puto esse bonum, hoc
puto esse verum. Religio appellata
quod per eam uni deo religamus animas nostras
ad cultum divinum vinculo serviendi, quod
verbum compositum est a religendo, id est eligen-
do, ut ita latinus videatur religio
sicut eligio. Tria sunt autem que in religionis
cultu ad colendum deum perficiuntur,
id est fides, spes, caritas. In
fide quod credendum, in spe quod sperandum,
in caritate quod sit amandum. Fides
est qua veraciter credimus id quod nequaquam
videre valemus. Nam credere iam non
possumus quod videmus. Proprie autem nomen fidei
inde constat, si omnino fiat quod dictum
est aut promissum. Et inde fides voca-
ta ab eo quod fiat id quod inter utrosque
placitum est, quasi inter deum et hominem,
hinc et foedus. Spes vocata quod
sit pes progrediendi, quasi est pes. Unde
e contrario desperatio. Deest enim ibi pes, nulla-
que progrediendi facultas est, quia dum
quisque peccatum amat, futuram gloriam
non sperat. Caritas greca, latine dilectio
interpretatur, quod duos in se liget.
Nam dilectio a duobus incipit, quod
est amor dei et proximi. De qua apostolus: plenitudo
legis est dilectio. Hec maior est
autem omnibus, quia qui diligit et credit
et sperat. Quisquis autem non diligit, etiamsi
multa bona faciat, frustra laborat.
Omnis autem dilectio carnalis non dilectio
sed magis amor dici solet. Dilectionis autem
nomen tantum in melioribus accipi solet.

Heresis greca De heresi et scismate
ab electione vocatur, quod scilicet unusquisque
id sibi eligat quod melius sibi esse
videtur, ut philosophi peripatetici, aca-
demici et epicurei et stoici, vel sicut
alii qui perversum dogma cogitantes ar-
bitrio suo de ecclesia recesserunt. Inde er-
go heresis dicta greca voce ex interpre-
tatione electionis, qua quisque arbitrio suo
ad instituenda sive ad suscipienda
quelibet ipse sibi eligit. Nobis vero
nichil ex nostro arbitrio indulgere licet,
sed nec eligere quod aliquis de arbitrio
suo induxerit. Apostolos dei habemus
auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo ar-
bitrio quod inducerent elegerunt, sed
acceptam disciplinam fideliter nationibus
assignaverunt. Itaque etsi angelus de
celis aliter evangelizaverit, ana-
thema vocabitur. Secta a sectando
et tenendo nominata. Nam sectas di-
cimus habitus animorum ac instituta
circa disciplinam vel propositum quem te-
nendo sequuntur, longe aliter in religio-
nis cultu opinantes quam ceteri. Scisma
a scissura animorum vocata. Eodem enim
cultu eodem ritu credit ut ceteri, solo
congregationis delectatur dissidio. Fit autem
scisma cum dicunt homines: nos iusti
sumus, nos sanctificamus immundos et cetera
similia. Superstitio dicta eo quod sit super-
flua aut superinstituta observatio.
Alii dicunt a senibus quia multis
annis superstites per etatem delirant
et errant superstitione quadam, nescien-
tes que vetera colant, atque veterum
ignari asciscant. Lucretius autem
superstitionem dicit superstantium rerum,
id est celestium et divinorum que super nos
stant. Sed male dicit. Hereticorum autem
dogmata ut facile possint agnosci, cau-
sas eorum vel nomina demon-
strare oportuit. De heresibus iudeorum

Iudaei confessionem interpretantur. Multos enim eorum secuta est confessio, quos antea possidebat perfidia. Hebraei transitores dicuntur. Quo nomine admonentur ut de pravioribus ad meliora transeant et pristinos errores relinquant. Pharisaei et Sadducaei inter se contrarii sunt. Nam Pharisaei ex Hebraeo in Latinum interpretantur divisi, eo quod traditionum et observationum quas illi deuterosin vocant iustitiam praeferunt. Unde et divisi vocantur a populo quasi per iustitiam. Sadducaei interpretantur iusti. Vindicant enim sibi quod non sunt, corporis resurrectionem negant, et animam interire cum corpore praedicant. Hi quinque tantum libros legis recipiunt, prophetarum vaticinia respuunt. Esseni dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos omnem abstinentiam. Marbonei dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos in omni re sabbatizare. Genistae dicti eo quod de genere Abrahae se esse gloriantur. Nam cum in Babyloniam venisset populus Dei, plerique relictis uxoribus suis Babyloniis mulieribus adhaeserunt. Quidam autem Israeliticis tantum coniugiis contenti, cum reversi essent de Babylonia, diviserunt se ab omni populo et assumpserunt sibi hoc nomen iactantiae. Meristae appellati eo quod separant scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes aliis et aliis spiritibus illos prophetasse. Meris quippe Graece, Latine pars dicitur. Samaritae dicti quod solam custodiant legem, nam prophetas non recipiunt. Hemerobaptistae eo quod cotidie vestimenta sua et corpora lavant.

De heresibus Christianorum

Quidam autem heretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur; quidam vero ex causis quas eligentes instituerunt. Simoniani dicti a Simone magicae disciplinae perito, cui Petrus in Actibus Apostolorum maledixit, pro eo quod ab apostolis Spiritus Sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt creaturam non a Deo, sed a virtute quadam superna creatam. Menandriani a Menandro mago discipulo Simonis nuncupati, qui mundum non a Deo, sed ab angelis factum asserunt. Basilidiani a Basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias passionem Iesu abnegat. Nicolaitae dicti a Nicolao diacono ecclesiae Hierosolymorum, qui cum Stephano et ceteris constitutus est a Petro, qui propter pulchritudinem relinquens uxorem, ut quis vellet uteretur, permisit; versa est ergo in stuprum talis consuetudo, ut invicem coniugia commutarent. Quos Iohannes in Apocalypsi inprobat dicens: Sed hoc habes quod odisti facta Nicolaitarum. Gnostici propter excellentiam scientiae se ita appellari voluerunt. Animam naturam Dei esse dicunt, bonum et malum deum suis dogmatibus fingunt. Carpocratiani a Carpocrate quodam vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse tantum, et de utroque sexu progenitum. Cerinthiani a Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cetera circumcisionem observant, mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros praedicant. Unde et Graece chiliastae, Latine miliasti sunt appellati. Nazaraei dicti qui Deum Christum, qui a vico Nazareth appellatus est, filium Dei confitentur, omnia tamen veteris legis custodiunt. Ophitae a colubro nominati sunt. Coluber enim Graece ophis dicitur. Colunt enim serpentem dicentes ipsum in

paradiso induxisse virtutis cognitionem
Valentiniani a Valentino quodam
Platonice sectatore vocati qui eo-
nas i. secula quedam in origine Dei
creatoris induxit. Christum quoque de virgine
nichil corporis assumpsisse sed per eam quasi
per fistulam transisse asserunt. Apelli-
te quorum Apelles princeps fuit
qui creatorem angelum nescio quem gloriosum
superioris Dei faciens Deum legis
Israelitum igneum affirmavit. Appel-
lite quorum auctor Apelles qui dixit
Christum non in veritate sed hominem in
fantasia apparuisse. Archontia-
ci a principibus appellantur qui uni-
versitatem quam Deus condidit opera
esse archangelorum defendunt. Ada-
miani vocati quia Ade imitantur
nuditatem unde et nudi orant
et nudi inter se mares femine
conveniunt. Caiani proinde sic
appellati quia Cain adorant. Se-
thiani nomen acceperunt a filio
Adam qui vocatus est Seth dicentes
eundem esse Christum. Melchisedechiani
vocati pro eo quod Melchisedech sacer-
dotem Dei non hominem fuisse sed vir-
tutem Dei esse arbitrantur. Angelici
vocati quia angelos colunt. Apostolici
vocati sunt ideo quod nichil possidentes
proprium nequaquam recipiunt eos qui aliquid in
hoc mundo utuntur. Cerdonia-
ni a Cerdone quodam vocati qui
duo principia contraria asserunt. Marcio-
niste a Marcione Stoico philosopho
appellati qui Cerdonis dogma
secutus alterum bonum alterum iustum
Deum asseruit tamquam duo principia
creatoris et bonitatis. Artotirite vocati
ab oblatione. panem enim et caseum
offerunt dicentes a primis hominibus

oblationem a fructibus terre et a fruc-
tibus ovium fuisse celebratam.
Aquarii appellati eo quod aquam solam
offerunt in calice sacramenti. Severiani
a Severo exorti vinum non bibunt.
vetus testamentum et resurrectionem non
recipiunt. Taciani a Taciano quo-
dam vocati qui et Encratite dicti
quia carnes abhominantur. Alogii vo-
cantur tamquam sine verbo. logos
enim grece verbum dicitur. Deum enim verbum
non credunt respuentes Iohannis
evangelium et apocalipsim. Cataphrygas
nomen provincie Frigia nomen
dedit quia ibi extiterunt auctores
eorum Montanus Prisca et Maximi-
lla. Hii adventum spiritus sancti non
in apostolos sed in se traditum asserunt.
Cataroe propter mundiciam ita se no-
minant. Gloriantes enim de meritis
suis negant penitentibus veniam
peccatorum. Viduas si nupserint tamquam
adulteras dampnant. mundiores se
ceteris predicant. Qui si nomen suum
cognoscere vellent mundanos se
potius quam mundos vocarent. Pau-
liani a Paulo Samosatheno exor-
ti sunt qui dixit non semper Christum fuisse
sed a Maria sumpsisse initium. Her-
mogeniani ab Hermogene quodam
vocati qui materiam non natam
introducens Deo non nato eam comparavit
matremque elementorum et deam asseruit.
quos apostolus improbat elementis servientes.
Manichei a quodam Persa extiterunt
qui vocatus est Manes qui duas na-
turas et substantias introduxit id est bonam
et malam et animas ex Deo quasi ex aliquo
fonte manare asseruit. Testamentum
vetus respuunt novum ex parte reci-
piunt Canoniam [?] i. quia [illegible]
pro lege dicitur. Antropomorphite

dicti eo quod simplicitate rustica deum
habere humana membra que in divinis libris
scripta sunt arbitrantur. Antropos enim
grece latine homo interpretatur. ignorantes
vocem domini qui ait. spiritus est deus. Incor-
poreus est enim nec membris distingui-
tur nec corporis mole censetur. Eraclite
ab eraclio auctore exorti. monachos
tantum recipiunt coniugia respuunt. reg-
na celorum parvulos habere non credunt.
Novaciani a novato romane urbis
presbitero exorti qui adversus corne-
lium kathedram sacerdotalem cona-
tus invadere heresim constituit. nolens
apostatas suscipere et rebaptizans
baptizatos. Montani heretici dicti
quod tempore persecutionis in montibus la-
tuerunt. qua occasione se a catholice
ecclesie corpore diviserunt. Ebionite
ab ebione dicti sive appellati a
paupertate. pro pauperie sensus eorum solum
vel in ipsum putant processum. Unde
quasi pauperes ebioni intelligere appel-
lati sunt. Hij semi iudei sunt. et ita
tenent ewangelium ut legem carnaliter
servent. adversus quos ad galathas
apostolus scribens dicit. Fotiniani
a fotino gallogrecie sirmie episcopo
nuncupati qui ebionitarum heresim
suscitans asseruit xpm a maria
per ioseph coniugali coitu fuisse con-
ceptum. Aeriani ab aerio quodam
nuncupati sunt. hii offerre sacrificium
pro defunctis spernunt. Ethiani ab
ethio sunt vocati. Idemque eunomi-
iani ab eunomio quodam dyalectico
ethij discipulo ex cuius nomine magis
innotuerunt. dissimilem patri asse-
rentes filium et filio spiritum sanctum dicunt
etiam nullum imputari peccatum in
fide manentibus. Origeniani ab
Origene auctore dicti sunt. dicentes
quod non possit filius videre patrem. nec
spiritus sanctus filium. Dicunt quoque in mundi
principio dicunt peccasse et pro diver-
sitate peccatorum e celis usque ad terras
diversa corpora quasi vincula meruisse
ea quoque causa factum fuisse mundum. Noec-
tiani a quodam noeto vocati qui
dicebat xpm eundem esse et patrem
et spiritum sanctum. ipsamque trinitatem in offi-
ciorum nominibus non in personis accipiunt
unde et patripassiani vocantur quia pa-
trem passum dicunt. Sabelliani ab
eodem noeto pullulasse dicuntur
cuius discipulum perhibent fuisse
sabellium ex cuius nomine innotue-
runt. unde et sabelliani dicti sunt
hii unam personam patris et filii et spiritus sancti
astruxerunt. Arriani ab arrio
alexandrino presbitero orti sunt qui
coeternum patri filium non agnoscentes
diversas in trinitate substantias asserunt
contra id quod ait dominus. ego et pater unum
sumus. Macedoniani a macedo-
nio constantinopolitano episcopo dicti
sunt. negantes deum esse spiritum sanctum.
Appollinariste ab appollinare
vocati sunt. dicentes xpm corpus
tantummodo sine anima suscepisse. Antidico-
marite appellati sunt pro eo quod marie
virginitati contradicunt. asserentes eam
post xpm natum viro suo fuisse com-
mixtam. Metangismonite ideo tale
nomen acceperunt quia angos grece
vas dicitur. asserunt enim sic esse in patre
filium. tanquam vas minus intra vas
maius. Patriciani a quodam patricio
nuncupati sunt. qui substantiam humane
carnis a dyabolo conditam dicunt. Col-
luciani a quodam colucio nominati
qui dicunt deum non facere mala. contra id

quod scriptum est. Ego dominus creans malum.
Floriani a Florino qui asserendo dixit
deum creasse mala, quod contra quod scrip-
tum est: Fecit deus omnia bona. Dona-
tiste a Donato quodam Afro nuncu-
pati sunt, qui de Numidia veni-
ens totam pene Affricam sua per-
suasione decepit, asserens mi-
norem patre filium et minorem filio
spiritum sanctum, et rebaptizans katholicos.
Bonosiaci a Bonoso quodam episcopo
exorti produntur, qui Christum filium dei
adoptivum, non proprium asserunt. Circum-
celliones dicti eo quod agrestes sint,
quos Cotopitas vocant, supradicte
heresis habentes doctrinam. Hii amore
martirii semetipsos perimunt,
ut violenter de hac vita disce-
dentes martires nominentur. Priscil-
lianiste a Priscilliano vocati,
qui in Hispania ex errore Gno-
sticorum et Manicheorum permixtum
dogma composuit. Luciferiani a
Lucifero Sirmie exorti, qui
episcopos katholicos qui Constantii persecutione
perfidie Arianorum consencientes
erant, et postea redire correcti
in katholicam eligunt, dampnantes,
sive quod crediderunt sive quod se credidisse
simulaverunt, quos ecclesia katholica
materno recepit sinu, tamquam Petrum
post fletum negationis. Hanc illi
matris caritatem superbe accipientes,
eosque recipere nolentes, ab eccle-
sie communione recesserunt, et cum ipso
Lucifero auctore suo, qui mane
oriebatur, ceciderunt. Iovi-
nianiste a Ioviniano quodam
monacho dicti, asserentes nullam
nuptiarum et virginum esse distanciam,
nullumque inter abstinentes et passim
epulantes esse discrimen. Elvidi-
ani ab Elvidio nominati, qui dicunt
post natum Christum alios Mariam filios
de viro Ioseph peperisse. Paterniani
a Paterno quodam exorti, qui inferiores
corporis partes a dyabolo factas opinantur.
Arabici nuncupati eo quod in Arabia
exorti sunt, dicentes animam cum corpore
mori, atque in novissimo utrumque resur-
gere. Tertullianiste dicti a Tertulliano
presbitero Affricane provincie civitatis
Carthaginensis, animam immortalem
esse, sed corpoream predicantes, et animas hominum
peccatorum post mortem in demones verti pu-
tantes. Tessarescedecatite dicti
quod xiiii luna pascha cum Iudeis ob-
servandum contendunt. Ita tessares
iiii, deca x sunt. Nictages a sompno
nuncupati, quod vigilias noctis
respuunt, superstitionem esse dicentes
iura temerare divina, qui noctem
ad requiem tribuit. Pelagiani a Pe-
lagio monacho exorti. Hii liberum
arbitrium divine gratie anteponunt, di-
centes sufficere voluntatem ad imple-
dum iussa divina. Nestoriani a
Nestorio Constantinopolitano episcopo nun-
cupati, qui beatam virginem Mariam
non dei sed hominis tantum asseruit geni-
tricem, ut aliam personam carnis, aliam
faceret deitatis; nec unum Christum in verbo
dei et carne credidit, sed separatim
atque seiunctim alterum filium dei, alterum
filium hominis predicavit. Eutichiani
dicti ab Euticte Constantinopolitano
abbate, qui Christum post humanam assumptionem
negat existere de duabus naturis, sed
solam in eo divinam asseruit esse naturam.
Acephali dicti, id est sine capite, quem
sequantur heretici; nullus enim eorum
reperitur auctor a quo exorti sunt. Hii
trium Calcedonensium capitulorum impu-
gnatores duarum in Christo substantiarum

negant. et unam dicunt propria (?) naturam
predicant. Theodosiani et Gaianite
appellati a Theodosio et Gaiano.
qui temporibus Iustiniani principis
in Alexandria populi perversa electione
uno die ordinati sunt episcopi. Hii
errores Euticetis et Dioscori sequen-
tes Calcedonense concilium respuunt.
Ex duabus unam in Christo naturam asserunt.
quam Theodosiani corruptam, Gaia-
nite incorruptam contendunt. Agno-
ite et Ithemite (?) a Theodosianis ex-
orti sunt. Hos (?) quibus Agnoite ab
ignorantia dicti, quia perversitati qua
exorti sunt id adiciunt quod Christi
divinitatis ignoravit futura que sunt
scripta de die et hora novissima.
non recordantes ex persona Christi in Ysaia
loquentem: Dies iudicii in corde
meo. Triteite vero vocati quod sicut
tres personas in Trinitate, ita quoque tres
deos asserunt, contra quod scriptum
est: Audi Israel, deus tuus deus
unus est. Sunt et alie hereses sine
auctore et sine nominibus, ex quibus alie
triformem putantes deum esse. alie
Christi divinitatem passibilem dicunt.
alie Christi a patre nativitati initium
temporis dant. alie liberacionem hominum
apud inferos factam per Christi descensio-
nem non credunt. alie animam
ymaginem dei negant. alie animas
converti in demones et in quecumque animalia
existimant. alie de mundi statu
dissenciunt. alie innumerabiles
mundos opinantur. alie aquam deo
coeternam faciunt. alie nudis
pedibus ambulant. alie cum
hominibus non manducant. Hec sunt
hereses adversus catholicam fidem
exorte et ab apostolis et a sanctis patribus
vel conciliis predampnate. que dum
diversis erroribus divise in-
vicem sibi dissenciant, communi tamen
nomine adversus ecclesiam dei conspirant.
Sed et quicumque aliter scripturam sanctam
intelligit quam sensus spiritus sancti fla-
gitat, a quo conscripta est, licet de ecclesia
non recesserit, tamen hereticus appellari potest.

De philosophis gentium

Philosophi greca
appellatione vocantur, qui latine
amatores sapientie interpretantur. Est
enim philosophus qui divinarum et humanarum
rerum scientiam habet, et omnem bene
vivendi tramitem tenet. Nomen
philosophorum primum a Pitagora fertur
exortum. Nam dum antiqui greci ve-
teres sophistas, id est sapientes aut
doctores sapientie, semetipsos iacta-
cius vocarent, iste interrogatus
quid profiteretur, verecunde nomen philosophi
id est amatorem sapientie se esse respondit,
quoniam sapientem profiteri arroga-
tissimum videbatur. Ita deinceps po-
steris placuit, ut quantalibet de
rebus ad sapientiam pertinentibus
doctrina quisque vel sibi vel aliis
videretur excellere, nonnisi philosophus voca-
retur. Hii autem philosophi triplici
genere dividuntur. Nam aut physici
sunt aut ethici aut logici. Physici
dicti quia de naturis tractant. Natura
quippe grece physis vocatur. Ethici
quia de moribus disputant. Apud
grecos ethos appellantur. Logici quia
de naturis et moribus racionem
adiungunt. Racio enim apud grecos lo-
gos dicitur. Divisi sunt autem ethici in
pluribus sectis (?) quarum quedam nomina
ab auctoribus ut Platonici, Epicu-
rei, Pitagorici. Alii a locis co-

inuticlorum et statutorum ipsorum ut pe-
ripatetici · stoici · academici · Pla-
tonici a platone philosopho dicti · Hii cum
animarum actorem se deum et corporum an-
gelos asserunt, post multos annorum
circulos in diversa corpora redire animas
dicunt. Stoici a loco dicti · Por-
ticus enim fuit athenis quam sic
W · y · R pa yy te W iam appe-
llabant · in qua picta erant gesta
sapientum atque maiorum historiarum
gesto. In hac porticu sapientes
philosophati sunt · Unde et stoici dicti
sunt · grece enim porticum stoa di-
cunt. Sectam primus zeno instituit.
Hii negant sine virtute effici quem-
quam beatum. Omne peccatum uniforme
esse asserunt dicentes: sic ille reatus
erit qui paleas furatus fuerit sicut
qui aurum; qui vilem occiderit quam
qui equum · Non enim animal vel animal
tamen sed animus facit. Hii et animam
cum corpore perire dicunt, animam que
virtute continetur esse negant. Affi-
ctant gloriam eternam etsi factam
non esse eternas. Academici appellati
a villa platonis academia athe-
narum · ubi idem philosophus docebat ·
Hii omnia incerta opinantur · Sed fa-
tendum est multa incerta et occulta
esse que voluit deus intelligentiam
hominis excedere · sunt tamen plurima que
sciri possunt et sensu vel ratione
comprehendi. Hanc sectam arcesilaus
cum multis prius reperit. Huius
sectator fuit democritus, qui dixit
tamquam in puteo alto ita ut fundus
nullus sit · ita veritatem occultatam
iacere. Peripatetici a deambula-
tione dicti · eo quod aristotiles auctor eorum
deambulans disputare solitus
esset. Hii dicunt quandam partem

anime esse eternam · de reliqua magis
partem mortalem. Cinici ab
inmunditia inpudentie nuncupa-
ti · contra verecundiam enim hominum
in propatulo coire cum coniugibus
suis mos eis erat · censentes
licitum esse publice et palam cum
uxoribus concumbere · quia coniugium
iustum est · publice etiam predicantes
agendum esse quod in vitiis et plateis
Hii a canibus quorum vitam imi-
tabantur etiam vocabulum nominis
traxerunt · Epicurei dicti ab Epi-
curo quodam philosopho amatore
vanitatis non sapientie · quem etiam
ipsi philosophi porcum nominaverunt · quia
voluptatem corporis carnalem vo-
luptatem corporis summum bonum
asserens · qui etiam dixit nichil divina
providentia institutum esse · aut regi
mundum · sed originem rerum athomis
i. corpusculis indivisibilibus ac solidis cor-
poribus assignavit · quorum fortuitis
concursibus universa nascantur
et nata sunt. Asserunt etiam deum nichil
agere · omnia constare corporalibus · animam
nichil aliud esse quam corpus · unde et dixit
non ero postea quam mortuus fuero.
Gimnosophiste nudi per opa-
cas Indie solitudines perhibentur
philosophari · adhibentes tantum
genitalibus tegmina · Gimno
enim grece latine nudus dicitur · unde
vocantur et campi ubi pueri exerce-
bantur sola operiunt · Hii et agricul-
do sic vocabant. Theologi sunt
qui et phisici · dicti autem theologi
quia in scripturis suis de deo di-
xerunt · quorum varia constat opinio
quid deus esset dum querunt · quidam
dicunt corpus esse quidam incorporeum

thaleſ

in stabilitatem operis iiii. elementis deum ex-
diderunt, ut deprimis [illegible] physi-
calis intelligunt: intellegunt deum
ut [deleted] Milesius. quidam autem ex nu-
meris quaternario et numero ut Py-
thagoras. quidam deum secundum tempus quantita-
tem ut Plato. quidam mentem pluralitatem
ut [illegible]. quidam et spiritum et mentem ut
Varro. Incorruptum solum deum dicunt
invenerunt [illegible]. quia evanue-
runt in cogitationibus suis dicentes enim
se esse sapientes stulti facti sunt.
Item Platonici quamquam deum creatorem
et artificem et iudicem asserunt. cre-
aturam corporum et [illegible] de
mundo animam Platonici asserunt incorporalem
Stoici corporalem. Epicurei [illegible]
[illegible] Pythagoras confirmat. Heraclitus
ex igne. Item et Varro igne [illegible]
[illegible] dicit principium quod deus semper
[illegible] gubernet. Item [illegible] duos
[illegible] nascerentur. Item [illegible] duos
[illegible] cum corpore crediderunt. Er-
go et ignis eum esse et mundo perfulgida
[illegible] inde [illegible] philosophorum
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]. Inde comedit et [illegible]
[illegible] inde [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Platonici
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]. [illegible] [illegible]
et [illegible] dicta. [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible]. Et vana cum philosophorum scola
sunt et ubi [illegible] et deo [illegible]
[illegible] [illegible] est et ubi [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]. [illegible]

De poetis

Poetae unde sunt dicti
sic ait Tranquillus cum primum homines exuta

feritate rerum vitae habere coe-
perunt, sicque ac deos suos nosse
cultum modicum ac sermonem ne-
cessarium commenti sibi utriusque
magnificentiam ad religionem deorum
suorum excogitaverunt. Igitur ut tem-
pla illis domibus pulchriora et
simulacra corporibus ampliora fa-
ciebant, ita eloquio etiam quasi augu-
stiore honorandos putaverunt, lau-
desque eorum et verbis illustrioribus
et iocundioribus numeris extulerunt. Id
genus quia forma quadam efficitur quae poietes
dicitur, poema vocitatum
est, eiusque fictores poetae. Vates
a vi mentis appellatos Varro au-
ctor est, vel a viendis carminibus, vel
carminibus, id est flectendis, hoc est modu-
landis. Et proinde poetae Latine
vates olim et scripta eorum vatici-
nia dicebantur, quod vi quadam et quasi ve-
sania in scribendo commoverentur; vel quod
modis verba conecterent, viere pro
vincire antiqui ponentibus. Etiam et in
furore divini eodem nomine
vocabantur, quia et ipsi pleraque versibus efferebant.
Lirici poetae dicti apo tou lirin, id est
a varietate carminum, unde et lyra
dicta. Tragoedi dicti quod initio ca-
nentibus praemium erat hircus, quem
Graeci tragos vocant. Unde et Oratius:
Carmine qui tragico vilem certavit
ob hircum. Iam dehinc sequentes
tragici multum honorem adepti sunt,
excellentes in argumentis
fabularum ad veritatis imaginem fictis.
Comoedi appellati sive a loco, quia
circum pagos agebant, quos Graeci comas
vocant, sive a comissatione. Solebant
enim post cibum ad eos audi-
endos homines venire. Sed comici privatorum
hominum praedicant acta, tragici vero

res publicas regumque historias. Item tragoediarum argumenta ex rebus luctuosis sunt, comicorum ex rebus laetis. Duo sunt genera comicorum, id est veteres et novi. Veteres qui et ioculatores ridicula potiunt ut plautus accius terencius. Novi qui et satirici a quibus generaliter vicia carpuntur ut flaccus persius iuvenalis vel alii. Hii enim universorum delicta corripiunt nec vitabatur eis pessimum quemque describere nec cuilibet prava mores reprehendere. Unde et nudi pinguntur eo quod per eos vicia singula denudentur. Satiram autem dictam sive quod plena sit omni facundia sive a saturitate et copia; de pluribus enim simul rebus loquuntur; sive ab illa lance que diversis frugum et pomorum generibus ad templa gentilium solebant deferri; aut a satiris nomen tractum ut eo quod multas per figuras loquuntur ea que per involucra dicant que velata sunt ea que per involucra dicuntur. Iidem distribuit communiter quod poete theologici dicti sunt quoniam de diis faciebant carmina. Officium autem poete in eo est ut ea que vere gesta sunt in alias species obliquis figurationibus cum decore aliquo conversa transducat. Unde et Lucanus ideo in numero poetarum esse non ponitur quia videtur historias composuisse non poema. Item poetarum autem tres characteres esse dicuntur: unum in quo poeta tantum loquitur ut est in libris Virgilii georgicorum. Alium dramaticum in quo nusquam poeta loquitur ut est in comediis et tragediis. Tercium mixtum ut est in eneide. Nam poeta illic et introducte persone loquuntur.

De sibillis

Sibille generaliter omnes femine vates lingua greca vocantur. Nam sios eolico sermone deos, bule greci mentem nuncupant quasi dei mentem. Inde igitur quod divine voluntatis interpretari solebant sibille vocate sunt. Sicut enim omnem virum prophetantem vel vatem dicimus vel prophetam, ita omnis femina prophetans sibilla vocatur, quod nomen ex officio non ex proprietate vocabuli est. Decem autem sibille a doctissimis auctoribus fuisse traduntur. Quarum prima de persis fuit. Secunda libica. Tercia delfica in templo delphici apollinis genita que ante troiana bella vaticinata est, cuius plurimos versus operi suo omerus inseruit. Quarta cimmeria in ytalia. Quinta erithea nomine erophila in babilone orta que grecis ylium petentibus vaticinata est perituram esse troyam et omerum mendacia scripturum. Dicta autem erithrea quia in eadem insula eius inventa sunt carmina. Sexta samia que phemonoe dicta est a samo insula unde fuit cognominata. Septima cumana nomine amalthea que novem libros attulit tarquinio prisco, in quibus erant decreta romana conscripta. Ipsa est et cumana de qua virgilius: Ultima cumei venit iam carminis etas. Dicta autem cumana a civitate cumas que est in campania, cuius sepulcrum in sicilia adhuc manet. Octava ellespontia in agro troiano nata que scribitur solonis et cyri fuisse temporibus. Nona frigia que vaticinata est ancire. Decima tiburtina nomine albunea. Quarum omnium carmina efferuntur in quibus de deo et de christo et de gentibus multa scripsisse manifestissime comprobantur. Cumana autem inter ceteras nobilior et vatica perhibetur.

De magis

Magorum primus zoroastres rex bactrianorum quem ninus rex

Assyriorum prelio interfecit. Sicut Aristoteles scribit, quod vicies centum milia versuum ab ipso condita indiciis voluminum eius declarantur. Hanc artem multa post secula Democritus ampliavit, quando et Ypocrates medicine disciplina effloruit. Apud Assyrios autem magice artes copiose sunt, testante Lucano: Quis noscere fibra fata queat, quis premoneat volucer, quis fulgura celi servet, et Assyria scrutetur sidera cura. Itaque hec vanitas magicarum artium ex traditione angelorum malorum in toto orbe plurimis seculis valuit. Per quandam scientiam futurorum et infernorum et vocationes eorum inventa sunt aruspicia, augurationes, et ipsa que dicuntur oracula et nigromancia. Nec mirum de magorum prestigiis, quorum in tantum prodiere maleficiorum artes, ut etiam Moysi similimis signis resisterent. Vertebant autem virgas in dracones, aquas in sanguinem convertebant. Fuit et quedam maga famosissima Circe, que socios Ulixis mutavit in bestias. Legitur et de sacrificio quod Arcades deo suo Liceo immolabant, ex quo quicumque sumerent in bestias formas converterentur. Sed et apud Assyrios in toto mundo etc. Dubium non est quod nobilis ille poeta scripsit de quadam femina que magicis artibus precellebat: Hec se carminibus promittit solvere mentes quas velit, ast aliis duras immittere curas, sistere aquam fluviis et vertere sidera retro, nocturnosque ciet manes, mugire videbis sub pedibus terram et descendere montibus ornos. Quid plura, si credere fas est, de Phitonissa, ut prophete Samuelis animam de

inferni abditis evocaret et vivorum presentaret aspectibus, si tamen animam prophete fuisse credamus, et non aliquam fantasticam illusionem Sathane fallacia factam. Prudentius quoque de Mercurio sic ait: Traditur extinctas sumpto moderamine virge in lucem revocasse animas, ast alios damnasse neci. Et post pauca adiecit: Murmure nam magico tenues excire figuras atque sepulcrales scite incantare favillas, vita itidem spoliare alios ars noxia novit. Magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hii et elementa concutiunt, turbant mentes hominum ac sine ullo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt. Unde et Lucanus: Mens hausti nulla sanie polluta veneni incantata perit. Demonibus enim accitis audent ventilare ut quisque suos perimat malis artibus inimicos. Hii etiam sanguine utuntur et victimis, et sepe contingunt corpora mortuorum. Nigromantici sunt quorum precantationibus videntur resuscitati mortui divinare et ad interrogata respondere. Nigros enim grece mortuus, mancia divinacio nuncupatur, ad quos suscitandos cadaveri sanguis adicitur. Nam amare demones sanguinem dicuntur. Ideo quotiens nigromancia fit, cruor aqua miscetur, ut colore sanguinis facilius provocentur. Ydromantici ab aqua dicti. Est enim ydromancia in aque inspectione umbras demonum evocare, et ymagines vel ludificaciones eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, ubi adhi-

bus sanguine et mortuos perhibentur
suscitare quod genus divinacionis fuit a
persis allatum. Varro dicit divina-
cionis quattuor esse genera. terram aquam
aerem ignem. hinc geomanciam ydro-
manciam aeromanciam piroman-
ciam dictam. Divini dicti quasi deo pleni
divinitate enim se plenos assimulant
et astucia quadam fraudulenta hominibus
futura coniectant. Duo sunt autem genera
divinacionis ars et furor. Incanta-
tores dicti sunt qui arte verbis per-
agunt. Arioli vocati propter quod circa
aras ydolorum nephandas preces
emittunt et funesta sacrificia offerunt
hiisque celebritatibus demonum responsa
accipiunt. Aruspices nuncupati
quasi horarum inspectores. dies enim et
horas in agendis negociis operibus
que custodiunt. et quid per singula tempora
observare debeat hoc intendunt. Hii
etiam exta pecudum inspiciunt et
ex eis futura predicunt. Augures sunt
qui volatus avium et voces intelli-
gunt et interpretantur. Alia quoque signa
rerum vel observaciones inprovisas
hominibus occurrentes. Idem et auspices
Nam auspicia sunt que iter facientes
observant. Dicta autem auspicia sunt
quasi avium aspicia. et auguria quasi
avium garria. hoc est avium voces
et linguas. Item augurium quasi avi-
gerium quod aves gerunt. Duo sunt autem
genera auspiciorum. unum ad oculos
alterum ad aures pertinens. Ad oculos
scilicet volatus. ad aures vox avium.
Phitonisse a phitio apolline
dicte. quod hiis auctor fuit divinan-
di. Astrologi dicti eo quod in astris
augurantur. Genethliaci vel
genethliati appellati propter natalium
consideraciones dierum. Geneses enim hominum per duo-

decim signorum ut per xii. signa celi de-
scribunt. siderumque cursu nascentium
mores actus et eventus predicere
conantur. id est quis quo signo fuerit natus
aut quem effectum habeat vite qui nascitur.
Hii sunt qui vulgo mathematici vo-
cantur. cuius superstitionis genus constella-
ciones latini vocant. id est notaciones
siderum. et quomodo se habeant cum quis nasce-
retur. Primum autem idem stellarum interpretes
magi nuncupabantur. sicut de hiis
legitur qui in evangelio natum Christum annunciaverunt.
postea hoc nomine soli mathematici.
Cuius artis scientia usque ad evangelium fuit
ut Christo edito nemo exinde nativitatem
alicuius interpretaretur. Horoscopi dicti
quod horas nativitatis hominum speculantur
dissimili et diverso fato. Sortilegi sunt
qui sub nomine ficte religionis per
quasdam quas sanctorum sortes vocant
divinacionis scientiam profitentur. aut
quarumcumque scripturarum inspectione futura pro-
mittunt. Salisatores vocati
sunt quia dum eis membrorum quecumque
salierint partes aliquid sibi prosperum
seu triste significare predicunt.
Ad hec omnia pertinent ligature exe-
crabilium remediorum que ars medi-
corum condempnat. sive in precantacioni-
bus sive in caracteribus. vel in quibus-
cumque rebus suspendendis atque
ligandis. In quibus omnibus ars de-
monum est. ex quadam pestifera societate
hominum et angelorum malorum exorta.
Unde cuncta vitanda sunt a christiano.
et omni penitus execracione repudianda
atque dampnanda. Auguria autem avium
Friges primi invenerunt. Prestigium
vero Mercurius primus dicitur invenisse.
Dictum autem prestigium quod prestringat aciem
oculorum. Aruspicine artem primus
Etruscis tradidisse dicitur quidam Tages.
Hic ex oris aruspicinam dictavit.

et postea comparuit. Fraudem sublo-
cante quodam versiculo. subito quae
congestibus complexisse et animam per suam
dictasse. quod dicit et nostrinus circulos
libros romanos qui rursus linguam
vagam mutaverunt. De paganis

Pagani ex pagis atheniensium
dicti ubi exorti sunt. Ibi enim in
locis agrestibus et pagis gentiles lucos
ydolaque statuerunt. et a tali inicio
vocabulum pagani sortiti sunt. Genti-
les sunt qui sine lege sunt et nondum
crediderunt. Dicti autem gentiles quia ita
sunt ut fuerunt geniti id est sicut in carne
descenderunt sub peccato scilicet ydolis ser-
vientes et necdum regenerati. Proinde
gentiles primitus nuncupantur. Ipsi dicuntur
grece ethnici. Ethnicus cum grecis
latine interpretatur gentilis. Ethnos
enim grece gens dicitur. post fidem autem non
debent vocari gentes sed gentiles
eos qui in gentilitate remanserunt. sic post
fidem dici ut post inpositum testante
paulo apostolo et dicente Iam non estis
gentes ut gentes cetere quod per infideles.
Apostate dicuntur qui post baptismum Christi
susceptum ad ydolorum cultum et sacrifi-
ciorum contaminationes revertuntur. Dicti autem
nomine greco. De diis gentium

Quos autem pagani deos asserunt
homines olim fuisse produntur. et
pro uniuscuiusque vita vel meritis coli
vel apud suos post mortem ceperunt
ut apud egyptum ysis. apud cretam
iovis. apud mauros iuba. apud
latinos faunus. apud romanos quirinus.
eodem quoque modo apud athenas minerva.
apud samum iuno. apud paphos venus.
apud lemnos vulcanus. apud naxos
liber. apud delos apollo. quorum etiam
laudibus accesserunt et poete
et compositis carminibus in celum eos
sustulerunt. Nam quorundam et inven-
ciones artium cultum peperisse dicuntur ut
ab esculapio medicina. a vulcano
fabrica. Ab actibus autem vocantur ut
mercurius quod mercibus preest. liber a
libertate. Fuerunt et quidam viri
fortes aut urbium conditores. quibus
mortuis homines qui eos dilexerunt
simulacra finxerunt ut haberent
aliquod ex ymaginum contemplatione solacium.
sed paulatim hunc errorem persua-
dentibus demonibus ita in posteris
irrepsisse ut quos illi pro sola nominis
memoria honoraverunt. successores
deos existimarent atque colerent. Si-
mulacrorum usus exortus est cum
ex desiderio mortuorum constituerentur
ymagines vel effigies. tamquam de celo
receptis. quos sic in terris demones co-
lendi subposuerunt. et sibi sacrifica-
ri a deceptis et perditis persuaserunt.
Simulacra autem a similitudine nuncu-
pata. eo quod manu artificis ex
lapide aliave materia eorum vul-
tus imitantur. quorum honore fingun-
tur. Ergo simulacra vel pro eo quod sint
similia sunt atque conficta. unde et falsa sunt.
Et notandum quod latinus sermo sit in he-
breis voluminibus. apud eos enim
ydolum simulacrum ymnact dicatur.
Iudei dicunt quod ymnact primus simula-
cra de luto fecit. Gentiles autem primum
Prometheum simulacrum hominum de luto
finxisse perhibent. ab eoque natam
esse artem simulacra et statuas fin-
gendi. unde et poete ab eo homines
primo factos esse confingunt figurate propter
effigies. Apud grecos autem Cecrops sub
quo primum oliva orta est
et atheniensium urbs ex nomine

appellacione nomen sortita est. Sic primum
cum Iovem appellaverunt. simulacra
repperit. aras statuit. victimas im-
molavit. uti per ipsius modum
contagia vnde usus. Ydolatria ydolorum
servitus sive cultura interpretatur. Latria
enim grece latine servitus dicitur que in quantum
ad veram religionem pertinet non nisi
uni et soli deo debetur. Hanc sicut impi-
a superbia sive hominum sive demonum
sibi exhiberi vel iubet vel cupit
ita pia humilitas vel hominum vel an-
gelorum sanctorum sibi oblatam recusat
et cui debetur ostendit. Ydolum autem est
simulacrum quod humana effigie factum et
consecratum est iuxta vocabuli interpretacionem.
ydos enim grece forma sonat et ab eo
per diminutionem ydolum deductum
sicut et apud nos formulam fecit. Igitur
omnis forma vel formula ydolum se dici
composuit. Unde ydolatria omnis ita est
ydolorum famulatus vel servitus dicitur.
Non latini sicut greci imperi-
ciam dicunt. ydolum ex dolo sumpsisse nomen
quod dyabolus creature cultum divini nominis
contulit. Demonas a grecis dictos — de demonibus
aiunt quasi dahemonas id est peritos ac
rerum prescios. Presciunt enim futura multa
unde et solent responsa aliqua dare. Insunt
enim illis cognicio rerum plus quam
infirmitati humane partim subtilioris
sensus acumine partim experiencia longi-
ssime vite partim per dei iussum an-
gelica revelacione. Hi corporum
aeriorum natura vigent. Ante transgressionem
quidem celestia corpora gerebant. Lapsi
vero in aeriam qualitatem conversi sunt
nec aeris illius puriora spacia sed
ista caliginosa tenere permissi sunt quae
ssi sunt quae eis quasi carcer est usque ad
tempus iudicii. Hi sunt prevaricatores

angeli quorum dyabolus princeps est. Dya- — de dyabolus
bolus hebraice dicitur deorsum fluens
quia quietus in celi culmine stare contemp-
sit. sed superbie pondere deorsum
corruens cecidit. Grece vero dyabolus
criminator quod vel crimina in que illicit
ad deum referat vel quia electorum in-
nocenciam criminibus fictis accusat. Unde
et in apocalipsi voce angelica dicitur
proiectus est accusator fratrum nostrorum
qui accusabat illos ante conspectum dei
die ac nocte. Sathanas in — de Sathanas
latino sonat adversarius sive transgressor
Ipse est enim adversarius qui est inimicus veritatis
et semper sanctorum virtutibus contraire
nititur. Ipse et transgressor quia prevarica-
tor effectus in veritate qua conditus est non
stetit. Idem et temptator quia temp-
tandam sanctorum innocenciam postulat
sicut in Iob scribitur. Antichristus appellatur — de antixpo
quia contra Christum venturus est. Non quomodo quidam
simpliciores intelligunt antichristum ideo
dictum quod ante Christum venturus sit id est post quem
veniat Christus. Non sic. Sed antichristus
grece dicitur quod est contrarius Christo latine. Anti
enim grece latine contra. Christum enim se
mentietur dum venerit et contra eum dimi-
cabit et adversabitur sacramentis Christi
ut veritatis eius evangelium solvat. Nam
et templum Iherosolimis reparare et
omnes veteris legis cerimonias
restaurare temptabit. Sed et ille anti-
christus est qui negat Christum esse deum. Contrarius
enim Christo est. Omnes enim qui exeunt de
ecclesia et ab unitate fidei precidunt
et ipsi antichristi sunt. Bel ydolum — de Bel
babilonie est quod interpretatur vetus
fuit enim hic Belus pater Nini
primus rex assiriorum quem quidam saturnum
appellant. quod nomen et apud assirios
et apud afros postea cultum est.

unde et lingua punica Bal deus dicitur.
Apud assyrios autem Bel vocatur quadam
sacrorum suorum ratione et Saturnus et Sol.
Belphegor interpretatur simulacrum igno-
minie. Ydolum enim fuit Moab
cognomento Baal super montem
Phegor quem latini Priapum vocant
deum hortorum. Fuit autem de Lapsaco
civitate Ellesponti, de qua pulsus est,
et propter virilis membri magnitudinem
in numero deorum suorum eum gentiles tu-
lerunt et consecraverunt sacrarium
ortorum. Unde et dicitur preesse ortis propter
eorum fecunditatem. Belzebub ydolum
fuit Accaron quod interpretatur vir
muscarum. Zebub enim musca vo-
catur. Spurcissimi igitur ydoli
ob immundiciam vocatum propter
sordes ydolatrie. Sive per immundiciam
Belial. Behemoth ex hebrea voce
in latina lingua animal sonat, propter
quod de excelsis ad terram cadit et pro
merito suo ut animal brutum effectus
sit. Ipse est et leviathan, id est serpens
de aquis, quia in huius seculi mare volu-
bili versatur astucia. Leviathan
autem interpretatur additamentum eorum. Quorum?
Scilicet hominum, quibus in paradyso
semel per culpam prevaricationis
contulit mortem, et hanc usque persuadendo
adiciat vel extendit. Sed quia
in nomina deorum suorum gentiles per
vanas fabulas redigentes physi-
cas rationes conantur tenere, ea que dampna-
torum composita esse interpretantur.
Et quia a poetis totum fictum est,
ut deos suos ornarent aliquibus
figmentis, quos preteritos ac de vitiis
infamia plenos fuisse historie
confitentur. Celius cum figurandi

locus vocatur. Et ratio cessat. Sa- Saturnus
turnus origo deorum et totius posteri-
tatis a paganis designatur. Hunc
latini a satu appellatum ferunt, quasi
ad ipsum sacio omnium pertineat, vel a
temporis longitudine, quod saturetur annis.
Unde et eum greci chronos, hoc est tempus, dicunt,
id est tempus, quod filios suos fertur devorasse,
quod est annos, quos tempus ad progenit
dixerit revolvit, vel quod ex eo semina
unde oriuntur iterum redeunt. Hunc
alii patris abscidisse genitalia dicunt,
quia nichil de celo de seminibus nascitur.
Falcem tenet, inquiunt, propter agri-
culturam significandam, vel propter tempora
et annos quod decedant, vel propter
sapientiam quod intus acuta sit. Ita-
liquibus autem civitatibus Saturno
liberos suos apud gentiles immola-
bant, quia Saturnum poete liberos
suos devorasse solitum tradiderunt.
Jovis fuit a iuvando dictus, et Jupiter
Iupiter quasi iuvans pater, hoc est omnibus
prestans. Hunc et predicto tytulo io-
vem optimum maximum dixerunt. Cum fuisset
incestus in suis, impudicus in alie-
nis, quem modo taurum fingunt propter
Europe raptum. Fuit enim navis
cuius insigne erat taurus. Modo Da-
nes per imbrem aureum appetisse con-
cubitum, ubi intelligitur pudicitia mu-
lieris auro fuisse corrupta.
Modo in similitudinem aquile fuisse, propter quod pu-
erum ad stuprum rapuit. Modo serp-
ens quia reptavit, et cygnus quia
cantavit. Et ideo non figura ista fue-
re, sed plane de vitiis scelera. Unde turpe
erat tales deos credi, quales homines
esse non deceat. Janum dicunt quasi mundi Janus

vel celi vel impiri camina. Duas vero
facies faciunt. pater circuitu concordia.
Qui vero eum faciunt quadrifrontem et ianuam
geminum appellant. ad modum mundi
partes que consistunt et ad modum elementi
sunt tempora. Et dicitur quod fingitur mon-
strum. Neptunum faciunt Neptunum a-
quas dicunt. et dicitur abs
neptunus quod nube tonat. Vulcanum
volunt ignem. et dicitur vulcanus quasi
quasi volans candor. vel quasi volca-
nus quia per aerem volet. Junius vero
cunabulis nascitur. Unde et [illegible]
dicit eum propitatum de aere [illegible]
quia de fulmine de aere cadit. Ideo
autem Vulcanus de femore Junonis fin-
gitur natus quod fulmina de imo aere
nascuntur. Claudus autem dicitur vulcanus
quia per naturam numquam rectus est ignis. sed
quasi claudus [illegible] motum que
habet. Ideo autem [illegible] fabrorum formare dicitur
Vulcanum [illegible] dicitur. quia sine igne
nullum metalli genus fundi [illegible]
pater Pluton grece latine dicitur [illegible]
vel ditis pater. quem alii orcum vo-
cant quasi receptorem mortuorum. unde
et orca vocatur vas quod recipit
aquas. Iste et grece [illegible] Liberum a
liberando appellari volunt quia quasi
mares [illegible] per eum [illegible]
[illegible] seminibus liberatur. Quidam
[illegible] [illegible] et delicatis corporis pingi-
tur [illegible] ad [illegible] et
vinum [illegible] libidinis. Unde
et frons eius pampino cingitur.
Et ideo cornua [illegible] et [illegible] quod
[illegible] et modice vinum bibitur
[illegible] [illegible] vero multum est
[illegible] [illegible] id est qui corona datur
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] quod multo vino ebria [illegible]

Iste et grece [illegible] a [illegible]
[illegible] ubi dicitur [illegible]
est et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] Mercu-
rium sermonem interpretantur. Nam ideo
mercurius quasi medius currens dicitur ap-
pellatus quod sermo currit inter homines
medius. Ideo et [illegible] quod ser-
mo vel interpres quod ad sermonem
[illegible] pertinet [illegible] dicitur. Ideo
et mercatus [illegible] quod inter vendentes
et ementes sermo fit medius. Et [illegible]
[illegible] fingitur [illegible] quod [illegible]
verba disseruntur. Unde et [illegible]
[illegible] [illegible] alas cum [illegible]
pite et pedibus [illegible] volantem fi-
[illegible] sermonem. [illegible] quam
per sermonem omnia cogitata [illegible]
[illegible]. Ideo autem furti magistrum dicunt
quod sermo animos audientium fallit.
Virgam tenet quod serpentes dividit.
[illegible] [illegible] bellantes at-
[illegible] interpretum [illegible] fallit
ut [illegible]. Unde et [illegible] lega-
ti pacis caduceatores dicuntur. Sic-
ut per [illegible] bella indicebant
ita pacem per caduceatores [illegible].
[illegible] autem grece dicitur [illegible]
latine interpretes [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
cum capite canino fingunt. [illegible] vero
dicitur quod inter omnia animalia canis [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]. Mar-
tem deum belli esse et marte appel-
latum quod per viros pugnatur. ut sit
mars mas [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ubi et [illegible]
[illegible] in pugna [illegible] amazonum
ubi solent femine. [illegible] [illegible]
[illegible] ubi soli mares. [illegible]

Mercurius

Mars

Vnde et lingua punica bal dicitur deus.
apud assyrios autem bel vocatur quadam
sacrorum suorum racione. et saturnus et sol.
Belphegor interpretatur simulacrum igno-
minie. ydolum enim fuit moab
cognomento baal. super montem
phegor. quem latini priapum vocant
deum hortorum. fuit autem de lapsaco
civitate ellespoti. de qua pulsus est.
et propter virilis membri magnitudinem
in numerum deorum suorum eciam transtu-
lerunt et venerandum sacraverunt
ortos. vnde et dicitur preesse ortis propter
eorum fecunditatem. Beelzebub ydolum
fuit accaron quod interpretatur vir
muscarum. zebub enim musca vo-
catur. Spurcissimi igitur ydoli
ideo vir muscarum vocatum propter
sordes ydolatrie. sive propter inmundiciam.
Belial. behemoth ex hebrea voce
in latinam linguam animal sonat propter
quod de excelsis ad terram cadit. et pro
merito suo ut animal brutum effectus
sit. Ipse est et leviathan id est serpens
de aquis. quia in huius seculi mare volu-
bili versatur astucia. Leviathan
autem interpretatur additamentum eorum. quorum
scilicet nisi hominum quibus in paradyso
semel pro culpa prevaricacionis
intulit mortem. cotidie persuadendo
adauget vel extendit. Quedam
autem nomina deorum suorum gentiles per
vanas fabulas ad raciones physi-
cas conantur traducere. eaque in causa
elementorum composita esse interpretantur.
Sed hoc a poetis totum fictum est
ut deos suos ornarent aliquibus
figmentis. quos perditos ac de dolis
infamia plenos fuisse historie
confitentur. Quo vero eorum fingendi
locus vocat. [illegible] vitas cessit. Sa-

Saturnus

turnus origo deorum et totius posteri-
tatis a paganis designatur. Hunc
latini a satu appellatum ferunt. quod
ad ipsum sacio omnium pertineat rerum
vel a temporis longitudine quod saturetur annis.
Vnde et eum greci cronos nomen habere dicunt
id est tempus. quod filios suos fertur devorasse
quod est annos quos tempus ad se producit
in se revolvit. vel quod eo semina
unde oriuntur iterum redeunt. Hunc
aliqui ... abscidisse genitalia dicunt
quia nichil de celo de seminibus nascitur.
Falcem tenet inquiunt propter agri-
culturam significandam. vel propter tempora
et annos quod in se redeant. vel propter
sapienciam quod intus acuta sit. Ita-
liquibus (?) autem civitatibus sacrio
liberos suos apud gentiles immola-
bant. quod saturnum poete liberos
suos devorasse solitum tradiderunt.
Iovis sunt a iuvando dictum. et

Iupiter

Iupiter quasi iuvans pater. hic et colebatur (?)
... Hunc et pro dicto (?) titulo so-
lent optimum et maximum dicunt. cum fuisset
incestus in suis. impudicus in alienis.
nunc in taurum fingunt. propter
europe raptum. fuit enim navis
tauri insigne cui taurus. nunc Da-
naes per imbrem aureum appetisse con-
cubitum. ubi intelligitur pudicicia mu-
lieris ab auro fuisse corrupta.
nunc in aquile figura fuisse. propter quod pu-
erum ad stupra rapuit. nunc ser-
pens quod reptaverit. et cignus quod
cantaverit. et ideo non figure iste sunt
sed plane de veritate scelera. vnde turpe
erat tales deos credi quales homines
esse non debent. Ianum dicunt quasi mundi

Ianus

vel celi vel inferni ianua. Duas vero facies faciunt propter orientem et occidentem. Cum vero eum faciunt quadrifrontem et ianum geminum appellant, ad iiii^or mundi partes hoc referunt et ad iiii^or elementa sive tempora. Sed dum hoc fingunt monstrum faciunt.

Neptunus — Neptunum aquas mundi predicant. Et dictus neptunus quasi nube tonans.

Vulcanus — Vulcanum volunt ignem. Et dictus vulcanus quasi volans candor, vel quasi volicanus quod per aerem volet. Ignis enim e nubibus nascitur. Unde et homerus dicit eum precipitatum de aere in terras, quod omne fulmen de aere cadit. Ideo autem vulcanus de femore iunonis fingitur natus, quod fulmina de imo aere nascuntur. Claudus autem dicitur vulcanus quia per naturam numquam rectus est ignis, sed quasi claudus eiusmodi speciem motumque habet. Ideo autem et fabrorum fornace eius [illegible] vulcanum autem dicunt quia sine igne nullum metalli genus fundi extendique potest. Plutonem grece, latine ditem patrem vel orcum vocant, quasi receptorem mortium. Unde et orca nuncupatur vas quod recipit aquas. Ipse et grece charon.

Liber — Liberum a libamento appellatum volunt, quod quasi mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Quod idem liber muliebri et delicato corpore pingitur. Dicunt enim mulieres ei attributas et vinum propter excitandam libidinem. Unde et frontem eius pampino cingunt. Sed et idcirco [illegible] et cornibus [illegible] quod cum grate et modice vinum bibitur letitiam prestat, cum ultra modum est contentionem excitat. [illegible] i. qui cornua dat. Idem a lieus [illegible] quod multo vino membra solvuntur.

Iste grece dionisus a monte indie nyso, ubi dicitur esse nutritus. Est enim nysa civitas in qua colitur liber. [illegible]

Mercurius — Mercurium sermonem interpretantur. Nam ideo mercurius quasi medius currens dicitur appellatus, quod sermo currat inter homines medius. Ideo et hermes grece, quod sermo vel interpretatio, que ad sermonem utique pertinet, hermeneia dicitur. Ideo et mercaturis preesse, quia inter vendentes et ementes sermo fit medius. Qui ideo fingitur pennatus, quia citius verba discurrunt. Unde et velocem et errantem inducunt. Alas eius in capite et pedibus significare volucrem fieri per aera sermonem. Nuntium dicunt, quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Ideo autem furti magistrum dicunt, quia sermo animos audientium fallit. Virgam tenet qua serpentes dividit, id est venena. Nam bellantes ac dissidentes interpretum oratione sedantur, ut predictum. Unde et secundum livium legati pacis caduceatores dicuntur. Sicut enim per fetiales bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat. Hermes autem grece dicitur apo tes hermeneias, latine interpres, qui ob virtutem multarumque artium scientiam trimegistus, id est ter maximus, nominatus est. Cur autem eum capite canino fingunt, hec ratio dicitur, quod inter omnia animalia canis sagacissimum genus et perspicax habeatur.

Mars — Mars bellorum deus est, et mars appellatus quia per viros pugnatur, ut sit mars mas. Licet et ita sit [illegible] ubi et femine in pugna eunt, amazonum, ubi sole femine, [illegible] garamantum, ubi soli mares. Item

martem quasi effectorem mortium. Nam
a marte mors nuncupatur. Hunc
et alii dicunt quod belligerantibus incertus
est. Cuius nudo pectore fingitur ut
bello se quisque sine formidine cordis
obiciat. Capabres autem apud gentes gra-
divus dicitur eo quod bellum gerentibus in-
cedat qui pugnat. aut quod vero pigre
gradiatur. Apollinem quamvis divina-
torem et medicum vellent, ipsum
tamen et solem dixerunt quasi solum.
Titan quasi unum ex Titanis qui
adversus Iovem non fecit. Ipsum Phebum quasi
ephebum id est adolescentem. Unde et sol
puer pingitur eo quod cottidie oriatur
et nova luce nascatur. Phiticum
quoque eundem Apollinem vocari aiunt
a Phitone dracone immense molis serpente
cuius non magis venena quam ma-
gnitudo terrebat. Hunc Apollo sagi-
ttarum ictibus sternens nominis quoque
spolia reportavit ut Phiticus vo-
caretur. Unde et ob insigne victorie
Phitia sacra celebranda instituit.
Dianam quoque germanam eius similiter lunam et
viarum presidem aiunt. Unde et virgi-
nem volunt quia via nichil parit.
Et ideo ambo sagittas habere finguntur
quod ipsa duo sidera de celo radios
usque ad terras emittant. Diana
autem vocata quasi duana quod luna et
die et nocte appareat. Ipsam et Luci-
nam asseverant quod luceat. Ean-
dem et Triviam eo quod tribus fungatur figuris
de qua Virgilius: tria virginis ora Dya-
ne, quia eadem luna, eadem Dyana,
eadem Proserpina vocatur. Sed cum
luna fingitur sublustri splendet
amictu. cum succincta iactat tela-

mo/ Latonia virgo est. cum subnixa
sedet solio Plutonia coniux. Latonia
autem Diana eo quod Latone fuit filia.
Cererem id est a creandis frugibus
appellant. Eam applantantes cum
turribus pingunt. Dicunt et eam
Opem quod opere melior fiat terra,
Proserpinam quod ex ea proserpant fruges,
Vestam quod herbis vel variis vesti- Vesta
ta sit vestibus vel a vi sua stando.
Eandem et Tellurem et matrem magnam
fingunt. Turritam cum tympano
et gallo et strepitu cymbalorum. Ma-
gnam vocatam quod plura pariat,
magna quod alia gignat. Alma
quod universa alia fructibus suis alat.
Est enim alimentorum nutrix. Et si-
mulacrum eius cum clave fingitur
quod tellus hyeme clauditur, vere
aperitur ut fruges nascantur. Et tym-
panum habet, figurare volunt orbem terre.
Et currum vehi dicitur quod ipsa terra pen-
det in aere. Et sustinetur rotis quod
mundus rotatur et volubilis est. Et leo-
nes illi subiciunt mansuetos
ut ostendant nullum genus esse tam
ferum quod non subigi possit atque superari
ab ea. Et in capite turritam gestat
coronam. ostendit superpositas terre
civitates quas insignitas turribus
constat. Et sedens fingitur circa eam
quod circa eam omnia moveantur ipsa non mo-
veri. Et quod Corybantes eius ministri
cum strictis gladiis esse finguntur
ut significetur omnes pro terra sua debere
pugnare. Et gallos huic dee
ut servirent fecerunt, significat quod semine
indigeant terram sequi oportere.
In ea quippe omnia reperiri. Et quod se ap

ea iactat . sapi(entes) inquiunt ut qui
t(er)ra voluit id sedant . p(ro)pt(er) cu(m)
ex q(uo) agant . Ciclopes q(ua)si circo(rum)
oculus . fabricato(rum) sp(iri)tus d(icuntur) colen-
dos agros . r(ati)o est . q(ui)a t(er)ra antiq(ui)tus
est colebat . p(ro)pt(er) f(er)ru(m) esset i(n)-
ventu(m) . Fauces vestam (et) igne(m) ex
p(ro)hibent . q(ui)a t(er)ra igne(m) h(ab)ere d(icitu)r . Du-
bium est . ut q(uod) ethna vulcano q(ui)
d(icitu)r intelligi . (et) id ignem putant
q(ui)a ignis inviolabilis sit . Clautum
inc(er)t(u)m q(ui) vasti posset ex eo . q(ui)a (com)pe
omnia q(ue) arripuit absumat . Qui-
dam in f(a)c(ti)s . H(ec) tu a(utem) vestam
q(ua)m v(u)lca(n)i intellige flamma(m) . uera
q(uod) de flamma corpi nulla videt(ur)
p(ro)creata (et) ignis ei sunt dicunt(ur)
co(n)cep(tus) sit ex igne . ita videt(ur) ex ig-
ne nasci . Iunonem dicunt q(ua)si
ianuam . i(d est) ianua(m) p(ur)gacionibus
feraz . eo q(uod) q(ua)si portas matris
nam pandat (et) nubentium maritis
b(e)n(e) p(ro)sit . Poete a(utem) Iunone(m)
Iovis asserunt sorore(m) (et) (con)iuge(m)
Igne(m) enim (et) ac(re)m Iove(m) . aqua(m)
(et) t(er)ra(m) Iunone(m) interpretant(ur) . quoru(m)
duoru(m) p(er)mixtione v(ni)v(er)sa gignunt(ur)
Et sorore(m) dicunt q(ui)a mater p(ro)p(ter) eo
(con)iuge(m) q(ui)a (com)mixta (con)cordant . ut
terra tuendat . Vnde (et) Virgil(ius) tu(m)
p(ate)r o(mn)ip(oten)s fecundis imbribus
ether (con)iugis in gremium descendit
Minerva ap(ud) grecos athenas d(icitu)r
i(d est) femina . ap(ud) latinos a(utem) Minerva
vocata q(ua)si d(e)a (et) manus artium
variaru(m) . Hanc eni(m) d(e) inventione multo(rum)
ingeniorum p(ro)hibent . (et) in eadem
(et) vero interpretantur . q(ui)a sit vo(lun)t
inc(er)ti p(er) ge(n)ciari . Hanc ideo q(ui)a

q(uo)d solo aere vasta(tur) . Minerva(m) aut(em) pu-
tant ex Iove capite (et) de cerebro . id est q(ue)
dicunt de capite Iovis esse nata(m)
q(ui)a sensus sapi(enci)e q(ui) docuit o(mn)ia
i(n) capite e(st) . i(n) an(te)r(iore) pectore id caput
gorgonis fingit q(ui)a illic e(st) o(mn)is
p(ru)dencia . ut sapiens vi(n)cit d(e) pectore
p(ru)dencia . q(ue) (con)fundit a(lios) . (et) imp(er)itos
et saxeos (com)p(ro)bat . q(uo)d antiquit(us)
imp(er)atoru(m) statue h(ab)ent d(e)ni(que) in me(di)o
pectore loricas p(ro)p(ter) i(n) inveniendam
sapienciam (et) v(ir)tute(m) q(ue) Minerva et
tritonia d(icitu)r . Triton aut(em) affrice
palus e(st) . circa q(ua)m fert(ur) v(ir)ginali appa-
ruisse etate . p(ro)p(ter) q(uod) tritonia nu(n)-
cupata e(st) . Vnde (et) itaq(ue) p(ro)ximus
s(cilicet) credita . quod virgo
ex (con)ducta . Pallas d(icitu)r . vel
ab insula Pallene nutrita . v(e)l q(ua)
nutrita e(st) . Vel a pote p(er)lle(n)s in(ter)lo-
cu(tr)i . i(d est) ab hasta (con)cussione . ut q(uod) pa-
llen(ti)a s(e)c(un)d(u)m (con)tinentia(m) (com)parabile . Venere(m)
(com)munit(er) dicunt nuncupata q(ui)a sine
vi(n)o femina v(ir)go e(ss)e n(on) desinat . Hanc
greci afrodi(te)n vocant . p(ro)p(ter) spuma(m)
sanguinis (con)creta . afrodi(te)n v(er)o grece
spuma vocat(ur) . Ex q(ua) fingunt saturn(um)
celo p(at)ri genitalia abscidisse (et)
sanguine(m) fluxisse in mari . atq(ue) ex
spuma maris (con)creta venere(m) nata(m) e(ss)e
i(d est) aiunt . q(ui)a poetice falsi h(ab)ent
sua e(st) . (et) ipsa afrodi(te)n meri(to)
dici q(ui)a coitus spuma e(st) sanguinis
ex p(ro)p(ri)o visc(er)e liquido falso q(uod)
(con)stat . Tradunt vene(re)m vulcani
dicunt uxore(m) q(ui)a venereum officium
n(on) sine calore (con)stat . Vnde e(st) . frigid(us)
i(n) vene(re) senior . Hanc q(uod) saturnus d(icitu)r
pa(tr)i celo virilia amputasse

Cupido
Amor
Demon fornicationis
Pan
Silvanus

quod [illegible] calent
[illegible] fingitur quia in humore [illegible]
destituit(?). Nihil celat. Cupidinem
vocatum fuisse propter amorem. Est
enim daemon fornicationis. Qui ideo ala-
tus pingitur quia nihil amantibus
levius, nihil mutabilius invenitur.
Puer pingitur quia stultus et irratio-
nabilis amor. Sagittam et facem tene-
re fingitur: sagitta quia amor cor vulne-
rat, face quia inflammat. Pan di-
citur quem Latini Silvanum deum rustico-
rum, quem in naturae similitudinem formaverunt,
unde et Pan dictus est, id est omne. Fingunt
eum cum cornibus [illegible] in specie
solis cum cornua in similitudine solis ra-
diorum et lunae distinctam maculis
habet pellem propter caeli sidera. Rubet
eius facies ad similitudinem aetheris. Fi-
stulam septem calamorum gestat propter
harmoniam caeli, in qua septem sunt soni
et septem discrimina vocum. Villosus
est quia tellus convestita est et agi-
tata est ventis(?) et pars [illegible]
et pars eius inferior foeda est propter arbo-
res et feras et pecudes. Caprinas
ungulas habet ut soliditatem terrae ostendat,
quam volunt rerum et totius naturae deum
unde Pan quasi omnia dicunt. Isis lin-
gua Aegyptiorum terra dicitur, quam Isin
volunt esse. Fuit autem Isis regina
Aegyptiorum, Inachi regis filia, quae
de Graecia veniens Aegyptios litteras
docuit et terras colere instituit, propter quod
et terram eam nominaverunt. Sera-
pis omnium maximus Aegyptiorum deus.
Ipse est Apis rex Argivorum, qui
navibus transvectus in Aegyptum, cum
ibidem mortuus fuisset, Serapis
appellatus est, propterea quia arca
in qua mortuus ponitur, quam sarco-
phagum vocant, soros dicitur graece,
et ibi eum venerari sepultum coepe-
runt, priusquam templum eius esset
instructum. Velut soros et Apis
primo Sorapis, deinde una littera
commutata Serapis dictus est. Apis
fuit apud Aegyptios taurus Serapi
consecratus et ab eo ita cognominatus,
quem Aegyptus instar numinis
colebat, eo quod de futuris daret
quaedam manifesta signa. Apparebat
enim in Memphis, quem centum
antistites prosequebantur, et repente
velut lymphatici praecanebant.
Cuius caput Aegyptii sibi in [illegible]
[illegible]. Fauni a fando
vel apo tes phones dicti, quod vo-
ce non signis ostendere viderentur futura.
In lucis enim consulebantur a paganis
et responsa illis non signis sed voci-
bus dabant. Faunus autem dicitur quod
quia vim gerat omnium rerum gignen-
darum, sive a [illegible] tibiis vel
et genitales lecti dicebantur a ge-
ntibus qui novo marito sternebantur.
Sunt et alia gentilium fabulosa
figmenta, quae interpretata [illegible] causas
rerum(?) intellecta comparabili-
ter adhaerent. Fatum autem dicunt esse
quicquid dii fantur, quicquid Iuppiter fatur.
A fando igitur fatum dicunt, id est a loquen-
do. Quod nisi hoc nomen iam alia re so-
leret intelligi, quo cor nostrum no-
lumus inclinari, rationabiliter possumus
a fando fatum appellare. Non enim ab-
nuere possumus esse scriptum in litte-
ris sanctis: Semel locutus est Deus,
duo haec audivi etc. Quod enim dictum est
semel locutus est, intelligitur immobiliter

Fatum

quod est de immutabili est locutus. sic
novit immutabilia omnia quae futura
sunt, et quae ipse facturus est. Cum
autem fata fingunt de colo et fuso digi-
tisque filo colum torquentibus
propter tria tempora. Praeteritum quippe in fuso iam
netum atque involutum est. praesens quod
inter digitos nentis trahitur. futurum
in lana quae colo implicata est et quod
adhuc per digitos nentis ad fusum
tanquam praesens ad praeteritum transiturum
est. Parcas autem antiphrasin a-
ppellatas quod nemini parcant. quas
tres esse volunt. unam quae vitam
hominis ordiatur. alteram quae contexat.
tertiam quae rumpat. Incipimus enim cum
nascimur. fruimur cum vivimus. desi-
nimus cum morimur. Fortunam a fortui-
tis nomen habere dicunt quasi deam
quandam res humanas variis casibus
et fortuitis illudentem. Unde et caecam
appellant. eo quod passim in quoslibet
incurrens sine ullo examine merito-
rum et ad bonos et ad malos veniat.
Fatum autem a fando appellant et fortunam
hanc sic dispensant quod fortuita veniunt
nulla parta causa. fatum vero appositum
singulis et statutum aiunt. Dicunt et
tres furias feminas crinitas serpen-
tibus propter tres affectus quae animis
hominum multas perturbationes gignunt
et interdum ita cogunt delinquere
ut nec famae nec periculi sui
respectum habere patiantur. Ira quae
vindictam cupit. cupiditas quae
desiderat opes. libido quae appetit
voluptates. Quae ideo furiae appellantur
quod stimulis suis mentem feriant et
quietam esse non sinant. Nymphas deas
aquarum putant dictas a nubibus. nam

ex nubibus aquae. Inde derivatum est
nymphas deas aquarum quasi numina
lympharum. Ipsas autem dicunt et mu-
sas. quasi nymphas. nec immerito
nam aquarum motus musicam efficit.
Nympharum autem gentilitas varia fecit
vocabula. Nymphas quippe montium
oreades dicunt. silvarum dryades.
fontium amadryades. camporum naides.
maris nereides. Heroas dicunt a
Iunone traxisse nomen. Graece enim
Iuno Hera appellatur. et ideo nescio quis
filius eius secundum Graecorum fabulam Heros
fuit nuncupatus. Hoc videlicet velut mysticum
significante fabula quod aer Iunoni de-
putatur. unde volunt heroas habitare.
Heroas nomen appellant alicuius viri-
animas defunctorum quasi aereas. i. vi-
ros aerios. et caelo dignos propter
sapientiam et fortitudinem. Penates genti- penates
les dicebant omnes deos quos domi
colebant. Et penates dicti quod erant
in penetralibus i. in secretis. Hi dii
quomodo vocabantur vel quae nomina haberent
ignoratur. Manes dicunt deos mor-
tuorum quorum potestatem inter lunam et
terram asserunt. a quibus et mane
dictum existimant. quos putabant ab ae-
re qui manat i. fluit dictos. Alii manes
deos sive quia late manant per auras.
sive quia mites sunt. De manibus quidam alio
nomine hoc appellantur. Apuleius autem
ait eos cata antiphrasin dici ma-
nes hoc est mites ac modestos
cum sint terribiles et immanes. ut
parcas et eumenides. Larvas ex
hominibus factos daemones aiunt qui meriti
mali fuerint. Quorum natura esse dicitur terrere
parvulos et in angulis garrire te-
nebrosis. Lamias quas fabulae tradunt
infantes corripere ac laniare specialiter

a laniando specialiter dicte. Pilosi qui grece panite latine incubi appellantur sive dii abineundo passim cum animalibus. Unde et incubi dicuntur ab incumbendo hoc est stuprando. Sepe enim improbi existunt etiam mulieribus et earum peragunt concubitum quos demones galli dusios nuncupant quia assidue hanc peragunt immunditiam. Quem autem vulgo incubonem vocant hunc romani faunum ficarium vocant. Ad quem oratius dicit. Faune nympharum fugientum amator per meos fines et aprica rura lenis incedas.

De linguis gentium
De gentium vocabulis
De regnis militie quoque vocabulis
De civibus
De affinitatibus et gradibus
De agnatis et cognatis
De [illegible] affinitatibus
De coniugiis

De linguis gentium

Linguarum diversitas exorta est in edificatione turris post diluvium. Nam priusquam superbia turris illius in diversos signorum sonos humanam divideret societatem una omnium nationum lingua fuit que hebrea vocatur, qua patriarche et prophete usi sunt non solum in sermonibus suis verum etiam in litteris sacris. In initio autem quot gentes tot lingue fuerunt, deinde plures gentes quam lingue quia ex una lingua multe sunt gentes exorte. Lingue autem dicte in hoc loco pro verbis que per linguam fiunt genere locutionis illo quo is qui efficit per id quod efficitur nominatur, sicut os dicitur pro verbis sicut manus pro litteris. Tres autem sunt lingue sacre hebrea greca latina que toto orbe maxime excellunt. His enim tribus linguis super crucem domini a pilato fuit scripta causa eius. Unde et propter obscuritatem sanctarum scripturarum harum trium linguarum cognitio necessaria est ut ad alteram recurratur dum si quam dubitationem nominis vel interpretationis sermo unius lingue attulerit. Greca autem lingua inter ceteras gentium clarior habetur. Est enim et latinis et omnibus linguis sonantior, cuius varietas in quinque partibus discernitur. Quarum prima dicitur koine id est mixta sive communis qua omnes utuntur. Secunda attica videlicet atheniensis qua usi sunt omnes grecie auctores. Tertia dorica quam habent egyptii et syri. Quarta ionica. Quinta eolica. Quas eolisti locutos dixerunt. Et sunt in observatione grece lingue eiusmodi certa discrimina. Sermo enim eorum ita est dispertitus. Latinas autem linguas quattuor esse quidam dixerunt id est priscam latinam romanam mixtam. Prisca est quam vetustissimi ytalie sub iano et saturno sunt usi incondita ut se habent carmina saliorum. Latina quam sub latino et regibus tusci et ceteri in latio sunt locuti ex qua fuerunt duodecim tabule scripte. Romana que post reges exactos a populo romano cepta est qua nevius plautus ennius virgilius poete et ex oratoribus graccus et cato et cicero vel ceteri effuderunt. Mixta que post imperium latius promotum simul cum moribus et hominibus in romanam civitatem irrupit integritatem verbi per soloecismos et barbarismos corrumpens. Omnes autem orientales gentes [illegible]

Linguam et verba collidunt sicut Hebrei
et Syri. Omnes mediterranee gentes in pa-
lato feriunt sicut
Greci et Asiani. Omnes occidentis gentes
verba in dentibus frangunt sicut Ytali
et Hyspani. Syrus et Chaldeus vicinus
Hebreo est in sono, consonans in plerisque
et litterarum sono. Quidam autem arbitrantur
linguam ipsam esse Chaldeam quia
Abraham de Chaldeis fuit. Quod si hoc
recipitur, quomodo in Daniele Hebrei pueri
linguam quam non noverant doceri iubentur?
Omnem autem linguam unusquisque hominum
sive Grecam sive Latinam sive ceterarum gen-
tium aut audiendo potest tenere aut
legendo aut ex preceptore percipere.
Cum autem omnium sit linguarum diffi-
cilis peritia, nemo tamen tam desidiosus
est ut in sua gente positus suam lin-
guam nesciat. Nam quid aliud puta-
dus est nisi animalibus brutis deterior?
Illa enim proprie vocis clamorem ex-
primunt, iste deterior qui proprie lingue
caret notitia. Cuiusmodi autem
lingua locutus est Deus in principio mundi
dum diceret: Fiat lux, invenire
difficile est. Nondum enim erant lin-
gue. Item qua lingua insonuit po-
stea exterioribus hominum auribus,
maxime cum ad primum hominem loqueretur vel
ad prophetas, vel cum corporaliter sonaret
vox dicentis Dei: Tu es Filius meus
dilectus, ubi a quibusdam creditur lingua
una et sola que fuit antequam esset
linguarum diversitas. In diversis autem
gentibus creditur quod eadem lingua illis
Deus loquatur qua ipsi homines utuntur,
ut ab eis intelligatur. Loquitur autem Deus
hominibus non per substantiam invisibilem sed per
creaturam corporalem, per quam et hominibus

apparuit quando locutus est. Dicit et apostolus:
Si linguis hominum loquar et angelorum,
ubi queritur qua lingua angeli lo-
quantur. Non quod angelorum alique lingue
sint, sed hoc per exaggerationem dicitur. Item
queritur qua lingua in futurum homines lo-
quantur; nusquam reperitur. Nam dicit apostolus:
Sive lingue cessabunt. Ideo autem prius
de linguis ac deinde de gentibus posuimus,
quia ex linguis gentes, non ex gentibus
lingue exorte sunt.

De gentium vocabulis

Gens est multitudo ab uno principio
orta sive ab alia natione
secundum propriam collectionem distincta, ut
Grecie, Asie. Hinc et gentilitas dicitur.
Gens autem appellata propter generationes
familiarum, id est a gignendo, sicut natio
a nascendo. Gentes autem a quibus divisa
est terra xv sunt de Iaphet, xxxi et
una de Cham, xxvii de Sem, que
fiunt lxxiii, vel potius ut ratio
declarat lxxii, totidemque lingue
que per terras esse ceperunt, queque crescendo
provincias et insulas impleverunt.
Filii Sem quinque singuli gentes singu-
las possederunt, quorum primus Elam,
a quo Elamite principes Persidis. Secundus
Assur, a quo Assyriorum pullulavit
imperium. Tertius Arfaxat, a quo gens
Chaldeorum exorta est. Quartus Ludi, a
quo Lidii. Quintus Aram, a quo Syri,
quorum metropolis fuit Damascus.
Filii Aram, nepotes Sem, quattuor:
Hus et Hul et Gether et Mes.
Hus Traconitidis conditor, qui inter
Palestinam et Celesyriam tenuit prin-
cipatum, unde fuit Iob secundum quod scriptum est:
Vir erat in terra Hus nomine Iob. Secundus
Hul, a quo Armenii. Tertius Gether,
a quo Acarnani sive Curie. Quartus
Mes, a quo sunt hi qui vocantur

medones. Posteros Arfaxat filius
Sem Heber nepos Arfaxat a quo
Hebrei sunt. Iectan filius Heber a quo
Indorum orta est gens. Sale filius
Iectan a quo Bactriani licet eos alii
Scitharum exules suspicentur. Ismael
filius Abrahe a quo Ismaelite qui
nunc corrupto nomine Sarraceni quasi
a Sarra et Agareni ab Agar. Na-
baioth filius Ismael a quo Nabu-
thei qui ab Eufrate in mari Ru-
bro inhabitant. Moab et Amon
filii Loth a quo Moabite et Ammo-
nite. Edom filius Esau a quo
Idumei. Hee sunt gentes que de Sem
stirpe descendunt possidentes terram
meridianam ab ortu solis usque ad
Phenices. Filii Cham xxx ex quibus
orte sunt gentes hee. Chus a quo
Ethiopes progeniti. Mesraim a quo
Egiptii perhibentur exorti. Futh a
quo Libii. Unde et Mauritanie flu-
vius usque in presens Futh dicitur omnisque
circa eum regio Futensis. Chana-
an a quo Afri et Phenices et Chana-
neorum gentes decem. Item ex nepoti-
bus Cham filii Chus nepotis Cham
vi filii Chus Saba et Evila.
Regma Sabatha. Saba a quo
progeniti sunt et appellati Sabei de quibus
Virgilius solis est thurea virga
Sabeis. Hii sunt et Arabes. Evila
a quo Getuli in parte remotioris
Affrice heremo coherentes. Sabatha
a quo Sabateni qui nunc Astabari
nominantur. Regma vero et Saba et Dadan
paulatim antiqua vocabula perdi-
derunt et que nunc ab antiquis habeant
ignoratur. Filii Regma Saba et Dedan.
Hic Saba per sen litteram scribitur

de quo supra. Ille autem superior Saba per
samech scribitur a quo appellatos
Sabeos interpretati sunt. Hic autem Saba
Arabia. Dadan a quo gens est Ethi-
opie in occidentali plaga. // Filii
Mesraim Labim a quo Libii qui
quondam Futhi vocabantur. Casloim
a quo Philistiim quos veteres allo-
philos nos vel corrupte Pale-
stinos vocamus. Cetere sex gentes
ignote sunt quia bello Ethiopico
sub vice usque ad oblivionem prete-
ritorum nominum pervenerunt. // Filii
Chanaan xi ex quibus Chananeorum
x gentes quorum terram postea posses-
sis Iudei possiderunt. Ex his primo-
genitus Sidon a quo Sidonii. Unde
et urbs eorum in Phenice Sidon vo-
catur. Secundus Eth a quo Ethei.
Tercius Iebus a quo Iebusei quorum
fuit Ierusalem. Quartus Amorreus a quo
Amorrei. Quintus Gergeseus a quo
Gergesei. Sextus Eveus a quo Evei; ipsi
sunt Gabaonite a civitate Ga-
baon qui supplices venerunt
ad Iesum. Septimus Aracheus qui Archas
condidit oppidum contra Tripolim in radi-
cibus Libani situm. Octavus Asineus
a quo Asinei. Nonus Aradius a quo
Aradii sunt qui Aradum insulam
possiderunt angusto freto a Phe-
nicis littore separatam. Decimus Samareus
a quo Syrie nobilis civitas que
vocatur [illegible]. Undecimus Amatheus. Hee
sunt gentes de stirpe Cham que a Sido-
ne usque ad Gaditanum fretum
omnem meridianam partem tenent. //
Nunc de filiis Iaphet. Filii igitur
Iaphet vii nominantur. Gomer ex

quo Galathe i. galli. Magog a
quo arbitrantur Scitas et Gothos tra-
xisse originem. Maday a quo Medos
existere putant. Javan a quo Iones
qui et Greci, unde et mare Ionium.
Thubal a quo Hiberi qui et Hyspani
licet quidam ex eo et Ytalos suspicentur.
Mosoch ex quo Capadoces sunt. Et
urbs apud eos usque hodie Mazeca
dicitur. Thyras ex quo Traces quorum non
satis immutatum vocabulum est quasi Ti-
races. Filii Gomer nepotes Ia-
feth: Aschanaz a quo Sarmate quos
Greci Reginos vocant. Riphat a quo
Paflagones. Thogorma a quo sunt
Friges. Filii Iavan: Elisa a quo
Greci Elisei qui vocantur Eolides. Unde
et lingua quinta Grece Eolis appellatur.
Tharsis a quo Cilices, ut Iosephus
arbitratur. Unde et metropolis civitas
eorum Tharsis dicitur. Cethim a quo
Cethei i. Cipri, a quibus hodieque urbs
Cithia nominatur. Dodanim a quo
Rodii. Hec sunt gentes de stirpe Iafe-
th que a Tauro monte usque ad Aqui-
lonem mediam partem Asie et omnem
partem Europe usque ad occeanum Britta-
nicum possident nomina et locis et
gentibus relinquentes, de quibus postea
immutata plurima, cetera permanent
ut sunt. Ita velud gentium vo-
cabula partim permanserunt, ita ut
hodieque appareat unde fuerint
derivata, sicut ex Assur Assirii,
ex Heber Hebrei. Partim vero temporis
vetustate ita immutata sunt ut
vix homines doctissimi antiquissimas
hystorias perscrutantes non omnium sed
aliquarum ex istis origines potuerint
reperire. Nam quod ex filio Cham qui
vocabatur Mesraym Egyptii sunt

exorti nulla sic resonat origo
vocabuli, sicut nec Ethiopum qui
dicuntur ad eum filium Cham pertinere qui
Chus appellatus est. Et si omnia
considerantur plura tamen gentium voca-
bula mutata quam manentia appa-
rent, quibus postea nomina diversa de-
dit ratio. Nam Indi ab Indo flu-
mine dicti sunt, qui ab occidentali
parte eos includit. Seres a proprio
oppido nomen sortiti sunt, gens ad
Orientem sita, apud quos de arboribus
lana contexitur. De quibus est illud: Ignoti
facie sed noti vellere Seres. Ganga-
ride populi sunt inter Assirios Indosque
habitantes circa Gangen flu-
vium. Unde et etiam Gangaride nun-
cupati sunt. Hircani dicti sunt a silva
Hircania ubi sunt plurime tigres.
Bactriani Scithe qui suorum factione
a sedibus suis pulsi iuxta Bactron
orientis fluvium consederunt, ex cuius
vocabulo et nomen sortiti sunt. Huius
gentis rex fuit Zoroastres inven-
tor magice artis. Parthi quoque
et ipsi a Scithis originem traxerunt.
Fuerunt enim eorum exules, quod etiam
eorum vocabulo manifestatur. Nam
Scithico sermone exules parthi
dicuntur. Hii similiter ut Bactriani dome-
sticis seditionibus Scithia pulsi
solitudines iuxta Hircaniam primum
furtim occupaverunt, deinde plurima
per finium etiam virtute obtinuerunt.
Assirii ab Assur filio Sem vocati,
gens potentissima que ab Eufrate
usque ad Indorum fines omnem in
medio tenuit regionem. Medi a
rege suo vocati putantur. Nam
Iason Pelliacus regis sui Pelia
fugiens Tessalia pulsus est, ad Medeam
uxore sua, cuius fuit privignus

medus rex atheniensium filius. qui post
mortem iazonis noverce plagas
perdomuit. ibique mediam urbem
condidit. gentemque medorum nomine
suo appellavit. Sed dicitur in gene-
si quod madai auctor gentis me-
dorum fuit. a quo et cognominati in-
ferius dicam. Perse a perseo rege
sunt vocati qui ex grecia asiam
transiens. ibi barbaras gentes
gravi diutino bello perdomuit
novissime victor nomen subiecte
genti dedit. Perse autem ante cyrum
ignobiles fuerunt. et nullius inter
gentes loci habebantur. Medi semper
potentissimi fuerunt. Casdei qui
nunc caldei vocantur. a chased filio
nachor fratris abrahe cognominati
sunt. Sabei dicti a τοῦ σέβεσ-
θαι. quod est supplicari et venerari. quia
divinitatem per thura venera-
mur. Ipsi sunt et arabi quia in mon-
tibus arabie sunt. qui vocantur liba-
nus et libanus ubi thura
colliguntur. Syri a surim vocati
perhibentur. qui fuit nepos abra-
ham ex cetura. Quos autem antiquitus
assyrios. nunc nos vocamus syros
a parte totum appellantes. Hebrei
vocati sunt ab heber. qui pronepos
fuit sem. Israhelite vero ab israhel
filio ysaac. Israhel patriarcharum
hebreorum fuisse israhel. a quo duodecim
iudeorum tribus israhelis vocabulum
sortite sunt. Iudei autem scriptura
dicitur tamen nomen imposuit illa
cum hebrei sive israhelite nuncupa-
bantur. Iudeo quod a domino regna
primus dei dimissus est. tunc deinde tribus

quod et semper inde reges habebant. in-
decorum nomen sortiti sunt. Reliqua pars
decem tribuum que in samaria reges sibi
constituit. ob ipsius magnitudinem populi
nomen retinuit israhel. Samarita-
norum gens sumpsit exordium ab assy-
riis. qui transmigrati habitaverunt in sam-
aria. qui latine interpretantur custodes
eo quod captivato israhel isti in terra
regionis eorum ad custodiam collo-
cati sunt. Fenices cathmi fuerunt et the-
bis egyptiorum in syria profecti
apud sydonem regnaverunt. eos quod populos
ex suo nomine fenices. et terram phenicia
fenicia nuncupaverunt. Sydonii autem
a civitate que vocatur sydon tracissime
vocati perhibentur. Sarraceni
dicti vel quod ex sara genitos se
predicent. vel sicut gentiles aiunt
quod origine syri sunt quasi syrigine. pro
quippe amplam habitant solitudinem
ipsi sunt ysmaelite. ut liber gene-
sios docet quod sunt ex ysmahele.
Ipsi cedar a filio ysmahelis. Ipsi
agareni ab agar. qui ut diximus
perverso nomine sarraceni vocantur. quia
ex sara se genitos gloriantur. Phi-
listini ipsi sunt palestini quia p litera
sermone habetur loco ph pro eo quod greco
utuntur. Inde philistei pro palestinis
dicuntur a civitate utique sua. Idem et
allophili id est alienigene ob hoc
quod semper fuerunt inimica israel et longe
ab eorum genere ac societate separati.
Chananei appellati a chanaan
filio cham cuius terram inde possede-
runt. Cuius cognomine fuit amor-
reus sichem. a quo amorrei sunt
nuncupati. Egyptii ab egypto quodam

rege vocati sunt. Ibera autem Hiberi
vel acri vel goij dicebantur. Iuxta
a lingua hebraica confessione afflictio
eo quod afflixerunt deum suis. Principio
dominio ampio liberarunt. Armenius
Tessalus unus de uno ducum
Iasonis qui ad Colchos profecti sunt re-
collecta multitudine quae amisso rege
Iasone passim vagabatur Armeniam
condidit gentique ex suo vocabulo nomen
dedit. Tigris fluvius qui Scitas
ab eis dividit. Bactria coniuncta
est. a quo limite Sace a quibusdam
Scythae vocati. Gens antiquissima
semper habita inter Parthos Bactrianos
quasi feminae a regno Amazonum re-
gna condiderunt. Massagetae ex
Scytharum origine sunt et dicti Massa-
getae quasi graves i. fortes Getae
sicut libri Armeniorum dicunt. i. massas
qui sunt inter Scitas atque Albanos
septentrionalibus regionibus habitant.
Amazones dictae sunt seu quod simul
vivunt sine viris quasi amazones
sive quod adustis dextris mammis
sint ne sagittarum ictus impe-
direntur quasi aneu mazon. Nudabant
enim quam adusserant mammam.
Has Iustinianus Armenias dicit
ita quod est amazon quasi aneu ma-
zon i. sine mamma. Has et Hercules
quondam prius abstulit. Post Achil-
les ut ab Alexandro usque ad inter-
nitionem deletae sunt. In Parthis Asi-
aeque Scythiae gentes quae positae
sunt Iasonis dicuntur albo crine na-
scuntur ab assiduis nivibus. Itaque
capilli color genti nomen dedit. Et
inde dicuntur Albani. Horum glauca oculis
i. picta inest pupilla adeo ut

nocte plus quam die cernant. Albani
et a Mazonibus vicini sunt. Hunnos
antea Unnos vocatos postmodum
a rege suo ab aliis appellatos. Qui
prius ultima Meotide inter gla-
cialem Tanaim et Massagetarum
immanes populos habitaverunt. Deinde
perviabus equis Caucasi rupibus
feras gentes Alexandri claustra
cohibentes irruperunt et Orientem
xx annis tenuerunt captivamque
et ab Egyptiis atque Ethiopibus an-
nuum vectigal exegerunt. Tro-
iana gens antea Dardania
a Dardano rege vocata. Nam
Dardanus et Iasius fratres ex Graecia
profecti. Ex his Iasius ad Traciam,
Dardanus ad Frigiam pervenit. Ibi-
que primus regnavit. Post quem filius
eius Ericthonius. Deinde nepos
eius Tros a quo Troiani nuncupati
sunt. Galatae Galli esse noscuntur
qui in auxilium a rege Bithyniae e-
vocati regnum cum eo parta vi-
ctoria diviserunt. Sicque deinde
Graecis admixti primum Gallograeci,
nunc ex antiquo Gallorum nomine
Galatae nuncupantur. Graeci autem
Thessali sunt. Lapithas a Centauris
Thessaliae fuisse aiunt. Ita Apol-
lo in orbem olim dedicavit a Lap-
itha Apollinis filia nuncupatos.
Sicyonii Graeci sunt nuncupati a
Sicyone rege. Hi prius Aegialei vo-
cabantur ab Aegialeo qui primus
Sicyoniis imperavit. A quo et Aegi-
lea civitas nuncupata est quae
nunc Peloponnensis vocatur a Pelo-
pe rege suo. Ipsi sunt et Archades
ab Archade rege Iovis et Callisto
filio dicti. Danai a Danao
rege vocati. Idem et Argivi

ab argo conditore cognominati. Postquam
autem rex grecorum apis mortuus est
hunc filius argus successit in
regnum et ex eo argivi appella-
ti sunt. qui et ab eis post obitum ut deum
colere ceperunt. templo et sacrificio honoran-
tes. Achivi qui et achei ab acheo
iovis filio dicti. Pelasgi dicti quia
cum velis passis verno tempore ad-
venisse ytaliam visi sunt. ut aves
primo enim eos varro ytaliam ap-
pulisse commemorat. Doriano pe-
lasgos a iovis et larisse filio
perhibent dictos. Mirmidones fuerunt
achillis socij dolopes pirri dicti
sunt. autem mirmidones sunt appellati
quasi mirmice .i. formice. Erato-
stenes autem dicit dictos mirmido-
nes a mirmidone duce iovis
et eurimose filio. Cecrops atheni-
sium regi successit cognatus eius
filia athis nomine et regioni et
genti dedit. et ex ea attici cogno-
minati qui sunt athenienses. Ion vir
fortis ex suo nomine eosdem atheni-
enses vocavit iones. Macedo-
nes a nomine macedonis regis
antea emathi nuncupati sunt. Postea
macedones dicti. Epirote a pir-
ro achillis filio prius pirride. Postea
vero cum epiro rege ad ytaliam
transire presumpserunt. Dorus inprimi
et helenis filius fuit. unde dori et
originem et nomen duxit. Sunt autem
pars grece gentis ex quo cognominata
est tercia lingua grecorum que dorica
appellatur. Lacedemones a lacedemo-
ne semele filio dicti. Hij diu
prevaricantes in bello contra messenios
diti ne diuturnitate pli' spem prolis
amitterent. preceperunt ut virgines
eorum cum iuvenibus domi relictis
concumberent. sicque ex promiscuo virginum
concubitu iuvenes de incertis parentibus
nati sunt. et ex nota materne pudicicie
parteni vocati sunt. Ita ipsos ex
spartanos quos et lacedemones. Tra-
ces ex filio iafeth qui vocatus est tiras
et orti cognominati ut superius dictum est
perhibentur. licet gentiles eos ex moribus
ita dictos existiment quod sint truces
Seuissimi enim omnium gentium fuerunt
unde et multa de se fabulosa memo-
rantur. quod captivos diis suis litarent
et humanum sanguinem ossibus capitum
potare soliti erant. De quibus virgilius
Heu fuge crudeles terras. fuge litus
avarum. quia crudeles erant. Histri
genus originem a colchis ducit. qui mis-
si ad argonautas persequendos
ut a ponto intraverunt istrum flumen
a vocabulo amnis quo amnem intrave-
runt appellati sunt. Romani a romu-
li nomine nuncupati. qui urbem romam
condidit. gentique et civitati nomen dedit.
Hij autem a saturno saturnij a latio latini
vocati sunt. Nam latinus ytalie rex
fuit qui ex proprio nomine latinos appellavit
qui postea romani appellati sunt. Hij et
quirites dicti quia quirinus dictus est ro-
mulus quod semper hasta utebatur. que sabi-
norum lingua quiris dicitur. Itali quo-
que sabinus et sicanus fratres fuerunt. ex quorum
nominibus et regionibus imposita sunt voca-
bula. ab ytalo ytali. a sabino sabini.
a sicano sicani qui et siculi cognominati
sunt. ibique et sicaliotes. Tusci ytalie
gens est a frequentia sacrorum et turis vocata
.i. a70 [illegible] ti ttia zin. Umbri
ytalie gens est sed gallorum veterum propago.

qui apennini montem incolunt.
Et quia hystorie perhibent · eo quod tempore
aque cladis imbribus superfuerint
et ob hoc umbros. Marsi gens italie
dicta a comite liberi marsya qui
usum illis vinearum ostendit · et ob hoc
illi statuam fecerunt · quam postea
victis marsis tulerunt. Calabros
a grecia tuscos vocant qui · eo quod ergo
ic quod multos spiritus sacrificant et eo quod
e ic sparus dicuntur. Illi vero aut ex
carminum maleficiis inquietant
a plaga appennini montis sunt
et umbres. Gothi a magog filio
iaphet nominati putantur. Et similitudine
ultime sillabe quos veteres greci magis
getas quam gothos vocaverunt
gens fortis et potentissima corporum
mole ardua armorum genere ter-
ribilis. Et quod lucanus. Hinc dacus
premat · inde getes occurrat iberis
Daci a gotorum soboles fuerunt et
dictos putant dacos quasi dagos quia
de gothorum stirpe creati sunt. Et quod ille
ibis arctos procul usque dacos. Bes-
si barbari fuerunt qui a multitudine boum
sunt vocati dicuntur. Et quod quidam qui
colli arte medio vel lacte divites
multo bove pilleatique accola ripe.
Gepides pedestri magis prelio quam
equestri sunt usi · et ex hac causa ita vo-
cati sunt. Sarmate patentibus cam-
pis armati inequitabant. priusquam
eos lentulus danubio prohiberet
atque inde ob studium armorum sarma-
te nuncupati existimantur. Lanus
fluvius fuit ultra danubium a quo
alani dicti sunt. sicut et populi inhabi-
tantes iuxta lemannum fluvium

alemanni vocantur. Et quod lucanus
Deserit cavo tentoria fixa le-
manno. Langobardos vulgo
ferunt nominatos prolixa barba et
numquam tonsa. Vandalicus amnis
ab extremis gallie emergens. iuxta
quem fluvium inhabitasse et ex eo tra-
xisse nomen vandali perhibentur.
Germanie gentes dicte sunt eo quod
sint immania corpora immanesque
nationes sevissimis durate
frigoribus qui mores ex ipso celi ri-
gore traxerunt. Feroces animi et
semper indomiti raptu venatu-
que vivunt. Horum plurime gentes
varie armis discolores situ lin-
guis dissone · et origine voca-
bulorum incerte · ut tolosates · amsi-
vari · tungri · marcomanni ·
bructeri · camavi · Blangiani tu-
bantes · quorum immanitas barbarie
etiam in ipsis vocabulis horrorem
quendam significat. Suevi pars sunt
in fine septentrionis. Et quod lucanus.
Fundit ab extremo ~~flavos~~ flavos
aquilone suevos. Quorum fuisse
centum pagos et populos multi pro-
diderunt. Dicti autem suevi putantur
a monte suevo · qui ab ortu initium
germanie facit. cuius loca incolue-
runt. Burgundiones quondam
romanis interiore germania per
castrorum limites posita a tyberio
cesare in magnam coaluere gentem.
atque ita nomen ex locis sumpserunt.
quia crebra per limites habitacula
constituta burgos vulgo vocant.
Hi postea rebelles effecti romanis
plus quam octaginta milia armatorum
ripe reni fluminis insederunt et

nomen gentis obtinuerunt. Saxonum gens in oceani litoribus et paludibus inviis sita virtute atque agilitate habilis. Unde et appellata quod sit durum et validissimum genus hominum et prestans ceteris piraticis. Franci a quodam proprio duce vocari putantur. Alii eos a feritate morum nuncupatos existimant. Sunt enim in illis mores inconditi naturalis ferocitas animorum. Brittones quidam latine nominatos suspicantur eo quod bruti sint gens intra oceanum interfuso mari quasi extra orbem posita. De quibus virgilius toto divisos orbe britannos. Scoti propria lingua nomen habent a picto corpore eo quod aculeis ferreis cum atramento variarum figurarum stigmate adnotentur. Galli a candore corporis nuncupati sunt. Galla enim grece lac dicitur. Unde et sibilla sic eos appellat cum ait: Tunc lactea colla auro innectuntur. Secundum diversitatem enim celi et facies hominum et colores et corporum quantitates et animorum diversitates existunt. Inde romanos graves grecos leves afros versipelles gallos natura feroces atque acriores ingenio pervidemus quod natura climatum facit. Galli senones antiquitus xenones dicebantur quod liberum hospicio recepissent. Postea x in s litteram commutata est. Vaccea oppidum fuit iuxta pirineum a quo sunt cognominati vaccei de quibus creditur dixisse poeta latique vagantes vaccei. Hi pirinei iugis per ampla montis habitant

De natura climatum

solitudinem. Idem et vascones quasi vaccones c in s litteram demutata. Quos gneus pompeius edomita hispania et ad triumphum venire festinans de pirinei iugis deposuit et in unum oppidum congregavit. Unde et convenarum urbs nomen accepit. Hispani ab hibero amne primum hiberi postea ab hispano hispani cognominati sunt. Gallici a candore dicti unde et galli. Reliquis enim hispanie populis candidiores existunt. Hi grecam sibi originem asserunt. Unde et naturali ingenio callent. Siquidem post finem troiani belli teucrum morte aiacis fratris invisum patri thelamoni dum non reciperetur in regnum cyprum concessisse ibique urbem nominis antique patrie salaminam condidisse. Inde ad galliciam profectum et positis sedibus ex loco genti nomen dedisse. Astures gens hispanie vocati eo quod ab astura flumine septi montibus silvisque crebris inhabitent. Cantabri gens hispanie a vocabulo urbis et hiberi amnis cui insident appellata. Horum animus pertinax et magis ad latrocinandum et ad bellandum vel ad patiendum verbera semper parati. Celtiberi ex gallis celticis fuerunt quorum ex nomine appellata est regio celtiberia. Nam ex flumine hispanie hibero ubi consederant et ex gallis qui celtici dicebantur mixto utroque vocabulo celtiberi nuncupati sunt. Afri appellati ab uno ex posteris abrahe qui vocabatur afer qui dicitur duxisse adversus libiam exercitum et ibi victis hostibus consedisse eiusque posteros ex nomine atavi et afros et affricam nuncupasse. Peni autem

Carthaginienses sunt a Poenicibus nuncupati qui cum Didone profecti sunt. Tyrios vero a Tyro urbe Phenicum nominatos, ex qua profecti sunt et in Africe litus venerunt. Getuli Getae dicuntur fuisse qui ingenti agmine a locis suis navibus conscendentes loca Syrtium in Libia occupaverunt, et quia ex Getis venerant, derivato nomine Getuli appellati sunt. Unde et opinio est apud Gothos ab antiqua cognatione Mauros consanguinitate propinquos sibi vocare. Africam autem initio habuere Libies, deinde Afri, post haec Getuli, postremo Mauri et Numide. Mauri et Numide, ut Afri putant, sic suum genus et vocabulum traxerunt. Nam postquam in Hispania Hercules interiit, exercitus eius compositus ex variis gentibus amisso duce passim sibi sedes querebant. Ex quo numero Medi et Perse et Armeni navibus in Africam transvecti proxima mari loca occupaverunt. Sed Perse dum materiam magis ad construendas domicilia in agris non invenirent et ignota lingua commercium prohiberet, per patentes agros et diversas solitudines vagabantur et pabulationibus vagabundi semetipsos propria lingua Numidas appellaverunt, id est sine oppido vagos et errantes. Medi autem cum Libies se miscuerunt, qui proxima Hispanie incolebant, quorum nomen paulatim Libies corrupere, barbara lingua Mauros pro Medos appellantes. Hi Mauri pro colore a Grecis vocantur. Greci enim nigrum mauron vocant. Estifero quippe calore afflati speciem atri coloris ducunt. Massilia civitas Africe est non longe ab Atlante et ortis Hesperidum, a qua civitate Massilii vocati sunt, quos nos corrupte Massulos vocamus. De quibus Virgilius: Hinc mihi Massile gentis monstrata sacerdos. Gaulali gentes sunt a meridie usque Occeanum Hesperium pervagantes. His nomen Gaulo insula dedit, que iuxta Ethiopiam ubi nec serpens nascitur nec vivit. Garamantes populi Africe prope Cirenas inhabitantes, a Garamante rege Appollinis filio vocati, qui ibi ex suo nomine Garama oppidum condidit. Sunt autem proximi gentibus Ethiopum. Et quique intelligi possunt Garamantes Ethiopum, qui fuerint rasis crinibus (?). Hesperii sunt qui circa Hispaniam commorantur. Nam Hispania Hesperia dicitur. Ethiopes dicti a filio Cham, qui vocatus est Chus, ex quo originem trahunt. Chus enim Hebraica lingua Ethiops interpretatur. Hi quondam ab Indo flumine consurgentes, iuxta Egiptum inter Nilum et Occeanum in meridie sub ipsa solis vicinitate insederunt. Quorum tres sunt species: Hesperii, Garamantes et Indi. Hesperii sunt occidentis, Garamantes Tripolis, Indi orientis. Trogodite gens Ethiopum ideo nuncupata quod tanta celeritate pollent, ut feras cursu pedum assequantur. Pamphagi sunt et in Ethiopia, quibus esca est quicquid mandi potest, et omnia fortuito gignentia. Unde et appellati. Icthiophagi, quod venando in mari valeant et piscibus tantum alantur. Hi post Indos montanas regiones tenent, quos subactos Alexander Magnus piscibus vesci prohibuit. Antropophagi gens asperrima sub regione Sirica sita, qui quia humanis carnibus

vescuntur. ideo anthropophagi vocantur.
Itaque partim ex patribus, ita ex causis gentibus
praestita, partim a regibus, partim a locis, partim a
moribus vel ex quibuslibet aliis cau-
sis diversitata vocabula sunt. ita
ut plerumque origo nominis corruptione ve-
tustatis in parte. Iam vero hi qui
antipodes dicuntur eo quod contrarii esse ve- Antipedes
stigiis nostris putantur, ut quasi sub terris
posita adversa pedibus nostris calcent
vestigia, nulla ratione credendum est, quia
nec soliditas patitur nec centrum ter-
rae, sed nec hoc ulla historiae cognitione firmatur,
sed hoc poetae quasi ratiocinando coniectant.
Titanas autem quidam in Graecia ferunt
fuisse robustos et praecellentes
viribus populos. quos fabulae
ab irata contra deos terra ad eius ultionem
creatos, unde et Titanas dictos sunt a ti-
sis, id est ultione, quod quasi
ulciscendae matris terrae causa in deos
armati surrexerint. quos fabulae
a Iove bello fuisse superatos atque
extinctos fingunt, pro eo quod caelo
iactis fulminibus interierunt.

De regnis militiaeque vocabulis

Regnum a regibus dictum. nam sicut reges
a regendo vocati, ita regnum a
regibus. Regnum universae natio-
nes suis quaeque temporibus habuerunt, ut
Assyrii, Medi, Persae, Aegyptii, Graeci,
quorum vices sors temporum ita volu-
tavit ut alterum ab altero solveretur.
Inter omnia autem regna terrarum duo
regna ceteris gloriosa traduntur,
Assyriorum primum, deinde Romanorum,
ut temporibus ita et locis inter se
ordinata atque distincta. Nam
sicut illud prius et hoc posterius, ita illud

in oriente, hoc in occidente ortum est.
denique in illius fine huius initium con-
festim fuit. Regna cetera ceterique re-
ges velut appendices istorum
habent. Reges a regendo vocati.
Nam sicut sacerdos a sacrificando, ita
et rex a regendo. Non autem regit
qui non corrigit. Recte igitur faciendo
regis nomen tenetur, peccando ami-
ttitur. Unde et apud veteres tale erat pro-
verbium: Rex eris si recte facias, si non
facias non eris. Regiae virtutes prae-
cipue duae, iustitia et pietas. plus
autem in regibus laudatur pietas. Nam
iustitia per se severa est. Consules proconsules
appellati a consulendo, sicut reges a
regendo, et leges a legendo.
Nam cum Romani regum superbam domina-
cionem non ferrent, annua imperia
binosque consules sibi fecerunt. Nam
fastus regius non benivolentia consulentis
sed superbia dominantis erat. Hinc igitur
consules appellati a consulendo civibus
vel a regendo cuncta consilio. Quos
tamen ideo mutandos per annos singulos
elegerunt, ut nec insolens diu
maneret, et moderatior cito succe-
deret. Inde et duo pares, quia unus
rem civilem, alter rem militarem
administrabat. Regnaverunt autem annis
CCCCLXV. Proconsules suffecti erant
consulibus, et dicti proconsules eo quod
vice consulis fungerentur, sicut procurator
curatoris, id est actoris. Exconsules autem
dicti quod iam a consulatu cesserint
sive desierint peracto vicis sui
anno. Dictatores quinto anno
post reges consules Romani sibi
fecerunt. Dum gener Tarquinii ad

iniuria socii vindicanda igitur
adversus Roma collegisset exercitum
tercii quinquennii temporis imperio utebantur
plus enim causa honore quam consules
qui annuas potestates tenebant. Et
etiam dictatores qui principes tempo-
tores / vel magistri populi vocabantur
unde dicitur. Cesar nomen a
Iulio cepit qui bello civili quinto
primus Rome singulariter obtinuit
principatum. Cesar a ceso quod ex
mortue matris utero prolatus edu-
ctus fuerit. vel quia cum cesarie na-
tus sit. a quo et imperatores sequentes
dicti Cesares eo quod comati essent.
Qui enim exsecto utero nascebantur
Cesones et Cesares appellabantur. Iulius
autem dictus quia ab Iulo Ascanio filio E-
nee originem duxit. ut confirmat Virgi-
lius. Iulius a magno demissum
nomen Iulo. Imperatorum nomen
apud Romanos eorum tantum prius fuit apud
quos summa rei militaris consistebat
et ideo imperatores dicti ab imperando
exercitui. Sed dum diu duces titulis
imperatoriis fungerentur senatus censuit
ut Augusti Cesaris hoc tantum nomen
esset. eoque is distingueretur a ceteris
gentium regibus quod et sequentes
Cesares hactenus usurpaverunt. Mos
enim fuit ut primi regis nomen et
reliqui possiderent. sicut apud
Albanos ex Silvii nomine omnes reges
Albanorum Silvii appellati sunt. sic
apud Persas Arsacide. apud Egiptios P-
tolomei. apud Athenienses Cecropide.
Augustus autem apud Romanos nomen
imperii est. eo quod olim augerent
rempublicam amplificando. Quod nomen

primus senatus Octaviano Cesari
tribuit. ut quia auxerat terras ipso
nomine et titulo consecraretur. Hic autem
idem Octavianus cum Cesar et impera-
tor appellaretur vel Augustus. postqua-
m diu ludos confecit et plu-
[illegible] illi esset a populo ut voca-
retur et dominus statim manu vultu-
que avertit indecoras adulationes
repressit. et domini appellationem ut probrum
declinavit atque dein sequenti die acer-
rime gravissimo edicto corripuit. dominum-
que se posthac appellari ne a liberis
quidem suis permisit. Sunt autem filii
[illegible] qui vita et [illegible] illius
Cesaris. Reges autem obtenta causa
apud Grecos basilei vocantur quod tanquam
bases populum sustinent. Unde et bases
coronas habent. et tanto unusquisque
magis preponitur tanto amplius pondere
laborum fatigatur. ut gravatur. Tyranni
dicuntur grece. idem latine et reges.
Nam apud veteres inter regem et tyrannum
nulla distinctio erat. Ut pars mihi pacis
erit dextram tetigisse tyranni.
Fortes enim reges tyranni vocabantur. Nam
tyro fortis. De quibus dominus loquitur dicens
per me reges regnant et tyranni
per me tenent terram. Iam postea in usum
accidit tyrannos vocari pessimos
atque improbos reges luxuriose
dominationis cupiditatem et crudelissimam
dominationem in populis exercentes. Princ-
eps et dignitatis modo significatur ut
nominis et ordinis. sicut est illud Virgilianum
principes ducunt [illegible] lampa-
dibus. primus dux cum prince-
ps a capiendi significatione quod
primus capiat. sicut municipes

ab eo quod munia capiat. Dux
dictus eo quod sit ductor exercitus
sed non statim quicumque principes vel du-
ces sunt et reges dici possunt. In
bello autem melius duces nominari
quam reges. Nam hoc nomen exprimit
in prelio ducentem. Unde et Virgilius
ductor Dardanius Halesusque quo
cupidine motus ducatus sic quisque
bonum in expedit voluptatis. Mo-
narche sunt qui singularem posse-
dunt principatum qualis fuit
Alexander apud Grecos. Julius
apud Romanos. Hinc et monarchia dicitur.
Monos quippe singularitas grece
vero archia principatus est. Te-
trarche sunt quartam partem regni ha-
bentes. Nam tetra quattuor sunt. Qualis
fuit apud Iudeam Philippus. Patricii
inde vocati sunt pro eo quod sicut patres
filiis ita provideant rei publice.
Prefecti dicti quod pretoria potestate
presunt. Pretores idem qui et prefecti
quasi prepositores. Presides vero dicti
quod alicuius loci tutelam presida-
liter teneant. Tribuni vocati
quod militibus sive plebibus iura
tribuunt. Chiliarchi sunt qui mille
presunt quos nos millenarios
nocamus. Et est grecum nomen. Centu-
riones dicti eo quod centum pre-
sunt militibus. sicut quinquagenarii
quod in capite sunt l. militum. Deca-
ni ab eo quod x. militibus
presunt. Milites dicti quod ante
mille erant in numero uno. vel
unus est ex mille electus. Ro-
mulus autem primus ex populo
milites assumpsit et appella-
vit. Lib' vero primus militie ordine

dicebant. Milites alii ordinarii
dicuntur alii extraordinarii. Ordinarius
est qui per ordinem militat. et adhuc
aliquis quasi gregarius sed non honoris. Est
cum gregarius id est simplex militie.
Contra ordinarius non est qui ob virtutem
promovetur ex ordine. Emeriti dicuntur
veterani solutique militia qui iam in
usu prelii non sunt. et quasi meriti militie
dicuntur ab stipendiis sed quia meruerunt. Item
emeriti dicuntur qui iam usu prelii
non sunt. Sed post multos militie labores
quietem suffragio consecuti sunt. Equestres
milites dicti eo quod equis sedeant.
Item militat et equestri ordine.
Tirones dicuntur fortes pueri qui ad
militiam deliguntur atque armis
gerendis habiles existunt. Hi enim
non ex sola professione nativitatis sed
aspectu et valitudine corporis confir-
mantur. Unde et tirones dicti quamvis
quod nondum probati sunt milites in
bello. Romane autem militie mos
fuit puberes primo decimo anno vel
decimo. Ita sextodecimo anno tyro-
nes militabant qui et solo sub custo-
dibus agebant. De quibus Virgilius
et primo flore iuventus. Suos sane
numquam militasse constat in deposita
re publica nisi capto Hannibalis
tempore. cum post Cannense plus quam tanta
necessitate fuisset Romanis ut nec
liberandorum suorum quidem dicatur facul-
tas. Defensores vocati eo quod defensi
militaribus officiis evagantur. Hii
dalios unos militie nomen dicuntur
perhibentur. Et si in magni temporis vel
parum compinit tamen unus sine vesti-
tum. Et quibus defecit comitatu ad
hostes tuscamtes et ipsi defensores

vocantur. Conscripti milites dicuntur
qui in tabulis conscribuntur ab eo qui eos
ducturus est. Sunt circumscripti vocantur
qui de alia in aliam legionem transeunt
et circumscripti quia nova dantur ut tu
stibantur. Optiones dicti quod consuevit elec-
ti quasi optati eligi. Sic enim id est
optavit quod loco rigido i. elegit.
Contubernales dicuntur pro eo quod contuber-
nio simul agunt. Bic. cum commo
militum cuius et portabus conubat
pro regali custodia. Contubernia
dicuntur vigilie noctis sunt et vi-
giles. Velites erant apud veteres
genus militie a volitando vocati
lecti cum agilitate in milites cum ar-
mis suis. Post extra militum quod pro-
cedit et modo cum ad hostes ven-
tum erat equis dissiliebat. et
continuo pedites ipsi eodem pre
equitibus. Post quos adiuncti fuerunt
dimicantibus hoste prestabat. ab
his tamen multitudine elephanti quidem
hannibalis retracti sunt rege ita
a primis non possent stabili stalpro
menter armis ad arcto lacerabantur.
Castra sunt ubi milites steterint
dicta quasi casta quod casta vel quod
ibi castraretur libido. nam nunquam
his mulier erat. militia
a militibus dicta aut a militas quod
militaria quod negotium militum erat.
a molli rex quod molaria. Legio
sex milium armatorum est ab electo
vocata quod electi et armis eleccti.
Ipse lingua macedonum falangas
gallorum cateiam nostra legio dicitur. Le-
gio habet sexaginta centurias manipulos
triginta, cohortes decem, turmas
duodecim. Centuria est per centum
in centenos milites divisa unde et

qui his preerant centuriones dicuntur
Subcenturiati vero sunt in quod dicta
sunt quod contra centuria sunt qui sub prima
centuria in stati. et ipsi et contu-
bernis positi in bello sunt. ut si prima
defecerit isti ipsi quasi subsecundi ex
laborantibus prime subveniant
unde et ad insidiandum ponuntur
subcenturiati qui armis dolosis
instructi. Manipulus ducentorum
est militum. Manipuli autem dicti sunt
milites qui quod in bello primo signa
non manipulabat. sive quod antequam
signa essent. manipulos sibi i.
fasciculos stipule vel herbe alicuius
pro signis faciebant a quo signo
manipulares milites cognominati
sunt. De quibus lucanus. Convocat
armatos extemplo ad signa
manipulos. Turma triginta equi-
tes sunt. Romani cum equites
de una tribu tria fuerunt. De singulis
cum tribus decem dabantur turbat
turma. Cohors quingentos milites
tesseraria sunt militie signum. sicut
evocatio, conjuratio. Evocatio vero dicta
post electionem inde unusquisque
miles se convertere a militia in
post completa stipendia i. militie
tempora. Tum xv. et quinquaginta annis tunc
evocatio dicitur ad subitum bellum
completo milites. sed quod evocatur
unde et quasi (?) solebat dici quod rem
publicam salvam vult me sequatur.
Coniuratio quod fit in tumultu cum
vicinum urbis periculum singulos
iurare non patitur sed repente colligitur
multitudo et tumultuosa in una conflatur.
sicut tumultuatio dicitur. Classica dicuntur
[illegible] sic forme sunt. quatuor classis.
nobiles. amicis. alic[illegible] sermia.

agmen. Acies fere vocata ab ipsis
rebus de quibus translata sunt mu-
niantur. Acies dicta quod ferro
armata sit et acumine gladiorum.
Exercitus multitudo ex uno genere
ab exercitatione belli vocata. Clas-
ses dicte propter divisionem exercitus
qui postea manipuli dicti sunt.
Unde et Virgilius: Classibus hic locus.
Quia acies tunc probabat. Nam
postea et classica navium dicta.
Nodus proprie est densa peditum
multitudo sicut turma equitum. Nodus
autem dictus pro difficultate quod vix
possit resolvi. Cuneus est
collecta in unum multitudo militum.
Unde propter quod in unum coit et ipsa
coitio in unum cuneus vocatus
est quasi couneus eo quod in unum omnes
coguntur. Ale compositum propter equi-
tes sunt dicte. Ale autem equites
obliqui dicti quod tegunt pedites
alarum vice. Cornua vocantur
extremitates exercitus quod curva sit.
Agmen dicitur ad exercitus iter fa[ciens]
ab agendo vocatum id est eundo.
Plautus: quo te agis? Est
hic exercitus deambulans via.
Acies dicitur que dirigitur. Emittend[o]
est qualis solet esse cum exercitus
portis prodit. Exercitus fuit ad
abusionem dictum.

De civibus

De imperiis militieque voca-
bulis expeditis dictum est. De
incipit civium nomina summatim
subiungimus. Cives vocati
quod in unum coeuntes vivant ut
vita communis et ornatior fiat et
tutior. Domus unius familie
habitaculum est sicut urbs unius populi,
orbis domicilium totius
generis humani. Est autem domus genus
familie id est coniugium viri et uxoris
incipiens a duobus et est nomen Grecum.
Nam familia est liberi ex liberis legibus
suscepti a femore. Genus autem
a gignendo et progenerando dictum, aut
a diffinitione certorum prognatorum ut
nationes que propriis cognationibus terminate
gentes appellantur. Populus est humane
multitudinis iuris consensu et concordi
communione sociatus. Populus autem eo dis-
tat a plebibus quod populus universi
cives sunt connumeratis senioribus;
plebs autem reliquum vulgus sine
senioribus civium. Populus ergo to- populus
tota civitas est, vulgus vero plebs plebs
est. Plebs autem dicta a pluralitate;
maior est enim numerus minorum quam
seniorum. Populus vero Grece laos
dicitur, id est quasi laas
unde populus dictus est. Dicitur autem
populus laos dicta a lapidibus. Vul-
gus est passim inhabitans mul-
titudo que quisque quo vult. Tribus
dicuntur tanquam curie et congregationes
distincte populorum unde dicte tribus
et vocate tribus ab eo quod in principio
Romani trifarie fuerunt a Romulo
dispertiti, in senatoribus militibus
et plebibus; que tamen tribus nunc multa-
plicate nomen pristinum retinent.
Senatui nomen etas dedit quod se-
niores essent. Alii a sinendo dictos
accipiunt senatores. Ipsi enim agendi
facultatem dabant. Senatus consultum
a consulendo et tractando est dictum, quod
sic fit ut consulat et nocere non possit

Patres autem ut salustius dicit a cura
patrie vocati sunt. Sicut enim patres
filios suos ita illi rem publicam
alebant. Patres conscripti quod cum romu-
lus decem curias senatorum ele-
gisset nomina eorum presente populo in tabu-
las aureas contulit atque inde
patres conscripti vocati. Primi ordinis
senatorum dicuntur illustres. Secundi ex-
spectabiles. Tercii clarissimi. Iam infe-
rius aliquid non est. Senatoria a
senatoria quam ex origine dicit usque
ad latinos avos a quorum nomine
edit. Censum accipiebat honoris
senatorie dignitatis. Consules ap-
pellati qui consulerent. Cum non
censoribus dignitas iudicialis. Censor
enim iudicare est. Item censores sunt
patrimoniorum iudices a censu ap-
pellati. Iudices dicti quasi ius di-
centes populo. sive quod iure disceptant.
Iure autem disceptare est iuste
iudicare. Non est enim iudex si non
est in eo iusticia. Presides rectores sunt
provincie dicti quod presunt. Pretores
idem qui prefectores cum et principes
legum et consules qui questores eo quod
omnibus presunt. Consules cui
cura est ab eo est. Patricii sunt prin-
cipes civium vel civitatis qui patres
quasi ordo honore preeunt. Duces
capita rerum qui dominantur ex pre
paratos. Prefecti dicti eo quod preturam
predicunt. Eius autem ad primores fac-
tus est quod data illa prima urbe.
Tribuni dicti quod plebi vel iura
vel opem tribuunt. Constituti sunt autem
sexto anno post reges exactos. Dicti
cum a senatu et consulibus premerentur
tur ipsa sibi tribunos quasi proprios
iudices et defensores creavit qui
eorum libertatem tuerentur et eos ad-
versus iniuria nobilium defende-
rent. Unde et defensores eo quod
plebem sibi commissam contra insolen-
ciam defendunt improborum. Et quia
nunc quidam e contrario eversores
existunt. Numerarii vocati
sunt quod publicum nummum in erariis
inferunt. Functi ab eo quod fun-
guntur officio vel honore aliquo
dicti. Sunt et defunctores mortu-
os dicimus qui compleverunt vite
officia. Functi enim ea faciunt.
Municipes sunt eorum munia
pronati. Ab officio munerum
dicti eo quod publica munia accipi-
unt. Munia enim officia sunt
unde et immunes dicuntur qui nullum
gerunt officium. Principales origi-
nales cives et veteres officia
gerentes. Decuriones dicti quod de
ordine curie sunt. Officium enim
curie administrant. Unde et
decurio qui primarium intulerit
vel curia participat. Curiales autem
idem quod decuriones. Et dicti curiales
quia civilia munia procurant
et exequuntur. Principales magistratus
et duumviri curiales curialium officiorum
ordines sunt. Principales dicti quia
presunt magistratibus. Magi-
stratus vero quod maiores sunt re-
liquis officiis. Duumviri curiales

Tabellio vocatus eo quod sit por-
titor tabellarum. Idem scriptor
idem scriba publicus qui tantum
que gestis publicantur scribit

, ingratis ,

Collegiati

Burgarii a burgis dicti quia crebra per limites habitacula constituta burgos vulgo vocant. Unde et Burgundionum nomen genti inhesit. quos quondam subacta Germania romani per castra disposuerunt atque ita nomen ex locis sumpserunt. Collegiati dicti eo quod ex eorum collegio custodiis que deputentur qui faciunt aliquid quicquid fiunt. Est enim se[illegible] et genus hominum patre incerto progenitum. Privati sunt extranei ab officiis publicis tunc. Est enim nomen magistratuum contrarium. Et dicti privati quod sunt ab officiis tunc absoluti. Mercennarii sunt qui serviunt accepta mercede. Idem et barones greco nomine quod sunt fortes in laboribus. Barias enim dicitur gravis quod est fortis. cui contrarius est levis id est infirmus. Publicani appellantur conductores vectigalium fisci vel rerum publicarum. sive qui vectigalia publica exigunt. vel qui per negocia seculi lucra sectantur. Unde et a villa villicus nomen accepit. Villicus non tam gubernatorem ville sed dispensatorem universe domus Tullius interpretatur. Sunt qui universas possessiones et villarum dispensatores actores vocant ab agendo et tractando vocati. Procuratores eo quod vice curatoris funguntur qui procuratoris [illegible] [illegible]. Coloni sunt cultores advene

parvus· sed abusive· atq[ue] vocabulis
Modicus a modo s[ed] z aparitus
Mediocres q[uod] modicum est suffi[ci]at
Mortuus ipse eo q[uod] ocium scilicet
amisit· Mortuum a' actione ipse
mortuus q[ui] de saeculo migravit miseros
mortuos vocat· propter ea amise-
rit vita[m] Mirabilis q[ui] sit mirific
habet· Modestus ua[riu]s·est in eadem
est cum a natura no z ...vij z
mensus· Mendicus dicitur q[uod] nunq[uam]
et m[en]s mea tegat· sive quia
mos cat ap[u]d antiq[uos] · os claudere
genu z manu p[ro]tend[er]e · q[ui] ma[iu]s
dicit· Mendax q[ui] mentem alterius
fallat· Maligniu[s] q[uasi] a malicia
vocatur vel opus peragit· Malus
appellatus a nigro felle q[uo]d g[re]ci
melan dicunt· vn[de] z q[uod] melancolia
appellantur· homines q[ui] q[ue] custodiunt quas
refugiunt z amicos carorum suos
petiti sunt· Malitiosus deterior malo
q[uia] frequent[er] malus· Quamalo autem
peior d[icitu]r· a bono deterior· Melior
d[icitu]r q[uasi] mollior vel durus aut
severus· Unde mollis q[uasi] mollius·
Minax ab ante oculos q[uo]d suis
se abdicat· ut amp· motus
ptimescat· Minator z moni-
tor· sed monitor d[icitu]r eo p[ro]uocat
bo[n]u[m]· minator eo invitat adu-
ersa· Mustator eo q[uod] blande verbis
illaqueat ad declinandum aim tri-
latis amulsi ·i· q[uod] acceptu[m] laude
salut· fauces dolentis a[utem] opplentu[m]
verbis stacheum· Mutatores appe-
llantur qui caseum depignat a
mutuando s[ed]· lucanu[m]· hos pios

ardens incitat imitator magis
Nigellus q(uasi) nigerrimus prope mortua-
ci corporis de ditione qui intus mo-
llitat. Nigar a nigre. et nigra-
tus a nigra. corpus de mortualib-
us magis fiat. Nigromancia mani-
ancia vel mancia capitur Nigro-
mancia mortui filius. sicut vita-
bundus vincti filius. Nigrum ver-
dicatur moriturus est. vel moriturus
est. corporibus quod in ve- et nar-
ratur filius moriture. Nigromancie dicto
eo quod pro libidine incitat. Nutri-
cis nutricie tabule. Nam et milites
cum stipendia accipiunt morti
dicatur. Nigrorio a morte vocatur
eo quod in nigrat. intellectu apulie
dans a nullis. eo quod precedat se-
dem in speculi
N
Nobilis vel nobilis. cum gratia et nomine
Narcisus sit. Nubilo ad nu-
bendum abilis. Nummo ab honore
tectum est. i. vectigal quod est pullus
Nebulus a que nec nullus. Nichili
compositum est. et nil et hilo. Nilum
autem varro ait significare me-
dulla et ferule. Nigromancia est
o a cc ox vocant. et sic dici a-
nos nichilum. quod ab grecis in-
ditione Nequam a malo plurimum
distinguitur. alii principium alii
niger consuetudines. ut ait
Iohannes ... adolescens nequam
cum malus. i. fugax principium
alii contendunt quia utramque vocem
idem significat. Nequam eo quod nec
quicquam sit. i. eo quod nichil sit nec-
tat ea volunt. Nenia neque
i. nequam ita. quia de nec aliquam. Ne-
farius eo quod nec . . . fas sit. Non
dignus fari quo primo i.
quem honor vita festinabat
Nefandus i. nec nominandus quod
Nummius est et quod nuncupat et quod mi-
tiatur. i. anglice an aglia per
minius ipse et gracie masculo. i.
vir quod imitat gratie nominis. ut sit
invenit. et hec invicia Nazareus
i. sanctus dei Nazareus olim dicebat
qui statim imbibat. et mox contaminat et
corrupteat. abstinens se a vino.
ei quod sacra quod uterus ab integra
sanctitate putat. Nugaces aut
hebream nomen est. Item apostolus est
compositum. et dicit sophronia nugaces
qui aliquem vecipiunt. ut vossus po-
suimus lingua hebraica cum lingua
et unam Nugigerulus appellari
abeo quod sit tempus unum Neglig-
ens vel legens. Nepos dicitur a
genere quodam scorpionum. i. subar-
que nepti dicitur qui natos suos con-
sumunt. et excepto eo qui dorso eius
insidet. Ita nepos ipse qui sinis
fuit consumit parvus. Unde nepos qui
bona patrum plurimum consumit
impotens dum similiter quod impotencias
plurima post quam ecce quod propter viros suos comit.
Nugax qui nubigar quia in ... sine ...
fulto opus. Unde et nubilo di-
tatus dicas.
O
Orthodoxus vir recte glo-
rificator ab ore vocatur. ab o-
rando nominatus. i. dicendo. Nam
oracio dicitur. Oblandiens ab ame-
do gaudiat inpauca. Obesus quod
infidat ostiis patrum. Opportunus facile
aptus et ostium patens. Unde et hospi-
talis. Sed dicitur Osor inimicus ab odio
dans. sicut amator ab amore. et est
genus quod Osor qui odit. et ab ayos
odio. Item Odibilis odio habilis.
Obsitus ob sepius. i. undique insidiis

quallatus. Obscenus immunde libi-
dinis amator obscene dictum. Obtun-
sus obtectus et obclusus qui prope
pre tonsus. Obvious quod nullis re-
nabuntur. Obnoxius qui obligatus
est incipibus culpe. Oblectator
qui ad lacte animum firmat ut tar-
tarus nisi me me oblectasses ani-
mum vel et oblectare dare. Ob-
trectator maligne et obstinari-
gulando officiando quod non sinat
quempiam prendi et augere. Orbus
qui liberos vel qui oculis amisit
Orphus qui opus faciat aliquid O-
pilio custos ovium & P
Pividus qui potus inde peri-
Pirata est cum et mittere preda-
tur. Paratus dictus a parando pa-
ne cum servire. Placitum cum et pro-
bavit. Perfectus cum cui nichil ad-
dici potest. Quia vera prima-
tivos opacos addici qui fidi-
pis alit perfector est. Iste perfectus
dicit. Pulcher ab pre ante dicitur
quod pellis. Postea tuus ge nomen
ingenuus tua pulcher. Quod ante
dolor est. ut ob. Quando quod de
do plus ut capillis ut noctis ipse
decoram capitum ut oculis ut
lectos oculis afflavit honores
aut dando ut qualis manus
adduit ebori decus ut dilivia
unitas ut te ultra plus figura et
liniamentis honestas delectabant
aut impositate ut amus uti
pudicitie et toto usitate sup est.
Pellax appellando. Perspicax
splendidus quod penetrat. Perspicuus
perspicuus. Perspicuus ab eo quod sit per-
tinens ante Perpetuus vocatus qui per
est socium. Prepositus appellatus
eo quod sit subiectus ac famulantibus
ordinator vel rector. Patrum a pa-
tribus dicti sunt quod amori affectu
clientibus exhibeant ut qui patres
illos regant. Pedagogus et an
puerili assignatur. Grecum nomen est
et sit compositum ab eo quod pueros agat
i. doceat et lasciviente refrenet
etate. Proceres dicti quod sint principibus
i. coram angulis ordines quod ibi sunt
corpus. Pro quod primus sit ordine
et primus qui primus primus. Primus.
Potens ideo late patens vel
potestas quod pateat illi quod velit
et in primo intendat cui nullus ob-
stare valeat. Primus prioris
bonis copiosus. Patronus tullius
super vos dicit vel servit quod plurimi
quisset primus i. petere. Itaque eos
cum et antiqui appellabant. Patulus
a patibulo vocatus ad dilectio-
nem et primas ipse dicitur quod de pro-
sito suo ad victoriam perveniat.
Antiqui cum victa dicebant qua
vos victoriam ideo quod sint dicta
quarta vicia i. victorialis primus
a puerando, tractando i. dominati
bus perficiendo. Alii primum
velocem intelligunt prodidicit ea
primas prodicem est. ut primus
ignea plantis procedit alias pri-
mas est. ut alii qui fuga se
prima lapse. Piger qui pedem
leget est cum tarde ambulat
velox nomen pirpe tuus est eadem
Pervigilans vocte peruc-
tans. Pertinax impudens vel te-
nens quod pertinet. Patulus ne
quidem pandere et improbe pont-

olim a ciuibus flagitatoribus et iste
argutatorum pueri quod pecca varium
arbitrans rapinis congerebat. a per-
cutiendo petulantes uocati. praedo
iste dicitur quod praedam. Ita praeest
pre[illegible] vnde et [illegible] petitores
[illegible] diu. prodigus sumptuosus
dapsilis consumptor qui omnia porro
agit et perdit. profugus iste
dicitur qui procul a sedibus suis vagatur.
quasi porro fugatus. proscriptus longe
a patria positus. sic alienigena.
proiectus quasi porro eiectus ac proiec-
tatus. vnde et proiecta quod proiecta i.
porro iactata. proscriptus cuius bona
palam et aperte scribuntur. proscriptus
[illegible] sic et proscriptiones apud
iure consultos [illegible] [illegible]
[illegible] vnde et inprocinctu
i. ad belli [illegible] arma sumebant
procinctus quod [illegible] ponat [illegible]
[illegible] vnde [illegible] duo [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] praedo est qui [illegible]
alienam inuadit [illegible] praedo
ab [illegible] praedas [illegible] et praedo.
qui [illegible] pirata [illegible]
[illegible] plagiator ab
ω ε ω τ [illegible] i. obliquo
[illegible] [illegible] pelliac-
[illegible] praeuaricator [illegible]
maritimi [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] pugillator qui
manu [illegible]
subtrahit. peculiator [illegible]
sit [illegible] publice. defraudator
proditor [illegible]
[illegible] proditor. ut [illegible] ab
[illegible] perfidus quia

fraudulentus est [illegible] qui prodit
fidem [illegible] a dubio [illegible]
[illegible] praeuaricator
[illegible] male fidei aduocatus. ut
[illegible] vocata [illegible] defendendo
[illegible] aut dubie [illegible] dubie
[illegible] ponat in [illegible] licet
[illegible] corruptus [illegible] quid [illegible]
[illegible] i. ualde [illegible] pellax
dolosus et fallax a pellicere i. [illegible]
[illegible] ut fallat [illegible]
[illegible] profanus [illegible]
porro a fano [illegible] cum illi [illegible]
[illegible] parricida [illegible]
interfector parentis. [illegible] quidam
[illegible] parricida dixerunt
qui fratrem occidit. cum parricidium
[illegible] intelligi possit
[illegible] peccator
[illegible] [illegible] vnde
[illegible] [illegible] intelligi
publicanus est qui uectigalia publica
exigit. uel qui per publica negocia
seculi lucra sectatur. vnde [illegible]
est peccator a pellice i. meretrice
vocatus qui pellicator quod nomen apud
antiquos [illegible]
bat. postea [illegible] hoc vocabulum
de appellatione omnium [illegible]
[illegible] [illegible]
ut [illegible] iste dicitur apud
grecos [illegible] a [illegible]
[illegible] sub dolositate uel
[illegible] periurus qui [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] pusillanimis [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] pusillanimis pusillo
[illegible] [illegible]
petendo vnde et [illegible]

ut particulas nocuas. Pisinnus paruu-
tus. Pellicanus avis solitudi-
ni deditus. De .Q.

Questor a querendo dictus qui questor
questionum criminosorum. Querulus
qui querelam infert. Quietus qui sit
ut sibi securus ad mentem tangens

De .R.

Religiosus ait Cicero a
religando appellatus qui retractat
et tamquam relegunt ea que ad cultum
diuinum pertineant. Hii sunt ergo religiosi
a relegendo. tamquam elegentes ab eli-
gendo. et diligentes a diligendo. intelligentes
ab intelligendo intelligentes. Racio-
cinator dictus vir magnus qui de diuersis
rebus que sunt mutabiles constat po-
sse reddere racionem. Retractator repeti-
tor. Retractat enim repetit quod ob-
liuiscatur. Resipiscens eo quod iterum
qui post insaniam recipiat. aut quia
resipit quod sapere desierat. Castigat
eum sic ... resumat animum
suum ad ... uincendum tamen ne
... conuertat. Repentina repetita
repente a ... et noua post se.
Robustus fortis validus a fortitudine
roboris arboris appellatus. Rapax
ex ... Raptor eo quod corrup-
tor sit et rapta. eo quod corrupta
est. Reus a re dictus quod obnoxius sit de-
lictis a ... in ... Rus
mancipatus ... adhuc ...
publicatus ... ad ...
... Rusticus quia rus manet et
... patrum quam ...
... Pos... et ...
dicti sunt quod adhuc ... propriis
... ut quod legis in ...
... ut ...
... Rusticus a ...
... de ... dicuntur

patiens et ... ...
... Rusticus dictus quod ... ope-
ratur. De .S.
Sapiens dictus a sapore quia sicut gustus aptus
est ad discretionem saporis ciborum. sic
sapiens ad discretionem rerum atque cau-
sarum. quod unumquodque dinoscat atque
sensu veritatis discernat. Cui contrarius
est insipiens quod sit sine sapore. nec
alicuius discretionis uel sensus. Studiosus
... ... appellatus eo quod
... qui purificari volebat sanguine
hostie tingebatur. et sic sancti u... accepe-
runt. Sincerus qui sine corrup-
tione est ... est ...
... corruptus. Supinus ...
ab eo quod ... Supre-
me ... Sublimis
ab altitudine uocatus honoris. Sublimis
sublime dicitur quod in alto est. ut sub-
limes ... ad ... celi. Sideriis?
a ... ut ab aspectu. sic ...
... Solers quod sit ...
... Solers ... aput
antiquos dicebatur quod ... omni bo-
nitate instructus. ... ...
... ... Superstitio-
sos ait Cicero appellatos qui totos
dies precabantur et immolabant ut
sibi sui liberi superstites essent. So-
... qui solers ... atque ...
... Subdolus fallax ...
... sine dolo ... a-
... Scelestus dicitur quod ad ...
... qui ...
... ut qui ... que sunt ...
... Stolidus ...
... qui ... ...
... ... manens
Stultus ... sic quidam
ait. Ego me stultum ...

fatuum uel opior. i. obtusus quod
sensibus non tam ultus. Stultus est
qui per stuporem non movetur iniuria
Sevitiam cum patitur non ulciscitur.
nec ulla ignominia movetur ad dolorem.
Segnis. i. sine igne. ingenio
carens. Secors a segne fit. ut sedu-
lus sine dolo. Socors quasi sine
corde. i. sensus per quod intellectus
careat. Stupidus sensus stupens
Superbus dictus quia super vult videri
quam est. qui enim vult supergredi
quod est superbus est. Susurro de sono
loquendi appellatus eo quod non in facie
alicuius sed in aure loquitur de aliquo
detrahendo. Seditiosus qui dissensio-
nem animorum facit et discordias gi-
gnit quod greci diastasin vocant.
Saevus qui parcere nescit. Saevit
cum sine pietate instat. Simula-
tor dicitur a simulando. gestat enim simili-
tudinem eius quod non est ipse. Suasor
a suadendo quod vult decipere. Scru-
pulosus ad inveniendi ... Scur-
ror est cum ... dulor. Sacri-
legus dicitur ab eo quod sacra legit
i. qui furatur. Sicarius vocatur quia
ad perimendum scelus telis arma-
tus est. Sica enim gladius est
a secando vocatus. Satirus ini-
stro atque pravus et non ... cum
bis. est enim pessimus et ... animi
Sannio qui dicitur agit. Scur-
ra est enim scena et ... est
quod agricole quas satura vocabantur quod
defraudabantur pelles quod ... corrupta
sit. Spurius quod sit impurus. Sce-
lestus sceleribus plenus. ut lapi-
dosus lapidibus. Harenosus plenus est

a scelere quod scelestus. Sator se-
minator. vel sutor a serendo. Scurra
qui sectari appetia solet ubi gratia
appetendo fuerit. i. parvus appel-
latus. Inde et Scurra a appetendo.
Satelles quod adhereat alteri sive a
latere custodia. Suffectus in loco al-
terius suppositus qui subfectus. Vel
consularis suffectus dicitur eo quod in locum
substituatur. Sanctus quod sanctis pactis et
terris est. sive a sanctionibus sunt pe-
dissequi. Vel secta fortuna dicitur quod
sui voti est. i. ipse votis fuit secta
i. ipse. Sequester quia a sequendo sunt
dicte. Stipulator i. promissor. Sti-
pulari enim promittere est. Quod ubique im-
pius. Sanus a sanguine quod sine
pallore est. Sospes subtilis ab con-
servatione dictus. Salutis a salute
nomen accepisse putatur. Sequester
dicitur quod contendentibus medius intervenit
quia apud quos contendentes dicitur apud quem
pignora deponi solent. Dicto voca-
bulum ab obsequendo factum est. quod eius qui
electus sit utraque pars fidem sequatur.
Subsessor qui vocatur stare sed sedere.
Sanctus a prodibus ... pacem
concepto. Sed ... inter casibus
accidit. ... quod solo vi-
tio retinet. Siccus quod sit quasi sitia-
tus. Si paucis sanguinis quod sit sine
succo. Sopulus dictus est eo quod sit
sine palpitatione. vel sine pulsu
i. sine motu. Sagax vel ... vel ...
ab cognoscendo dictus. Sutor a suendo
pellibus vocatus. Subulcus pastor
porcorum. sic bubulcus a cura boum.
Tutor qui pupillum & T
tuetur. et quasi ... vulgari
dicitur ... tutorem

et pedagogum obvium olim. Testes
dicti quod testamento adhiberi solent.
sic signatores quod testamentum signant.
Tetricus tristes et severus ut Sabin-
is ascribunt. Unde tristes horridos tetri-
cos dicimus. Taciturnus a tacendo
dictus. Temerator contaminator
quod inducit labem et sordibus vitiat tur-
batione. a temeritate quod est gravium
ponderum plenus. Tepidus. Tenax im-
... tenacior quod teneat et retineat
et optimas. Truculentus torvus. truculen-
tus eo quod sit torvo vultu et trucu-
lento aspectu. Ut torva leena lupum et
lupus ipse capellam / florentem cytisum
sequitur lasciva capella. Turbinus
spectans. unde quod lumine torvo. Tur-
bidus turbulentus. tenebris ab obscura
tenebrosa quod vita tenebrosa ...
... Tetricus ... ...
dixerunt. ut crinis tetros quod ele-
phantes. Terribilis quod terrore habet
et timetur. Tergiversator quod animum quo-
tidie mutat huc atque illuc. ut
facile quo aliter sit intente. Temulentus
a temeto id est vino dictus. Timidus
quod timeat diu id est sine sanguine.
ita timor sanguinem gelat qui
coactus gignit timorem. Turpis
quod sit informis et torpeat. De V

Vir a virtute. Utilis ab utendo
bene per se vel quod bene quis uti po-
ssit. sicut docilis quod doceri possit.
Verus a veritate. Unde et verax
maiore veritas qua verus quia
veritatem amat. sed verus a veritate de-
scendit. Vivax quod vim det et vi-
talis appetitor est. Vitiosus quod vim
factam tribuat. Viridis vi et
pro plenus qui viridis. Vanus

pulcher a vernis id est sanguine su-
perbus vincens. Vacuus qui non
virtutem sed inanis ... sine
vigore eo quod ... ad quaslibet actu
ad qualibet frangi facile ...
vim et rusticia dicitur contorta sive
plantus in proiore quod vota signa-
tis Vilis a villa illius vim
urbanitatis est. Versipellis eo quod
convertat sensum et mutet in talem
rem pertica et callidus. Violentus quia
vim infert. Vecors mali cordis
et male conscius. Vagus quod sine via
vagans. Vanus a vento Etymologia traxit
ut vanus inanis falsus eo quod
memoria evanescat. Vesanus non
sanus. Vinolentus quod satis
bibit et dicitur inebriatus. Vectatus
id est portatus ab eo quod est vectus. vecto
vectus. ut vecto vectas et porto portas.
Vespillones eo quod vespertino mortu-
os portant ad sepulturam aut mediante
Vector qui vehitur est ac vector
et qui vehit et qui vehitur. Venator
qui venabulator. quasi venatio
qua bestias petit. Vestitor a stu-
diis venatorum vestigatores. indi-
gatores alatores. Explicit

De homine et partibus eius
De etatibus hominis
De portentis
De transformatis

Natura dicta ab eo quod nasci aliquid
faciat. Gignendi enim et fa-
ciendi potens est. Hanc
quidam deum esse dixerunt a quo
omnia creata sunt et existunt. Genus a
gignendo dictum. cui derivatum
nomen a terra ex qua omnia gignuntur.
Ge enim terra dicitur. Vita dicta propter

vigorem. ut quamvis teneat nascendi ac crescendi. Unde et arbores vitam habere dicuntur. quia gignuntur et crescunt. Homo dictus quia ex humo est factus. sicut in genesi dicitur. Et creavit deus hominem de limo terre. Abusive autem pronunciatur ex utraque substancia totius hominis. i. ex societate anime et corporis. Nam proprie homo ab humo. Greci autem hominem antropon appellaverunt. eo quod sursum spectat sublevatus ab humo. ad contemplationem artificis sui. Quod ovidius poeta designat cum dicit. Pronaque cum spectent animalia cetera terram. os homini sublime dedit. celumque videre iussit. et erectos ad sydera tollere vultus. Qui ideo erectus celum aspiciat. ut deum querat. non ut terram intendens velut pecora que natura prona et ventri obediencia finxit. Duplex est autem homo. interior et exterior. Interior homo anima. Exterior homo corpus. Anima autem a gentilibus nomen accepit. eo quod ventus sit. Unde et greci ventum animos dicunt. quod ore trahentes aerem vivere videamur. Sed apertissime falsum est. quia multo prius gignitur anima quam concipi aer ore possit. quia iam in genitricis utero vivit. Non est igitur aer anima. quod putaverunt quidam qui non potuerunt incorpoream cogitare naturam. Spiritum idem esse quod animam ewangelista pronunciat dicens. potestatem habeo ponendi animam meam et iterum potestatem habeo sumendi eam. De hac quoque ipsa domini anima passionis tempore idemque ewangelista pronunciat dicens potestatem habeo ponendi animam meam et iterum potestatem habeo sumendi eam.

De hac quoque ipsa domini anima passionis tempore idemque ewangelista ita posuit dicens. Et inclinato capite emisit spiritum. Quid est emittere spiritum nisi animam ponere. Sed anima dicta propter quod vivit. Spiritus autem vel pro spirituali natura vel pro eo quod inspiret in corpore. Item animum idem esse quod animam. Sed anima vite est. animus consilii. Unde dicunt philosophi etiam sine animo vitam manere. et sine mente animam durare. Unde et amentes. Nam mens vocata ut sciat. animus ut velit. Mens autem vocata quod emineat in anima. vel quod meminerit. Unde et immemores amentes. Quapropter non anima sed quod excellit in anima mens vocatur. tamquam caput eius vel oculus. Unde et ipse homo secundum mentem ymago dei dicitur. Ista autem omnia adiuncta sunt anime ut una res sit. Pro efficientiis enim causarum diversa nomina sortita est anima. Nam et memoria mens est. Unde et immemores amentes. Dum ergo vivificat corpus anima est. dum vult animus est. dum scit mens est. dum recolit memoria est. dum rectum iudicat ratio est. dum spirat spiritus est. dum aliquid sentit sensus est. Nam inde animus sensus dicitur pro his que sentit. Unde et sententia nomen accepit. Corpus dictum est eo quod corruptum perit. Solubile enim atque mortale est. et aliquando solvendum. Caro autem a creando est appellata. Crementum enim semen est masculi. Unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc et parentes creatores vocantur. Caro autem ex quatuor elementis composita est. Nam terra in carne. aer in anhelitu. humor in sanguine. ignis in calore

vitali. Sicut cum duobus elementa sua quaeque parte, cum quis dicitur defunctus, compage resoluta. Caro autem et corpus diversa sunt. Sed tamen omnis caro corpus est, non semper de corpore caro. Nam caro quod vivit idem et corpus. Corpus quod non vivit idem non caro. Nam corpus dicitur aut quod post vitam est mortuum, aut quod sine vita conditum est, sed interdum et sine vita corpus et non caro, ut herba et lignum. Quinque sensus corporis quinque sunt: visus, auditus, odoratus, gustus et tactus. Ex quibus duo aperiuntur et clauduntur, duo semper patentes sunt. Sensus dicti quia per eos anima subtilissime totum corpus agitat vigore sentiendi. Unde et praesentia vocantur, quia sunt prae sensibus, sicut praeoculis quae praesto sunt oculis. Visus est quem physici humorem vitreum appellant. Visum autem sibi quidam asserunt aut externi aeris lumine aut interno visus spiritu lucido per tenues vias a cerebro venientes atque penetratis tunicis in aerem exeuntes [illegible] materiae mixtis [illegible]. Visus dictus quia vivacior sit ceteris sensibus ac praestantior sive velocior, amplius quam vigeat, quemadmodum memoria inter ceteras mentis officia. Vicinior est enim cerebro unde omnia manant, ex quo fit ut ea quae ad alios pertinent sensus videre dicamus, velut cum dicimus: vide quomodo sonat, vide quomodo sapit, et cetera. Auditus appellatus quod voces hauriat, hoc est aere verberato percipiat sonos. Odoratus quod aeris odore afflatus. Tactus cum ac sentitur et. Olfactus quod odoribus afficiatur. Gustus a gutture dictus. Tactus

eo quod pertractet et tangat et per omnia membra vigorem sensus aggregat. Nam tactu probamus quod ceteris sensibus iudicare non possumus. Duo autem genera tactus sunt: aut enim extrinsecus venit quod feriat, aut intra ipsum corpus oritur. Varietas autem sensuum naturae distincta est, nam quod videndum est oculis capitur, quod audiendum est auribus, mollia et dura tactu extimantur, sapor gustu, odor naribus ducitur. Prima pars corporis caput, datumque illi hoc nomen eo quod sensus omnes et nervi inde initium capiant, atque ex eo omnis vigendi causa oriatur. Ibi enim omnes sensus apparent. Unde et ipsius animae, quae consulit corpori, quodammodo personam gerit. Vertex est capitis qua capilli capitis colliguntur et in qua caesaries vertitur, unde et nuncupatur. Calvaria ab ossibus calvis dicta per defectionem et in neutro genere pronuntiatur. Occipitium capitis pars posterior, quasi contra capitium, vel quod sit capitis retro. Capilli vocati quasi capitis pili, facti ut et decorem praestent et cerebrum adversus frigus muniant atque a sole defendant. Pilos autem dictos a pelle quod prodeunt, sicut et pilum dicitur a pila ubi pigmenta contunduntur. Caesaries a caedendo vocata, id quod tantum viro est. Viro cum tempore decet nutrire. Coma est proprie capilli non caesi, et est graecum nomen. Nam Graeci comas a tondendo vocant. Unde et cirri tondendi dicuntur, unde et cirri vocantur. Quae vero comae Graeci mallonem vocant. Crines proprie mulierum sunt. Dicti autem crines eo quod

vitiis dissimulantur. Unde et dissimulatio
dicitur a quibusdam divinis vulgatur. Tempora
sunt quasi calvarie dextra leva que sub-
iacent, quod id est nuncupantur, quia
moventur ipsa per mobilitatem tempora
conposita intervallis mutantur. Facies
dicta ab effigie. Ibi enim est tota figura
hominis et uniuscuiusque persone cognitio.
Vultus vero dictus eo quod per eum animi
voluntas ostenditur. Secundum voluntatem
enim in varios motus mutatur. Unde
et differunt sibi utraque. Nam facies sim-
pliciter accipitur de uniuscuiusque naturali aspectu;
vultus autem animorum qualitatem significat. Frons
ab oculorum foraminibus nominata est.
Hec ymago est animi et mentis motum
sensus propria exprimit, dum vel leta vel
tristis est. Oculi vocati, sive quod
eos ciliorum tegmina occultant,
ne qua incidenti forinsecus offen-
sione ledantur, sive quod occultum
lumen habeant, id est secretum vel intus
positum. Hii inter omnes sensus vicinio-
res anime existunt. In oculis enim om-
ne mentis indicium est. Unde et animi
perturbatio vel hylaritas in oculis
apparet. Oculi et lumina dicuntur, et lumina
dicuntur quod ex eis lumen ma-
nat, vel quod ab initio in se clausam
teneant lucem aut extrinsecus accep-
tam iterum spargendo refundant.
Pupilla est medium punctum oculi,
in quo vis est videndi, ubi quia
parve ymagines nobis videntur, ideo
pupille vocantur. Nam parvuli pu-
pilli appellantur. Hanc plerique pa-
pula vocant. Dicta autem pupilla
quod sit pura atque inpolluta, ut
sunt puelle. Physici dicunt easdem

pupillas quibus videmus oculi medi-
tudo autem tenuis [illegible] quia vo-
ni[illegible] ita est [illegible] circulus vero qui
a pupilla albet partes oculi separans
dicitur [illegible]. Corona dicitur quia ro-
tunditate sui circuit ambitum
vel pupille. Bulbos quidam appe-
llant ipsos [illegible] oculorum de
similitudine bulborum. Palpebre sunt sinus
oculorum a palpitatione dicte, quia semper
moventur. Concurrunt enim invicem
ut assiduo motu reficiant obtu-
tum. Munite sunt autem vallo capil-
lorum [illegible], si quid inci-
derit repellatur [illegible]
[illegible] convoluti [illegible]
lateant. Summitate autem palpe-
brarum locis quibus se utraque clausa
coniungunt, concitant ad motum, ut ad-
notati [illegible] capilli [illegible]
larum oculis infunduntur ne irruentes
facile [illegible] concipiat [illegible]
vocantur, ut pulvis vel [illegible]
crassioris [illegible]
ad ipsum [illegible] unifi-
cant quo tamen atque [illegible] fa-
ciant visum. Lacunas quidam
alacritate [illegible]
[illegible] lacusina
vocant. Cilia sunt tegmina quibus
operiuntur oculi, et dicta cilia quod ce-
lent oculos tegantque tuta cu-
stodia. Supercilia dicta quod superpo-
sita sunt ciliis, que ideo pilis
munita sunt ut oculis munimen-
ta pretendant et sudorem a capite de-
fluentem depellant. Intercilium vero
est medium inter cilia et supercilia
quod sine pilis est. Glabella est inferioris

oculorum partes. unde barbe initio-
aut[em] Genas grece genos barbe dic[it]
et gene quod inde incipiat gigni
barbe. Male sunt eminentes sub-
oculis partes ad protectionem supposite
Vocate autem male. sive quod in superiori
oculos promineant rotunditate
que greca mela vocatur. sive quod sint
super maxillas. Maxille per dimi-
nutionem a malis. sicut paxillus
a palo. taxillus a talo. Mandi-
bule sunt maxillarum partes. coquo
et nomen sum[unt]. Barba inde vo-
catur quod virorum sit non mulierum
Auribus inditum nomen. a vocibus
hauriendis. unde et Virgilius voce
his auribus hausit. aut quia
vocem ipsam greci audem dicunt
vocatur ab auditu. per immutationem cum
mutacionem littere aures quasi audes
nuncupate sunt. Vox enim repercussa per
anfractus carum sonum facit quo
sonum ut sensum percipiat audiendi.
Pinnula summa pars auris ab acu-
mine auris. ab acumine dicta.
pinnum enim antiqui acumine dice-
bant unde et bipennis et pinna
Nares ideo nominantur quod per eas
vel odor vel spiritus meare non
desinit. sive quia nos odore amo-
neant. ut odoremus. ut noverimus
quid ac sciamus. Unde e contrario insciens ac
rudes ignari dicuntur. olfecisse eum
sapere veteres dicebant. Terrencius
ac in toto septem mensibus pius olfeci-
sse quam ille quod tu cepisti. Narium vero
pars propter equalis sit vel longitudine
et rotunditate porrecta. Columpna
vocatur columpnitas eius. Pirula a
formula pomi piri. Cetere vero

dextra levaque sunt. pinnule ab
alarum similitudine. Medium autem interfinium
Os dictum quod per ipsum quasi per ostium et
cibos intromittimus. et sputum foras
proicimus. vel quia ibi ingrediuntur
cibi inde egrediuntur sermones. Labia
a lambendo vocata. sed quod superius
labium dicitur quod inferius eo quod gro-
ssius sit labrum. alii virorum la-
bra mulierum labia. Lingue
a ligando cibum putat Varro no-
men impositum. alii quod per articula-
tos sonos verba ligat. Sic enim
plectrum cordis. ita lingua illiditur
dentibus et vocalem efficit sonum
Dentes greci odontes vocant. et in
latinum inde nomen videntur traxisse. horum
primi precisores dicuntur quia omne quod accipitur
ipsi precisores incidunt. Sequentes canini
vocantur quorum duo in dextra maxilla
duo in sinistra sunt. Et dicti canini
quia ad similitudinem caninorum existunt
et canis ex ipsis ossa frangit. sic
et homo. et quod non possunt precisores illis tra-
dunt ut confringant. hos vulgus
plerumque pro rotunditate columellos
vocant. Ultimi sunt molares qui
quasi a prioribus accepta confracta sub-
igunt et molunt. atque ideo mastic-
antur et molares vocati sunt. Dentium
autem numerus discernit sexum
nam in viris plures. in feminis pau-
ciores existunt. Gingive a gig-
nendis dentibus vocate. Facte
sunt autem ad decorem oris et dentium munimentum. ne
nudi horrori potius quam ornamen-
to consisterent. Palatum nostrum est
sicut celum positum. et inde palatum
a polo per derivationem. et greci
similiter palatum uranon appellant
eo quod pro sui concavitate celi similitudinem.

spirat. Fauces a fundendis vocibus
vocate, vel quod per eas fundamus vo-
ces. Arteria vocata est, sive
quod per eas a pulmone aer
spiritus fertur, seu quod arctis et an-
gustis meatibus spiritum vitalem
retineat, unde vocis sonus emi-
ttitur; quod sonum varium sonandi in
lingue motu distinctas voces
efficit. Toles gallica lingua
dicuntur, quas vulgo per diminutionem
tonsillas vocant, que in faucibus
turgescere solent. Gurgulio dictum quod
in mandibule circuitu, id quasi
ibi migratur. Gurgulio a gutture
nomen trahit, cuius meatus ad os
et nares pertendit, habens viam qua
vox ad linguam transmittitur, ut
possit verba collidere. Unde et garrire
verbum dicitur. Rumen proximum gurgu-
lioni, quo cibus et potio devoratur.
Hinc bestie que cibos revocant
et remandunt ruminare dicuntur.
Sublinguium operculum gurguli-
onis, quasi parva lingua, que foramen
lingue claudit aperitque. Col-
lum dictum quod sit rotundum et teres
ut columpna, baiulans caput
et sustentans quasi capitolium. Cuius
anterior pars gula vocatur, posterior
cervix. Cervix autem vocata quod
per eam partem cerebrum ad medullam
spine dirigatur, quasi cerebri via. Ve-
teres autem pluraliter in uno cervices
dicebant. Primus Hortensius cervicem
singulariter dixit. Cervix autem in uno
singulari numero ipsum significat; nam
pluraliter contumaciam sepe demon-
strat. Hyades? et umeri ex utroque
lateris? triangulares? Hu-
meri dicti quod armi sint ad distin-

ctionem quadrupedum mutorum, ut
in hominibus illi armos sint dicta.
Iste proprie armi quadrupedum sunt,
alia proprie humeri. Pars posterior. Bra-
chia a fortitudine vocata. Barus
enim grece grave et forte significat,
quibus apparent tori lacertorum et
insignes musculorum robore consistunt.
Tori sunt, id est musculi, dicti quod illi
quasi illic viscera torta videantur. Cubi-
tum dictum quod ad cibos sumendos
deinde accubamus. Ulna secundum quosdam utri-
usque manus extensio est, secundum alios
cubitus, quod magis verum est, quia grece
olene cubitus dicitur. Ale scilicet brachia
sunt appellata, eo quod ex eis dum motu
alarum modo brachiorum moveantur.
Quedam quidam ascellas vocant, quod
ex eis brachia cillentur, id est moveantur.
Unde et ascella dicta ab eo quod cillentur,
quod est moveantur; unde et oscillatio.
Est motus. Has quidam subhircos
vocant, quia in plerisque hominibus
hircorum fetorem reddunt. Manus
dicta quasi munus totius corporis; ipsa enim
cibum ori administrat, ipsa
omnia operatur atque dispensat. Per eam
accipimus et damus. Abusive autem manus
vocatur ars vel artifex, unde et manu-
pretium dicimus. Dextra vocatur a dando;
ipsa enim pignus pacis datur, ipsa
fidei testis adhibetur, ut habe-
tur et illud apud Tullium: fidem pub-
licam iussu senatus dedi. Unde et Paulus
apostolus dicit: Iacobus et Iohannes
dextras dederunt mihi. Leva,
quod aptior sit ad levandum. Sini-
stra autem vocatur quasi sine dextra,
sive quod rem sinit fieri. Digitus

cum sinistra est nuncupata. Palma
est manus expansis digitis
sicut contractis pugnus. Pugnus
autem a pugillo dictus sicut palma ab
expansis palme ramis. Digiti
Digiti nuncupati vel quia decem sunt vel quia
decenter iuncti existunt. Habent
enim et numerum perfectum et ordinem decenti-
ssimum. Primus pollex vocatur eo quod in-
ter ceteros polleat virtute et potestate. Secundus
index et salutaris seu demonstrato-
rius quia eo fere salutamus vel ostendimus.
Tertius impudicus quod plerumque per eum probri in-
sectatio exprimitur. Quartus anularis
eo quod in ipso anulus geritur. Idem
et medicinalis quod eo trita collyria
a medicis colliguntur. Quintus auricula-
ris pro eo quod aurem eo scalpimus.
Ungulas ex greco vocamus. Illi un-
gues omnes dicunt. Truncus media
pars corporis a collo ad inguinem. [illegible]
[illegible] Caput collo nectitur
truncus sustinetur corporis et gambus
cruribus. Thorax a grecis dicitur
anterior pars trunci a collo usque ad
stomachum quam nos dicimus archam
eo quod ibi archanum sit, id est secretum
quo ceteri arceantur. Hinc et archana. Rara
dicta quia res secrete. Cum eminentes
pulpe mamille inter quas pars illa
concava pectus dicitur. Costae a cena co-
ste. Pectus vocatum quod sit pexum
inter eminentes mamillas. Pecten
hinc et pectinem dicimus quod pexos capi-
llos faciat. Mamille vocate
quia rotunde sunt quasi male per diminu-
tionem sed. Papille capita mami-
llarum sunt quas sugentes apprehendunt.
Et dicte papille quia eas infantes

quasi palpant. Dicte hec sugentes
pinde mamilla est eius eminentia
uberis. papilla vero breve id est unde
lac exprimitur. Ubera dicta vel quia lacte
ubera vel quia humida humore
sed lactis in morem liquoris plena.
Lac vim nominis a colore traxit
quod sit albus liquor. Leucos enim greca
album dicitur. Cuius natura ex sanguine
commutatur. Nam post partum si quis sanguinis
nondum fuit uteri nutrimento consump-
tum naturali meatu fluit in mamas
et earum virtute albescens lactis
accipit qualitatem. Cutis est quod cor-
pore prima est appellata quod ipsa corpori
supposita incisione prima patitur.
Cutis enim grece incisio dicitur. Eadem
et pellis quod corporis iniurias
corporis tegendo pellat, pluvi-
as et ventos solis quoque ardores.
Perficit pellis que mox extracta
subacta iam corium dicitur. Corium
autem per diminutionem eius appellatur
quod eo tegatur. Sed hoc nominum talibus
[illegible] Pori corporis greco nomine
appellantur qui latine rectius spira-
menta dicuntur eo quod per eos vivifica-
tur spiritus. Arvina
est pinguedo cuti adherens.
Pulpa est caro sine pinguedine
dicta quod palpitet. Resilit enim
sepe. Hanc plerique et viscum
vocant propter quod glutinosa sit.
Membra sunt partes corporis. Artus
quibus colligantur membra ab arta-
do dicti. Nervi greca appellati
derivatione quos illi neura vocant.
Alii latine vocatos nervos pu-
tant eo quod artuum conexiones

nervi intus hiis inherent. Ex maxima quam virium substantiam nervos facit. crassius est. Ita quoque sunt ex-siores tanto spaciis angustie finitate. Artus dicti quod colligati invicem nervis artentur, id est stringantur, quorum diminutiva sunt articula. Artus dicimus membra maiora, ut brachia. Articulos minora membra, ut digitos. Compago capita sunt ossium dicta eo quod compacta sunt nervis et quodam glutino adhereant. Ossa sunt corporis solidamenta. Ipsis enim positio omnis robur quod subsistit. Ossa autem ab usto dicta, quod cremabantur ab antiquis. Sive ut alii putant ab ore, eo quod ibi pateant. Nam ubique cute visceribus quod obtecta celantur. Medulle appellate quod madefaciant ossa. Irrigant enim et confortant. Vertebula sunt summe ossium partes nodis crassioribus conglobate. Dicte autem eo quod ad inflexionem membrorum vertantur. Cartilagines ossa mollia et sine medulla, quorum generis auricule et narium discrimen et costarum extremitates sunt operculata ossa sine quod movent. Et dicte cartilagines quod leni attritu cedant, dolorem non sentiant. Costas appellari quidam putant quod ab ipsis interiora custodiantur et tota mollities ventris per eas vallata sint. Latus quod iacentibus nobis lateat. Est enim leva pars corporis. Dextera autem lateris habilior motus est, levo fortior et oneri ferendo accommodatior. Unde et leva nuncupata quod aptior sit ad levandum et portandum. Ipsa enim gestat clipeum, ensem, pharetram et reliqua onera, ut dextera sit expedita ad agendum. Dorsum est a cervice usque ad renes dictum quod sit superficies durior corporis in modum saxi fortis et ad portandum et ad perferendum. Terga quia ea supini iacemus in terra quod solis hominibus est. Nam muta animalia aut in ventre aut in latere iacent. Unde et animalibus terga abusive dicimus. Scapule a scandendo dicte, sive scapulam spatulam quod inter scapulas est. Unde nominatur. Pale sunt dorsi dextra leva quod eminentia membra. Dicta quod dilatando eas premimus, quas palas dicunt. Spina est iunctura dorsi, eo quod habeat radiolos acutos. Cuius iuncture spondilia appellantur propter coherentiam, que sunt per eos longo tractu cetera corporis partes. Sacra spina una est extrema spine quam greci ieron oston vocant, quam primum infante concepto nasci. Eo quod consecratur, ideo primum a gentilibus diis suis dabatur. Unde et sacra spina dicitur. Renes autem vocari dictos quod rivi ab his obsceni humores nascantur. Nam vene et medulle tenuem liquorem desudant in renibus, qui liquor rursus a renibus calore venereo resolutus decurrit. Lumbi ob libidinis lasciviam dicti, quia in viris causa corporee voluptatis in eis est, sicut in umbilico feminis. Unde et radios de spondilis humoris dicunt et augere

sicut vir lumbos tuos. ut in hiis
esset resistendi preparacio in quibus libidi-
nis est usitata dominandi occasio.
Vmbilicus est medius locus corporis
dictus quod sit umbo iliorum. Vnde et
umbo appellatur locus in medio
clipei a quo pendet. Ipse enim
infans in utero pendet. ipso et
nutritur. Ilium greco sinuo appel-
latum quod ibi nos obvolvamur.
Vnde cum iliosi obvoluti dicuntur. Clu-
nes vocate quod sint iuxta colum
quod est longao. Nates quod in ipsis in-
nitimur dum sedemus. Vnde et congloba-
ta est caro ne premente corporis
mole ossa doleant. Genitalia
corporis partes ut nomen ipsum docet
generande sobolis acceperunt voca-
bulum quod hiis procreatur et gignitur. Hec et
pudenda pro verecundia pudoris sive a pu-
be. Vnde et indumento operiuntur. Dicun-
tur et inhonesta quia non habent eam
speciem decoris sicut membra que in
promptu locata sunt. Veretrum
quia viri est tantum sive quod ex eo virus
emittitur. Virus enim proprie dicitur
humor fluens a natura viri.
Testiculi per diminucionem a testibus
dicti quorum numerus incipit a duobus.
Hii semen calamo ministrant quod a
spine medulla et renibus et lumbis
suscipiunt ad causam procreandi. Vis-
cus est pellis in qua testiculi
sunt. Posteriora vocata quod retro
sunt et aversa. ne dum alvum pur-
gamus inquinaremus aspectum. Mea-
tus appellatus quod per eum meant
id est egerantur stercora. Femora dicta
sunt quod ea parte a femina sexus viri

discrepat. Sunt autem ab inguinibus
usque ad genua. Femina autem per deriva-
tionem femorum partes sunt quibus in equi-
tando tergis equorum adheremus. Vnde et prelia-
tores olim sub feminibus equos
amisisse dicebantur. Coxe quasi
iuncte axes. in ipsis enim femora mo-
ventur. quarum cavea vertebra vocatur
quod in eis capita femorum vertuntur.
Suffragines quod subtus franguntur
id est flectuntur non supra sicut in
brachiis. Genua sunt commissio-
nes femorum et crurum et dicta ge-
nua eo quod in utero genis opposita
sint. Coherent enim ibi sibi et cogna-
ta sunt oculis lacrimarum indicibus
et misericordie. Nam a genis genua dicta.
Denique complicatum gigni formari-
que hominem ita ut genua sint
sursum quibus oculi formantur. ut cavi
ac reconditi fiant. Vnde Ennius
atque genua comprimit arta gena.
Inde est quod homines dum ad genua
se prosternunt statim lacrimantur. Voluit
enim eos natura uterum maternum re-
memorari. ubi quasi in tenebris
consedebant antequam venirent ad
lucem. Crura dicta quod in hiis cu-
rrimus et gressum facimus. Sunt
autem a suffraginibus usque ad suras.
Tibie vocate quasi tube. Sunt enim et
longitudine et specie similes. Talus
dictus a tholo. nam tholus eminens ro-
tunditas est. unde et fastigium
templi rotundi tholus vocatur.
Talus autem sub crure est. sub talo
calcaneum. Pedes ex greca ethimologia
nomen sortiti sunt. Hos greci po-
das dicunt quod alternis motibus
solo fixi incedunt. Plante

a planitie nuncupata quia in rotunditate
ut in quadrupedibus non stat in posset
bipes stare. Est autem plana atque longio-
ris forte sunt ut stabile corpus effi-
ciant. Sunt autem plantae anteriores
partes quae ex multis ossibus constant.
Talus proprius partis plantae a tollo illi
nomen impositum. Quo circa calcaneus
dicitur et calcaneus. Solum inferior
pars pedis dicitur quia eo terrae vestigia
imprimimus. Est autem solum dictum quod ad
sustinet quasi solidum. Unde et terra solum
quia cuncta sustinet. Et solum pedis
quod totam molem corporis portat. Viscera
non tantum intestina dicimus. Sed quicquid sub
corio est a visco quod est inter cutem et
carnem. Item viscera vitalia i. cir-
cumfusa cordis loca quasi vitalia eo quod
ibi vita i. anima continetur. Item viscera
capita nervorum ex sanguine et ner-
vis copulata. Sunt autem lacerti sive
musculi quia sunt in singulis membris
cordis loco sunt ut cor in media
totius corporis parte. Appellantur autem a voca-
bulo animalium sub terra delitescen-
tium. Sed in musculi quasi murium. Appella-
tur idem etiam et thori quod illic vis-
cera torta videntur. Cor a graeca
appellatione derivatum quod illi cardia
vocant sive a cura. In eo enim omnis
sollicitudo et scientiae causa manet. Et ideo
pulmoni vicinum est ut cum ira ac-
cenditur pulmonis temperetur humore. Huius
sunt duae arteriae quarum sinistra
plus sanguinis habet. Dextra plus spiritus.
Unde et dextro brachio pulsum inspi-
cimus. Praecordia sunt loca cordis
vicina quibus sensus percipitur.
Et dicta praecordia eo quod ibi sit
principium cordis et cogitationis. Pulsus
vocatus quod palpitet cuius indicio

aut infirmitatem intelligimus aut salutem.
Huius duplex est motus aut simplex aut
compositus. Simplex est qui ex uno saltu
constat. Compositus est qui ex pluribus mo-
tibus inordinatus et inaequalis consistit.
Qui motus certa habet spacia dactilicum
passim. Quidam sunt initio sunt ci-
tius vel citaciores sunt ut dorcadi-
zontes. Alii leniores ut mirmizo-
ntes morem sortiti sunt. Venae dictae sunt
eo quod viae sint natantis sanguinis
atque rivi per corpus omne divisi quibus
universa membra irrigantur. Sanguis
ex graeca ethymologia nomen duxit quod vege-
tetur et sustentetur et vivat. Sanguis
autem est dum in corpore est. Effusus vero cruor
dicitur. Cruor autem vocatus eo quod effu-
sus decurrit vel ab eo quod currendo
corruat. Alii cruorem interpretantur
sanguinem corruptum qui emittitur. Alii
aiunt vocatum sanguinem quod suavis
sit. Sanguis autem non est integer nisi
in iuvenibus. Nam dicunt physici mi-
nui sanguinem per aetatem. Unde et senibus
tremor est. Proprie autem sanguis animae
possessio est. Inde genas lacerare in
luctu mulieres solent. Unde et purpureas
vestes et flores purpureos mortuis
praebent. Pulmo ex graeco traxit vo-
cabulum. Graeci enim pulmonem pleu-
mon vocant eo quod cordis flabel-
lum sit in quo pneuma i. spiritus in-
est per quod agitatur et movetur. Unde et pul-
mones vocati sunt. Nam graece pneu-
mon spiritus dicitur qui flando et agitando
aerem emittit et recipit. A quo
movetur pulmones et palpitant
aperiendo se ut flatum capiant
stringendo ut emittant. Est enim organum
corporis. Iecur nomen habet eo quod ignis

ibi heret sedetque quod vaporans sursum volat
in epar ad oculos ceterosque sensus et membra
diffunditur. et calore suo ad se sucum
ex cibis tractum in sanguinem vertit, quem sanguinem
quem ad usum pascendi nutriendique sing-
ulis membris prebet. In iecore consistit
voluptas et concupiscentia iuxta eos qui
de phisicis disputant. Fibre sunt iecoris
extremitates sicut foliorum sive partes
nomine et habent intibis sunt quasi lingue
eminentes. Dicte autem fibre quod apud
gentiles in sacris ad Phebi aras fere-
bantur ab ariolis quibus oblatis pullatis
atque sacratis responsa acciperent. Sple-
n dictum a supplemento ex contraria parte
iecoris ne vacua existeret. quem quidam
et risus causa factum existimant. Nam
splene ridemus. felle irascimur. cor-
de sapimus. iecore amamus. quibus
quattuor elementis constantibus integrum
est animal. Fel appellatum quod sit folli-
culum gestans humorem qui vocatur
bilis. Stomachus grece vocatur eo
quod ostium ventris sit et ipse cibum
excipiat atque in intestina transmit-
tat. Intestina dicuntur eo quod corporis
interiore parte cohibeantur. que ideo lon-
gis nexibus in circulorum ordinata sunt
ut susceptas escas paulatim
digerant et superadditis cibis non
impediantur. Omentum membranum
quod continet intestinorum maiorem
partem quod epiploon greci vocant. Dissep-
tum intestinum quod discernit ventrem
et cetera intestina a pulmonibus et
corde. Cecum intestinum quod sit sine
foramine et exitu. quod greci tiflonentiron
dicunt. Ieiunum tenue intestinum
unde et ieiunium dicitur. Venter autem et
alvus et uterus inter se differunt.

Venter est qui acceptos cibos digerit
et apparet extrinsecus. pertinet quoque a
pectore ad inguina. Et dictus venter
quod per totum corpus vite alimenta transmit-
tat. Alvus est qui cibum recipit et
purgari solet. Salustius simulans
sibi alvum purgari. Et vocatus alvus
quod abluatur id est purgetur. Ex ipsa enim sordes
stercorum defluunt. Uterum sole mulie-
res habent in quo concipiunt ad similitudinem cau-
liculi. Sed auctores utrorumque pro illis
sexu et ventrem plerumque ponunt tam
poete quam alii scriptores. Vocatus autem
uterus quod duplex sit et ab utraque in
duas se dividat partes que in diversum
diffuse ac reflexe circumplicantur in mo-
dum cornu arietis. vel quod intus
impleatur fetu. Hinc et uterum quidam
intelligunt ut umbilicum et
vesicam. Cauliculus autem [illegible] porri
est. hunc ad ventrem [illegible]
Matrix dicta quod fetus in ea generetur.
Semen enim receptum confovet. confo-
tum corporat. corporatum in membra
distinguit. Vulva vocata quasi valva
id est ianua ventris. vel quod semen re-
cipiat. vel quod ex ea fetus procedat.
Vesica dicta quod sit vas aque. ita
de renibus urina completur collecta
et humore distenditur. cuius usus in
volucribus non est. Urina autem dicta
sive quod urat. seu quod ex renibus
egeratur. Cuius indicio et salus
et egritudo futura monstratur. Quem hu-
morem lotium dicunt quod eo lota id est munda
vestimenta efficiantur. Semen est quod
iactum sumitur aut a terra aut ab
utero ad gignendum vel fructum
vel fetum. Est enim liquor ex cibi et
corporis decoctione factus ac diffusus
per venas atque medullas qui inde
desudatus in modum putoris concrescit

in renibus. circa quod per coitum mulieris susceptum calore quodammodo mixtum et menstruali sanguinis irrigatione formatur in corpore. Menstrua supervacuus mulierum sanguis. Dicta autem menstrua a circuitu lunaris luminis quo solet hoc venire profluvium. Luna enim grece mene dicitur. Hec et muliebria nuncupantur. Nam mulier solum animal menstruale est. cuius cruoris contactu fruges non germinant. musta acescunt. moriuntur herbe. amittunt arbores fetus. ferrum rubigo corrumpit. nigrescunt era. si canes inde ederint in rabiem efferuntur. Bitumen asphalti quod nec ferro nec aquis dissolvitur. cruore ipso pollutum sponte dispergitur. Post plurimos autem dies menstruos iam semen non est conceptibile quia iam non est menstrualis sanguis a quo perfusus irrigetur. Tenue semen locis mulierum non adheret. labitur enim nec habet vim adherendi. et crassum vim non habet gignendi quia muliebri sanguini misceri non potest propter nimiam sui spissitudinem. Hinc steriles mares vel femine fiunt vel propter nimiam seminis vel sanguinis crassitudinem vel propter nimiam raritatem. Primum autem cor hominis fingi quod in eo sit et vita omnis et sapientia. Deinde in quadragesimo die totum opus compleri quod ex abortionibus ut fertur collectum est. Alii fetus a capite sumere dicunt exordium. unde et in avium fetibus primum oculos fingi videmus. Fetus autem nominatus est eo quod adhuc in utero foveatur. cuius spissitudine

de folliculo qui simul cum infante nascitur. continet enim eum. dicta quia cum editur sequitur. Nasci autem a patribus filios aiunt si paternum semen validius sit. a matribus si maternum. Hac ratione plerique conformes vultus exprimuntur. Qui enim utriusque parentis figuram reddunt equali mixto paterno maternoque semine concipiuntur. Avorum proavorumque similes fieri quia sicut in terra multa semina occulta sunt. et in nobis semina celantur que figuras parentum reddunt. Ex paterno autem semine puellas nasci et ex materno pueros quia omnis partus constat duplici semine. cuius pars maior cum invaluerit occupat similitudinem sexus. In corpore autem nostro quedam tantum utilitatis causa facta sunt ut viscera. quedam et utilitatis et decoris. ut sensus in facie et in corpore manus et pedes. quorum membrorum et utilitas magna est et species decentissima. Quedam tantum decoris ut mamille in viris et in utroque sexu umbilicus. Quedam discretionis ut in viris genitalia. barba prolixa. pectus amplum. in mulieribus leves gene et angustum pectus. ad concipiendos autem et portandos fetus renes et latera dilatata. Quod ad hominem et ad partes attinet corporis dictum est. nunc etates eius subiungam.

De etatibus hominis

Gradus etatis sex sunt. infancia. pueritia. adolescencia. iuventus. gravitas atque senectus. Prima etas infancia est pueri nascentis ad lucem. que porrigitur in septem annos. Secunda etas pueritia. id est pura et necdum ad generandum apta. usque ad quartumdecimum annum.

iij^a adolescentia ad gignendum adulta
que porrigitur usque ad xxviij annos
iiij^a iuventus firmissima etatum omnium
finiens in l anno. v^a etas senio-
ris i. gravitas que est declinatio a
iuventute in senectutem nondum senectus
sed iam non dum iuventus quia senioris
etas est quam greci presbiteram vocant. Nam
senem apud grecos non presbiterum sed gerontam
dicunt. que etas a l anno incipiens sep-
tuagesimo terminatur. vi^a etas est senec-
tus que nullo annorum tempore finitur. sed post
quinque illas etates quantumcumque vite est
senectuti deputatur. Senium autem pars
est ultima senectutis dicta quod sit terminus
sexte etatis. In hiis ergo sex spaciis
phisici vitam distinxerunt humanam in qua
mutatur et currit et ad mortis terminum
pervenit. Prosequamur ergo breviter per
dictos gradus etatum ethymologi-
as eorum designationem demonstrantes. Infans
dicitur homo prime etatis dictus autem infans
quia adhuc fari nescit i. loqui non
potest. Nondum enim bene ordinatis dentibus
minus est sermonis expressio. Puer
a puritate vocatus est. quia purus est
et nondum lanuginem florem genarum
habens. Hii sunt ephebi i. a phe-
bo dicti. nondum viri. sed tamen iam viri
adolescentuli lenes. Puer autem
tribus modis dicitur. pro nativitate ut
ysaias. puer natus est nobis. pro etate
ut octoannis. decennis unde est illud
Iam puerile iugum tenera cervice ge-
rebat. pro obsequio et fidei puritate.
ut dominus ad prophetam. puer meus es tu vo-
tumque dominus iam Ysmael. Puer licet
excessisset annos. Puella est parvula
quasi pulla. unde et pupillos non pro condi-
tione sed pro etate pupillos vocamus.
pupilli autem dicti quasi sine oculis qui sunt

a parentibus orbati. Hii autem vere pupilli
dicuntur quorum parentes ante decesserunt quam
ab eis nomen acciperent. Ceteri orbi
vocantur. Orphani idem quod pupi-
lli. Illud enim nomen grecum est. hoc
latinum nam et in psalmo ubi legitur
pupillo tu eris adiutor grecus habet
orphano. Pubes a pube i. a
pudentia corporis nuncupati quia
hec loca tunc primum lanuginem ducunt.
Quidam autem ex annis pubertatem existi-
mant. i. eum puberem esse qui xiiij.
annos complevit. quamvis tardissime
pubescat. Certissime autem puberem esse
qui et ex habitu corporis puber-
tatem ostendit et generare iam possit.
Puerpere sunt que annis puerilibus
pariunt. Unde et Oratius. laudatur
primo iam prole puerpera nato. Et
dicte puerpere vel quod primo partu
gravantur. vel quod primos pueros pariunt.
Adolescens dictus eo quod sit ad gi-
gnendum adultus. sive a crescere
vel augere. Iuvenis vocatus quod
iuvare incipiat. ut in bobus
iuvenci. cum a vitulis discesserint.
Est enim iuvenis in ipso etatis incre-
mento positus et ad auxilium paratus.
Nam iuvare hominis est opus aliquod con-
ferentis. Sicut autem tricesimus perfecte
etatis est annus in hominibus. ita in
pecudibus et iumentis tertius robusti-
ssimus. Vir nuncupatus quia ma-
ior in eo vis est quam in feminis. unde
et virtus nomen accepit. sive quod agat
vi feminam. Mulier vero a molli-
tie tamquam mollier detracta littera
vel mutata. appellata est mulier.
Utrique enim fortitudine et imbecillitate corporum
separantur. Sed ideo virtus maxima viri
mulieris minor. ut patiens viro esset.
scilicet ne feminis repugnantibus libido

cogit uiros ad appetitum aut in alium
sexus uel per uirtutem. Sicut autem mulier sexus
femine et non corruptionis
integritatis. et hoc secundum linguam sacre scrip-
ture. nam statim facta de late-
re uiri sui nondum contacta a uiro mulier
appellata est, dicente scriptura. et formauit
eam in mulierem. Uirgo a uiridiore etate
dicta est. sicut et uirga et uitula. Alias
ab incorruptione quasi uirago. que igno-
ret femineam passionem. Uirago uo-
cata quia uirum agit. hoc est uirilia
opera facit et masculini uigoris est.
Antiqui enim fortes feminas ita uoca-
bant. Uirgo autem non recte uirago dicitur
si non uiri officio fungitur. Mulier
uero si uirilia opera facit recte uirago
dicitur. ut amazona. Que nunc femina
antiquitus uira uocabatur. sicut
a seruo serua. sic a famulo famula
ita a uiro uira. hinc et uirginis
nomen quidam putant. Femina uero a
partibus femorum dicta. ubi sexus
species a uiro distinguitur. Alii greca
ethimologia feminam ab ignea ui dictam
putant. quia uehementer concupiscit. li-
bidinosiores enim uiris feminas esse
tam in mulieribus quam in animalibus. Un-
de nimius amor apud antiquos femi-
neus uocabatur. Senior est adhuc
uiridior. In proposito libri Ouidii. Se-
nior iam iuuenem quam puerum quam se-
nectutis. Alii quo iuuenes quo iuuenes sunt.
Adolescentior uero minus magis
adolescens sed minus. ut senior
minus senex. Ubi comparatio contra
minus est a positiuo. Ergo senior
non satis senex. sic iunior intra
iuuentutem. sic pauperior intra pau-
periem. Senes autem dictos quidam

putant a sensus diminutione eo quod
iam per uetustatem desipiant. nam
phisici dicunt stultos esse homines
frigidioris sanguinis. prudentes calidi.
unde et senes in quibus iam friget. et pueri
in quibus needum calet minus sapiunt.
Inde est quod conueniunt sibi infantium etas
et senum. Senes enim per nimiam eta-
tem delirant. pueri per lasciuiam et
infantiam ignorant quid agant. Senior
autem masculini generis est. sicut anus
feminini. Nam anus dicitur sola mulier.
Anus autem appellata a multis annis
quasi annosa. Nam si commune nomen
esset diceret tam senem quam mulierem.
Hinc uetula quia uetusta. sicut
a senectute senex. ita ab anno ani-
litas uocata est. Canicies autem
uocata a candore quasi candicies. unde
est illud florida iuuentus lactea canicies
pro dicere candida. Senectus autem
multa secum bona affert et mala.
Bona quia nos a potentissimis dominis
liberat. uoluptatibus imponit modum.
libidinis frangit impetus. auget
sapientiam. dat maturiora consilia. Mala
autem quia senium miserrimum est debilitate
et odio. Subeunt enim morbi tri-
stisque senectus. Nam duo sunt quibus
minuuntur corporis uires. senectus et
morbus. Mors dicta quod sit amara
uel a marte qui est effector mortium.
Tria sunt autem genera mortis. acerba. im-
matura. naturalis. Acerba infan-
tium. immatura iuuenum. naturalis
senum. Mortuus autem quo parte orationis
declinetur incertum est. Nam sicut ait Ce-
sar ab eo quod est morior. In participio
preteriti temporis in tus exire debuit. per
unam enim u. non per duo scribimus. ubi

gerundia est verbi. nomen est vel par-
ticipium ut falsus, ardens. Con-
veniunt itaque sicut ceteris participiis quod
fit non potest agendo ita quod ipsum nomen
non possit loquendo declinari. Cum
autem moritur aut funus est aut cadaver.
Funus est si sepeliatur. Et dictum funus
a funibus accensis quos ante feretrum
papiro cera circumdatos ferebant. Ca-
daver autem est si insepultum iacet. Nam
cadaver nominatum a cadendo, quia
iam stare non potest. Quod dum portatur exe-
quias dicimus, crematum reliquias,
conditum iam sepultum. Corpus autem consuetudi-
ne dicitur, ut illud: Tum corpora luce carentum.
Defunctus vocatus quia conplevit vite
officium. Nam dicimus functos officio
qui officia debita conpleverint. Unde et
honoribus functus. Hinc ergo defunctus
quod ab officio vite sit depositus. Sive
quod sit dierum functus. Sepultus autem
dictus eo quod iam sine pulsu et pa-
lpitatione est, id est sine motu. Exe-
quie autem cuiuslibet corporis. Nam humati
obruuntur dicimus, id est humi iniacere.

Portenta etc. **De portentis**

Portenta esse Varro ait que contra naturam
voluntate fiunt. cum voluntas crea-
toris cuiusque condite rei natura sit. Unde
et ipsi gentiles deum modo naturam modo
deum appellant. Portentum ergo fit
non contra naturam sed contra quam est nota natura.
Portenta autem et ostenta, monstra
atque prodigia ideo nuncupantur quod porten-
dere atque ostendere, monstrare ac pre-
dicare aliqua futura videntur. Nam porten-
ta dicta perhibentur a portendendo, id est
preostendendo. Ostenta autem quod ostendere
quod futurum videantur. Prodigia quod
porro dicant, id est futura predicant.

Monstra vero a monitu dicta, quod aliquid
significando demonstrent, sive quod
statim monstrent quid appareat, et hoc
proprietatis est abusione tamen scripto-
rum plerumque corrumpitur. Quedam
autem portentorum creationes in significatio-
nibus futuris constitute videntur. Vo-
lunt enim deum interdum ventura significare
per aliqua nascentium noxia, sicut et per
somnos et per oracula, quibus premoneat
et significet quibusdam vel gentibus
vel hominibus futuram cladem; quod plurimis
etiam experimentis probatum est. Xerxi
quippe vulpes ex equa nata
solvi regnum portendit. Alexandro
monstrum ex muliere creatum cuius superiores
corporis partes hominis sed mortue habe-
bantur, inferiores diversarum bestiarum
sed viventes, significavit repentinam
regis interfectionem; supervixerat enim
deterioribus. Sed hec monstra
que in significationibus dantur non diu
vivunt, sed continuo ut nata fuerint
occidunt. Inter portentum autem
et portentuosum differt. Nam portenta
sunt que transfigurantur, sicut fertur in Umbria
mulierem peperisse serpentem. Unde Lucanus:
Matremque suus conterruit infans.
Portentuosa vero levem sumunt
mutationem, ut cum quis sex
digitis nati. Portenta ergo vel por-
tentuosa existunt alia magni-
tudine totius corporis ultra communem hominum
modum, qualis fuit Tition in
novem iugeribus iacens, Homero
teste. Alia parvitate totius corporis
ut nani, vel quos Greci pigme-
os vocant, eo quod sint statura cu-
bitales. Alia magnitudine partium
veluti capite informi, aut

superfluis membrorum partibus ut bi-
cipites et trimani vel cinodontes
quibus gemini procedunt dentes. Alia
defectu partium in quibus alterum plu-
rimum deficiat alia ut manus
a manu vel pes a pede. Alia
discissione ut sine manu alia
et capite generata quos greci stergios
vocant. Alia prenumeria cum solum
caput aut crus nascitur. Alia
que in parte transfigurantur sicut qui
leonis habent vultum vel canis
vel taurinum caput aut corpus
ut ex pasiphe memorant genitum
minotaurum quod greci etheromor-
phiam vocant. Alia que in parte transfi-
gurantur sicut qui leonis habent vul-
tum vel canis. Alia que in totum
portentum transfigurantur de aliene creature
portentum ut ex muliere vitulum
creat historia generatum. Alia que
sine transfiguratione mutationem
habent locorum ut oculos in pectore
vel in fronte aures super tem-
pora vel sicut aristotiles tradidit que-
dam in sinistra parte iecur in
dextera splenem habuisse. Alia per con-
generationem ut in alia manu
digiti plures generati et concreti
reperiuntur et in alia minus sunt
competentes. Alia per intempestivam
et anticipatam creationem sicut hii
qui cum dentibus nascuntur sive bar-
bati vel cani. Alia complexione plu-
rimarum differentiarum sicut id quod por-
cinum in alexandro multiforme
portentum. Alia per commixtionem generis
ut androgini et hermafrodi-
te vocantur. Hermafrodite autem
nuncupantur eo quod eis uterque
sexus appareat. Hermes quippe apud
grecos masculus est; afrodite femina
nuncupatur. Hii dexteram mamillam
virilem sinistram muliebrem habentes
vicissim coeundo et gignunt et
pariunt. Sicut autem in singulis gentibus
quedam monstra sunt hominum ita in universo
genere humano quedam monstra sunt gen-
tium ut gigantes cinocephali
ciclopes et cetera. Gigantes dicti
iuxta greci sermonis ethimologiam qui eos
gegenes existimant id est terrigenas
eo quod eos fabulose parens terra
immensa mole et similes sibi genue-
rit. Ge enim terra appellatur; genos
genus licet et terre filios vulgus
vocat quorum genus incertum est. Falso
autem opinantur quidam imperiti de scripturis
sanctis prevaricatores angelos cum
filiabus hominum ante diluvium concubu-
isse et ex eorum natos gigantes id est
nimium grandes et fortes viros
de quibus terra completa est. Cinocephali
appellantur eo quod canina capita habeant
quosque ipse latratus magis bestias
quam homines confitetur. Hii in india na-
scuntur. Ciclopes quoque eadem india
gignit et dictos ciclopes eo quod
unum oculum in fronte media habere
perhibentur. Hii et agriofagite dicuntur
propter solas ferarum carnes comedunt.
Blemmias in libia credunt truncos
sine capita nasci et os et oculos
habentes in pectore. Alios sine cer-
vicibus gigni oculos habentes in
humeris. In ultimo autem oriente mon-
struose gentium facies scribuntur. Alie
sine naribus equali totius oris
planicie informes habentes vultus

Alii labro subteriore adeo prominen-
ti ut in solis ardoribus totam ex e-
o faciem contegant dormientes. Alii
concreta ore esse modico tantum foramine
calamis avenarum haurientes
potum. Nonnulli sine linguis esse
dicuntur invicem sermonis nutu
sive motu. Panotios apud Scithiam
esse ferunt tam diffusa magnitudine
aurium ut omne corpus ex eis contegant.
pan enim Greco sermone omne, ota aures
dicuntur. Artabatite in Ethiopia pro-
ni ut pecora ambulare dicuntur
quadragesimum annum nullus super-
greditur. Satiri homunciones sunt
aduncis naribus cornua in frontibus
et caprarum pedibus similes qualem
in solitudine Antonius sanctus vidit qui et
interrogatus servo dei respondisse fertur
dicens mortalis ego sum unus ex
accolis heremi quos vario delusa errore
gentilitas faunos satiri-
os vocant. Sciopodum gens fertur
in Ethiopia singulis cruribus et ce-
leritate mirabili quos inde sciopodas
Greci vocant eo quod per estum in terra
resupini iacentes pedum suorum
magnitudine adumbrentur. Antipodes
in Libia plantas versas habent post
crura et octonos digitos in plantis.
Hippopodes in Scithia sunt humanam
formam et equinos pedes habentes. In
India ferunt esse gentem que macrobii
nuncupantur xii pedum statura ha-
bentes. Est et gens ibi statura cubi-
talis quos Greci a cubito pigmeos
vocant de quibus supra diximus. Hii montana
Indie tenent quibus est vicinus oce-
anus. Perhibent et in India
esse gentem feminarum que quinquennes

concipiunt et octavum vite annum
non excedunt. Sunt et alie hominum
fabulosa portenta que non sunt vera
sed ficta et in causis rerum interpretan-
tur ut Gerionem Hispanie regem
triplici forma proditum. Fuerunt enim tres
fratres tante concordie ut in tribus
corporibus quasi una anima esset. Gorgo-
nes quoque in tres civitates fuerunt
que aspicientes convertebat in lapides
habentes unum oculum quo vicissim
utebantur. Sunt et tres sorores
unius pulchritudinis quasi unius oculi
que ita spectatores suos stupescere
faciebant ut verterentur in
lapides. Sirenas tres fingunt
fuisse ex parte virgines ex parte volucres
habentes alas et ungulas quarum
una voce altera tibiis tertia lira
canebat que illectos navigantes
sub cantu in naufragia trahebant. Secun-
dum veritatem autem meretrices fuerunt que
transeuntes quoniam deducebant ad ege-
statem his ficte sunt inferre naufragia.
Alas autem habuisse et ungulas quia
amor et volat et vulnerat. Que
inde in fluctibus commorasse dicun-
tur quia fluctus Venerem creaverunt. Scillam
quoque ferunt feminam capitibus succinctam
caninis cum latratibus magnis
propter fretum Siculi maris in quo
navigantes verticibus in se concurrentium
undarum exterriti latrare estimant
undas quas sorbentis estus vorago
collidit. Fingunt et monstra quedam
irrationabilium animalium ut
Cerberum inferorum canem tria capita
habentem significantes per eum tres
etates per quas mors hominem
devorat id est infantiam iuventutem
et senectutem quod quidam ideo dictum

Sirenes

arbores putant. Quidam crocozos vel taurum volans. Dicunt et ydram serpentem cum novem capitibus, que latine excedra dicitur, quod uno ceso tria capita excrescebant. Sed constat ydram locum fuisse evomentem aquas vastantem vicinam civitatem, in quo uno meatu clauso multi erumpebant; quod Hercules videns loca ipsa exussit et sic aque clausit meatus. Nam ydra ab aqua dicta est. Huius mentionem facit Ambrosius in similitudinem heresium dicens: Heresis velut quedam ydra fabularum vulneribus suis crevit et dum sepe reciditur pullulat, igni debita incendioque peritura. Fingunt et chimeram triformem bestiam, ore leo, postremis partibus draco, media caprea. Quam quidam physiologi non animal sed Cilicie montem esse aiunt, quibusdam locis leones et capreas nutrientem, quibusdam ardentem, quibusdam plenum serpentibus. Hunc Bellorofons habitabilem fecit; unde chimeram dicitur occidisse. Centauros autem species nomen indidit, id est hominum equo mixta, quos quidam fuisse equites Thessalorum dicunt, sed pro eo quod discurrentes in bello velut unum corpus equorum et hominum viderentur, inde centauros fictos asseruerunt. Porro minotaurum nomen sumpsisse ex tauro et homine, qualem bestiam dicunt fabulose in laberintho inclusam fuisse. De qua Ovidius: Semibovemque virum semivirumque bovem. Onocentaurus autem vocatum eo quod media hominis specie media asini esse dicitur. Sic et ypocentauri quod equorum hominumque in eis natura coniuncta fuisse putatur.

De transformatis

Scribuntur autem et quedam monstruose hominum transformationes et commutationes in bestias, sicut de illa maga famosissima Circe, que socios quoque Ulixis mutasse fertur in bestias, et de Archadibus qui sorte ducti transnatabant quoddam stagnum atque ibi convertebantur in lupos. Nam et Diomedis socios in volucres fuisse conversos non fabuloso mendacio sed historica affirmatione confirmant. Sed et quidam asserunt strigas ex hominibus fieri. Ad multa enim latrocinia figure sceleratorum mutantur, et sive magicis cantibus sive herbarum veneficiis totis corporibus in feras transeunt. Sed quedam et per naturam plerique mutationem recipiunt et corrupta in diversas species transformantur, sicut de vitulorum carnibus putridis apes, sicut de equis scarabei, de mulis locuste, de cancris scorpiones. Unde Ovidius: Concava litoreo si demas brachia cancro, scorpius exibit caudaque minabitur unca.

De pecoribus
De iumentis
De bestiis
De minutis animalibus
De serpentibus
De vermibus
De piscibus
De avibus
De minutis volatilibus

Omnibus animantibus Adam primum vocabula indidit. Appellans unicuique nomen ex pre

institucione iuxta condicionem nature cui seruiret. Gentes autem vnicuique animalium ex propria lingua dederunt vocabula. Non autem secundum latinam linguam atque grecam aut quarumlibet gencium barbarorum nomina illa inposuit adam, sed illa lingua que ante diluuium omnium vna fuit que hebrea nuncupatur. Latine autem animalia siue animancia dicta quod animentur vita et moueantur spiritu. Quadrupedia vocata quia quatuor pedibus gradiuntur. que dum sint similia pecoribus. tamen sub cura humana non sunt. ut cerui. damme. onagri et cetera. Sed neque bestie sunt ut leones. neque iumenta ut vsus hominum iuuare possint. Pecus dictum omne quod humana lingua et effigie caret. Proprie autem pecorum nomen his accommodari solet. que sunt aut ad vescendum apta. ut oues et sues. aut in vsus hominum commoda. ut equi et boues. Differt autem inter pecora et pecudes. Nam veteres communiter in significacione omnium animalium pecora dixerunt. pecudes autem tantum illa animalia que eduntur quasi pecuedes. Generaliter autem omne animal pecus a pascendo vocatum. Iumenta nomen inde sumpserunt quod nostrum laborem vel onus pro adiutorio subuectando vel arando iuuent. Nam bos carpenta trahit. et durissimas terre glebas vomere vertit. Equus et asinus portant onera. et hominum in gradiendo laborem temperant. Vnde et iumenta appellantur ab eo quod iuuent homines. sunt enim magne virtutis animalia. Item armenta. vel quod sint apta armis id est bello. vel quod his in armis vtimur. Alij armenta tantum boues intelligunt ab arando quasi aramenta. Discrecio autem est inter armenta et greges. Nam armenta equorum et boum sunt. Greges vero caprarum et ouium. Ouis molle pecus lanis corpore inerme animo placidum ab oblacione dictum. eo quod apud veteres inicio non tauri. sed oues in sacrificio mactarentur. Ex his quasdam bidentes vocant eo quod inter octo dentes duos altiores habent. quas maxime gentiles in sacrificia offerebant. Veruex vel a viribus dictus quod ceteris ouibus sit forcior. vel quod sit vir .i. masculus. vel quod vermes in capite habeat quorum excitati pruritu inuicem se concuciunt et pugnantes cum magno impetu feriunt. Aries vel apo tou w o y a p i w o .i. a marte vocatus. Vnde et apud nos in gregibus masculi mares dicuntur. siue quod hoc pecus a gentilibus primum aris immolatum est. Aries quod aris imponeretur. Vnde est illud. Aries mactatur ad aram. Agnus quamuis et greci vocent apotu aguo quod sit pius. latini tamen ideo hoc nomen habere putant eo quod pre ceteris animantibus matrem agnoscat. Adeo ut et si in magno grege errauerit statim balatu recognoscat vocem parentis. Hedi ab edendo vocati. parui enim et pinguissimi sunt et saporis iocundi. Vnde et edere et edulium vocatur. Hyrcus lasciuum animal est et petulcum et feruens semper ad coitum. cuius oculi ob libidinem in transuersum aspiciunt. Vnde et nomen traxit. Nam hirci sunt oculorum anguli secundum suetonium. cuius natura adeo calidissima est ut adamantem lapidem quem nec ignis nec ferrum domare valet. materia plus

longius aruor dissipat. quaedam
hirci tenuissimi dicuntur a flumine Cini
sic Libia ubi grandes nascuntur.
Capros et capras a carpendis
virgultis quidam dixerunt. Alii quod
carpant aspera. Nonnulli a crepitu
crurum, unde eas capras vocatas.
Que sunt agrestes capre quas greci pro
eo quod acutissime videant, id est oxi-
derkesteron, dorcas appellaverunt. Mo-
rantur enim in excelsis montibus et
quamvis de longinquo tamen omnes
venientes vident. Easdem autem 41
et capreas easdem ibices quasi
avices eo quod ad instar avium
ardua et excelsa teneant et in
sublimibus habitent, ita ut de
sublimitate vix humanis obtutibus
pateant. Unde et nadiana per
ibices aves vocat. Unde et nac-
rdiana quibus flumen habitant
Sunt itaque illa ut diximus in petris
altissimis commorantur. et si quando ferarum
vel hominum adversitatem presenserint
de altissimis saxorum cacuminibus
sese precipitantes in suis se cornibus
illesa suscipiunt. Cervi dicti a
apo ton keraton, id est a cornibus;
kerata enim greci cornua dicunt.
Hii serpentium inimici cum se gravatos
infirmitate persenserint, spiritu
narium eos extrahunt de ca-
vernis et superata pernicie vene-
norum pabulo reparantur. Dic-
tamnum herbam ipsi prodiderunt,
nam eo pasti excutiunt acceptas
sagittas. Mirantur autem sibilum
fistularum. Erectis auribus acute
audiunt, submissis nichil. Si quando
immensa flumina vel maria trans-
natant, capita clunibus precedenti-
um superponunt, sibique invicem succe-
dentes nullum laborem ponderis sen-
tiunt. Tragelaphi a grecis nominantur
qui dum eiusdem speciei sint ut cervi
villosos tamen habent armos ut
hirci et mento prolixas barbas
habent, qui non alibi sunt quam circa
Phasidem. Hinnuli filii sunt cervorum
ab innuendo dicti quod ad nutum
matris abscondantur. Dammula
vocata quod de manu effugiat,
timida et imbellis. De qua
Martialis: Dente timetur aper,
defendunt cornua cervum; imbelles
damme quid nisi preda sumus. Lepus
levipes quia velociter currit. Unde
et greci pro cursu lagos dicunt. Velox enim
est et satis timidus. Cuniculi genus
agrestium animalium dicti quasi canicu-
li eo quod canum indagine capiantur
vel excludantur de cavernis. Sues
dicti quod pascua subigant, id est terra
subacta escas inquirant. Verres
quod grandes habeat vires. Porcus
quasi spurcus. Ingurgitat enim se
ceno, luto mergit, limo illinit.
Horacius: Et amica luto sus. Hinc
et spurcitia vel spurios nun-
cupamus. Porcorum pilos setas
vocamus et setas a sue dictas, a quibus
et sutores vocantur quod ex setis
suant, id est consuant pelles. Aper
a feritate vocatus ablata F littera
et subrogata P. Unde et apud grecos
suagros id est ferus dicitur. Omne enim
quod ferum est et inmite abusive
agreste vocamus. Iuvencus dictus eo
quod iuvare incipiat hominum usus

in pocolanda terra. vel quia apud gentiles
cor semper ubique invictum immo-
labatur. unde taurus. Ista in victi-
mis et aetas comprobatur. Taurus
Graecum nomen est sicut et bos. Indicis
tauri color fulvus est volucris
pernicitatis. pilis in contrarium versis. caput
circumflectunt flexibilitate qua vo-
lunt. Tergi duritia omne telum
respuunt. inmiti feritate. Bovem
Graeci boem vel boetrum dicunt.
Hunc Latini trionem vocant. eo quod
terram terat quasi terionem. huius tri-
one quod moliatur rusticam. Cuius
latitudo pellium a mento ad crura
palearia dicitur a pelle ipsa quasi
pellearia. quod est generositatis in bove
signum. Boum in consortiis eximia
pietas. Nam alter alterum inquirit
cum quo ducere collo aratra consuevit
et frequenti mugitu pium testatur affectum
si forte defecerit. Vacca dicta quasi
boacca. Est enim qualitatis mobilis
nomen. sicut leo leaena. draco dra-
caena. Vitulus vitula a viriditate
vocati sunt. id est aetate viridi sicut virgo.
Vitula ergo parva est et nondum
enixa. Nam enixa iuvenca est
aut vacca. Bubali vocati per
derivationem quod sint similes boum.
adeo indomiti ut prae feritate iug-
um cervicibus non recipiant. Hos
Affrica procreat. Uri agrestes bo-
ves sunt in Germania. habentes
cornua tam protensa ut regiis
mensis insigni capacitate ex eis
gerulae fiant. Cameli causam
nominis ducunt. sive quod quando onerantur
ut breviores et humiliores fiant accu-
bant. quia Graeci chamae humile et breve dicunt.
sive quia curvus dorso est. Camur

enim verbo Graeco curvum est. Hos licet
et alie regiones mittant. sed Arabia
plurimos. Differunt autem quod Arabici
bina tubera in dorso habent. reliquarum
regionum singula. Dromeda genus
est camelorum minoris quidem staturae
sed velocioris. unde et nomen habet. nam
dromos Graece cursus et velocitas
appellatur. Centum enim et amplius mili-
aria uno die pergere solet. Quod animal
sicut bos et ovis et camelus ru-
minat. Ruminatio autem dicta est a
rumina. eminentis gutturis parte per quam
demissus cibus a certis revocatur
animalibus. Asinus et asellus a sedendo
dictus quasi asedus. quod aptius sit nomen quam
magis equis conveniebat. id est quod
ad supersit. quia prius quam equos caperent
homines huic praesidere coeperunt. Hic
quippe tardum et nullam reluctan-
tiam statim ut voluit sibi homo
subiecit. Onager interpretatur
asinus ferus. Onon quippe Graece asi-
num. agrion ferum. Hos Affrica
habet magnos et indomitos et in deserto
vagantes. Singuli autem feminarum
gregibus praesunt. Nascentibus mas-
culis zelant et testiculos eorum
morsu detruncant. Quos caventes
matres eos in secretis locis occultant.
Asinos Arcadicos dicunt eo quod
ab Arcadia primum vecti sunt magni
et alti. Minor autem asellus vel
onager plus necessarius est qui a
laborem tollerat et negligentiam
prope nullam recusat. Equi dicti
eo quod quando quadrigae iungebantur
aequabantur pares que forma et similes
cursu copulabantur. Caballus
autem a cavo dictus propter quod gra-
diens ungula impressa terram cavat.

q̄d reliq̄ alia nō faciūt. Sentiūt et
sompnis q̄ pedibꝰ sonat. Anima
sitas eqꝫ multa. Exultant cū
i campis. odorant̄ bellū. excitan̄
sono tube ad p̄liū. voce accēsi
ad cursū prouocant̄. Dolent cū victi
fuerīt. exultant cū vicerīt. Quidā
hostes in bello sentiunt. adeo ut
adūsarios morsu petant. Aliqui
et p̄prios dn̄os recognoscūt obliti
mansuetudinis si mutent̄. aliqui
p̄t dn̄m dorso nullū recipiunt.
Interfecto vel morientibꝫ dominis
multi lacrimas fundunt. Solum
enim equū p̄p̄t hoīem lacrimare ꝛ
doloris affectū sentire. Vn̄ in
centauris equorū ꝛ hoīm n̄a p̄
mixta ē. Solent ꝛ ex equorū
vel mesticia vel alacritate euen
tum futuri dimicaturi colligere.
Etas longeua equis Persis. h
unnis ꝛ Epirotis ac Siculis.
manens vlt'. l. Breuior ꝯ
Hispanis ac Numidis ꝛ Ga
llicis frequens opinio ē. In gene
rosis equis ut aiunt veteres
iiijor spectant̄. forma. pulcritudo.
meritū atq; color. Forma ut sit
validū corpus ꝛ solidū robori
conueniens alt'do. latus longū
substrictū. maxime ꝛ rotunde
clunes. pectus late patens.
corpus oē musculorū densitate
nodosum. pes siccꝰ ꝛ cornu
concauo solidatꝰ. Pulcritudo ut
sit exiguū caput ꝛ siccum
pelle p̄pe ossibꝰ adherente
aures breues ꝛ argute. oculi
magni. nares patule. erecta
ceruix. coma densa ꝛ cauda. vn
gularū soliditatis fixa rotunditas
Meritū ut sit aīo audax. pedibꝰ
alacer. trementibꝰ mēbris. q̄ fortitu
dinis indiciū quiq; ex summa
quiete facile ꝯcitet̄. vl excitata
festinatione nō difficile teneat̄. Mo
tus aūt equi in auribꝰ intelligit̄
virtus in mēbris trementibꝰ. Color
hic p̄cipue ꝯsiderandꝰ. badius.
aureus. roseus. mirteus. ceruī
nus. giluus. glaucꝰ. scutulatꝰ.
canus. candidꝰ. albꝰ. guttatꝰ.
niger. Sequenti aūt ordine. varius
ex nigro badioq; distinctꝰ. Re
liquus varius color vl cinereꝰ
deterrimꝰ. Badiū aūt antiq̄ va
diū dicebāt q̄ int' cetera alia
forciꝰ vadat. Ipse ē ꝛ spadix quē
feniceū vocant. ꝛ dc̄s spadix
a colore palme q̄ Siculi spadicā
vocant. Glaucꝰ vero ē veluti
pictos oculos hn̄s ꝛ q̄dā sple
dore p̄fusos. nā glaucū veteres
dicūt. Giluꝰ aūt melinꝰ color
ē subalbidus. Guttatꝰ albis
nigris interuenientibꝰ punctis. Ca
didus aūt ꝛ albꝰ diuersa sibi inui
cē. albꝰ cū q̄dā pallore ē. Can
didus vero niueus ꝛ pura luce
p̄fusus. Canus dc̄s q̄ ex can
dido colore ꝛ nigro ē. Scutula
tus vocatꝰ p̄p̄t orbes quos hz
int' candidos purpureos. Varius q̄
variatos hēat colores impares. Qui
aūt albos tm̄ pedes hn̄t petilos app'
lant. q̄ frontē albā calidi. Ca
didi. Ceruinꝰ ē q̄ vulgo gaura

vicem ut quartanum dicit. Ceruinum(?)
idem vulgus vocat. Quod de modo
cervi(?) sit coloris. Cinereus
autem est proprius de pruina(?). Dosinus dictus
quod sit color de asino idem et cine-
reus. Sunt autem hi de agresti genere
orti quos equiferos dicimus et proinde
ad urbanam dignitatem transire non possunt.
Cannon(?) niger est. Nigrum cum graeci
mauron dicunt. Mannus vero equus
brevior quem vulgo brunicum vocant.
Veredos antiqui dixerunt quod veherent
redas id est ducerent vel quod vias
publicas currerent per quas et redae
ire solitae erant. Equorum tamen sunt
genera. Unum generosum praeliis et one-
ribus aptum. Alterum vulgare atque
gregarium ad vehendum non ad equi-
tandum aptum. Tertium ex commixtione
diversi generis ortum quod et bige-
nerum dicitur quia ex diversis nascitur ut mu-
lus. Mulus a graeco tractum vo-
cabulum habet sive cum hoc vocabulo
vel quod iugo pistorio subactus tar-
das molendo ducat in gyrum mo-
las. Iudaei asserunt quod Ana
nepos Esau equarum greges ab
asinis in deserto fecit primo ascendi
ut mulorum contra naturam inde nova
animalia nascerentur. Onagros quoque
ab eodem Ana admissos esse ad asi-
nas et ipsum usque modo reperisse(?)
concubitum ut velocissimi ex his
asini nascerentur. Industria quippe
humana diversa animalia in coitum cogit
sic et adulterina quadam commixtione genera alia
repperit. Sic et Iacob contra naturam colores
procuravit. Nam tales fetus
oriebantur illis(?) conspiciebant quales

umbras arietum desuper ascendentium
de aquarum speculo conceptae. Denique
et hoc ipsum de equarum gregibus fieri fertur
ut generosos obiciant equos visibus
concipientium quo eorum similes concipere
et creare possint. Nam et columbarum
dilectores depictas ponunt pulcher-
rimas columbas eodem loco quibus
illae versantur quo rapiente visu similes
generent. Inde est quod quidam gravidas(?)
mulieres iubent nullos intueri
turpissimos animalium vultus ut cyno-
cephalos et simias ne visibus
occurrentes similes fetus pariant. Hanc
enim feminarum naturam ut quales perspe-
xerint sive mente conceperint in extre-
mo voluptatis aestu dum concipiunt
talem et sobolem pariant. Etenim
animal in usu venereo formas extrinsecus
intus transmittit earumque satiata
typis rapit species earum in propriam
qualitatem. In animantibus bigenera
dicuntur quae ex diversis nascuntur ut
mulus ex equa et asino. Burdo ex
equo et asina. Ibride ex apris et
porcis. Tityrus ex ove et hirco.
Musmo ex capra et ariete. Est autem
dux gregis. De bestiarum vocabulis

Bestiarum vocabulum proprie convenit
leonibus. pardis. tigribus.
lupis. vulpibus. canibus quoque et simiis
ac ceteris quae vel ore vel unguibus
saeviunt exceptis serpentibus. Bestiae
dictae a vi qua saeviunt. Ferae
appellatae eo quod naturali utantur liberta-
te et desiderio suo ferantur. Sunt enim
liberae earum voluntates et huc atque
illuc vagantur et quo animus du-
xerit eo feruntur. Leonis vocabulum

greca origine inflexum in latinum
Grece enim leon vocatur et est nomen
notum quia ex parte corruptum. Leena
enim totum grecum est sicut et dracena.
Sed et leena lea dicitur usurpatum
a poetis. Leo autem grece latine rex
interpretatur eo quod princeps sit omnium be-
stiarum. Cuius genus triforme dicunt, e quibus
breves et iuba crispa imbelles sunt,
longi et coma simplici acres.
Animos eorum frons et cauda indicat.
Virtus eorum in pectore, firmitas in capi-
te. Circumcepti a venatoribus terram
intuentur, quoniam vel visu conspec-
tis venabulis terreantur. Rotarum
timent strepitum, sed ignes magis.
Cum dormiunt vigilant oculi.
Cum ambulant cauda sua cooperiunt
vestigia sua ne eos venator
inveniat. Cum genuerint catulum
tribus diebus et tribus noctibus catu-
lus dormire fertur. Tunc patris
fremitu vel rugitu tamquam tremefactus
cubilis locus suscitare dicitur catulum
dormientem. Circa hominem leonum
natura est ut nisi lesi ne-
queant irasci. Patet enim eorum
misericordia exemplis assiduis. Prostra-
tis enim parcunt, captivos obvi-
os repatriare permittunt. Hominem
non nisi in magna fame interi-
munt. Et quibus [illegible] pro
leone. Tigris vocata propter
volucrem fugam. Ita enim nominant
Perse et Medi sagittam. Est enim
bestia variis distincta maculis,
virtute et velocitate mirabilis. Ex
cuius nomine flumen Tigris appellatur
quod is rapidissimus sit omnium fluviorum.

q leo

Hos magis Hyrcania gignit.
Pantera dictus sive quod omnium animalium
sit amicus excepto dracone, sive
quia et sui generis societate gaude-
at et ad eandem similitudinem quidquid accipit
reddit. Pan enim grece omne dicitur.
Bestia minutis orbiculis superpic-
ta, ita ut oculatis ex fulvo
circulis nigra vel alba distinguatur
varietate. Hec semel omnino parturit,
cuius causa manifesta est. Nam ad-
dulti in utero matris coaluerint catu-
li maturique ad nascendum viribus
pollent, oderunt temporis moras;
itaque conlisam velut
obstantem partui vulvam unguibus
lacerant. Effundit illa partum sive
potius emittit dolore cogente. Ita
postea corrupta et cicatricosis se-
minibus genitale semen infusum
non recipit acceptum. Plinius refert
ita plinius dicat alia cum acutis
unguibus [illegible] pardi in po-
sse [illegible] cum maiestate sic mo-
mentibus catulis. Pardus secundus
post pantheram est, genus varium ac
velocissimum et preceps ad sanguinem.
Saltu enim ad mortem ruit. Leo-
pardus ex adulterio leene et
pardi nascitur, et tertiam originem
efficit. Sicut et Plinius in naturali histo-
ria dicit, leonem cum parda aut
pardum cum leena concumbere, et ex
utroque coitu degeneres partus creari,
ut mulus et burdo. Rinoceron
a grecis vocatus, latine
interpretatur in nare cornu. Idem et
monoceron, id est unicornis, eo quod
unum cornu in media fronte habeat.

pedum inest. ita acutos et validos
ut quicquid impetierit aut ventilet
aut perforet. Item cum elephante semper
certamen habet et ventre vulneratum
prosternit. Tante autem fortitudinis esse
dicitur ut nulla venantium virtute
unicornis capiatur. Sed sicut asserunt qui naturas
animalium scripserunt. virgo ei puella
proponitur que venienti sinum aperit
in quo ille omni ferocitate deposita
caput deponit. sicque soporatus
velut inermis capitur. Elephan-
tum greci a magnitudine corporis
vocatum putant quod formam montis
preferat. Grece enim mons elefio dicitur.
Apud indos autem a voce barro vo-
catur. Unde et vox eius barritus
et dentes eius ebur. Rostrum autem pro-
muscida dicitur quoniam illo pabulum
ori admovet. et est angui similis
vallo munitus eburneo. Hos bo-
ves lucanos dictos ab antiquis
Romanis. Boves quia nullum animal
grandius videbant. Lucanos quia in
lucania illos primus pirrus
in prelio obiecit Romanis. Nam
huius generis animantes bellis
aptiores sunt. Persis enim et indi
ligneis turribus collocatis tamquam
de muro iaculis dimicant. Intel-
lectu autem et memoria multa vigent.
Gregatim incedunt. motu quo va-
lent salutant. murem fugiunt.
adversi coeunt. enixe autem pariunt
in aquis vel insulis dimittunt
fetus propter dracones quia inimici sunt
et ab eis implicati necantur. Bien-
nio autem portant fetum. nec amplius
quam semel gignunt nec plures

sed tantum unum. Vivunt autem annos tre-
centos. Apud Affricam et Indiam primus
elephanti nascebantur. nunc solos eos so-
la india gignit. Griphes vocatur
quod sit animal pennatum et quadrupes.
Hoc genus ferarum in hyperboreis montibus
nascitur. Omni parte corporis leones
sunt. alis et facie aquilis similes.
equis vehementer infesti. Nam et
homines visos discerpunt. Ca-
meleon non habet unum colorem. sed
diversa coloris aspersione est ut pardus.
Dicitur autem ita quod huius cameleontis
corpusculum ad colores quos videt
facillima conversione variatur. quod
aliorum animalium non est ita ad conversa-
tionem facilis corpulentia. Camel-
leopardus dictus quod dum sit ut
pardus albis maculis superasper-
sus collo equo similis. pedibus bu-
balis. capite tamen camelo est similis.
Hunc ethyopia gignit. Linx dictus
quod in luporum genere numeratur. bestia
maculis distincta tergo ut par-
dus. sed similis lupo. Unde et ille
likos iste linx. Huius urinam co-
nvertere se in duritiam preciosi lapidis
dicunt qui ligurius appellatur.
quod ipsas linces sentire hoc docu-
mento probatur. Ita egestum liquorem
arenis in quantum potuerint contegunt.
Invidia quadam nature ne talis ege-
stio transeat in usum humanum. Lin-
ces dicit plinius spectu quia post unum
non admittere fetum. Castores a ca-
strando dicti sunt. Nam testiculi cor-
pori sunt medicaminibus propter quos
cum presenserint venatorem. ipsi
se castrant et morsibus vitia

sua amputat. De quibus cicatricem con-
sanguinea vidimus se a parte
corporis. propter maxime corrumpitur
inguinalis. Qui se eunuchizatum
faciat. ipse capreus vnacl dupro
testiculi. Ipsi sunt et sibi. qui etiam
et pontica canes vocantur. Ursus
fertur dictus quod ore suo formet fetus
quasi orsus. Nam aiunt eos infor-
mes generare partus et carnem quandam
nasci quam mater lambendo in
membra componit. Unde est illud. Alio
fetum lingua fetum ad protulit ur-
sa et sic informatos partus fac-
deinque xxx die generat. Unde
evenit ut praepropera feritas
informes pariat. Ursorum caput
invalidum. vis maxima in brachiis
et lumbis. Unde interdum erecti con-
sistunt. Lupos autem illicitos
dicunt. licos enim greca a moribus
appellantur. quod rabie rapacitatis quaecumque
invenerint trucidant. Alii lupos
nocitatos aiunt quasi leopos quod
quasi leoni. ita sunt illis virtus
in pedibus. Unde et quicquid pede pre-
serit non vivit. Rapax autem
bestia et cruoris appetens.
De quo rustici aiunt vocem
hominem perdere si eum lupus prior
viderit. Unde et subito tacenti
dicitur lupus est in fabula. Certe
si se priorem senserit deponit
feritatis audaciam. Lupi toto
anno tempore quam xii diebus
coeunt. famem diu portant
et post longa ieiunia multum
devorant. Lupos Ethiopia mi-
ttit cervice iubatos. et tam va-

rios ut nullus color dicatur
illis abesse. Canis nomen latinum
grecam ethimologiam habere videtur. Grece
enim canes dicuntur. licet quidam a canore
latratus appellatum existimant. eo
quod insonat. Unde et canorus. Nichil
autem sagacius canibus. plus enim
sensus ceteris animalibus habent. Namque soli
sua nomina recognoscunt. dominos suos
diligunt. dominorum tecta defendunt
pro dominis suis morti se obiciunt
voluntarie cum domino ad predam currunt
corpus domini sui et mortuum non
relinquunt. Quorum postremo natura est
quod extra homines esse non possunt. In canibus
duo sunt spectanda aut fortitudo
aut velocitas. Catuli abusive
dicuntur quarumlibet bestiarum filii.
Nam proprie catuli canum sunt per dimi-
nutionem dicti. Lisci dicuntur ut
aut plurimum nati ex lupis et ca-
nibus cum inter se forte miscentur.
Solent et in silvis canes noctu
in silvis alligatas admitti ad
tigres bestias. a quibus insiliri
et nasci ex eodem fetu canes adeo
acerrimi et fortes ut in complexu
leones prosternant. Vulpes dicta
quasi volupes. est enim volubilis
pedibus. et nunquam rectis itineribus
sed tortuosis anfractibus currit.
fraudulentum animal insidiisque
decipiens. Nam cum non habuerit escam,
fingit mortem. Sicque descendentes
quasi ad cadaver volucres rapit et
devorat. Simie greca est vox
id est pressis naribus. Unde et simias
dicimus quod pressis naribus sint

et facie fera. vigiles tempore sollicitudinis
[illegible] et capillatorum sit. pressis naribus na-
rium. Alii simias latino sermone vo-
catas arbitrantur eo quod multa in eis
similitudo rationis humane sentiatur. sed falsum
est. Hee elementorum sagaces nova
luna exultant. media et cava tristan-
tur. fetus quos amant ante se portant. neg-
lecti ita inherent. Simiarum genera
quinque sunt. quorum cercopiteci caudas
habent. Simia enim sine cauda est. quam
quidam clunam vocant. Spinges
villose sunt. comis mammis prominen-
tibus. dociles ad feritatis obli-
vionem. Cenophali et ipsi similes
simiis. sed faciem ad modum canis
habent et nuncupati. Satiri facie
ad modum grata et gesticulationis
motibus inquieta. Callitrices toto
pene aspectu a ceteris distant. Sunt
enim in facie prominenti barba et lata
cauda. Leontophonos bestia modi-
ca et pro eo ita vocata quod capta
comburitur. cuius cinere asperse carnes
et posite per compita pinguitatem leo-
nes necant. si quantulumcumque eo
illis sumpserint. Histrix al. dassia
animal [illegible] vocatum ab asperitate
spinarum. quas tergo laxatas emittit
ut canes vulneret. [illegible] Enid-
ros bestiola quod eo in aquis versatur
maxime in nilo. Hec si invenerit
dormientem cocodril-
lum. volutat se in luto primum et
intrat per os eius in ventrem et carpens
omnia intestina eius sic moritur.
Ichneumon grece vocatur eo quod o-
dore suo et salubria ciborum et vene-
nosa prodantur. De quo draconcius
ait. Prodit pullus vim cum gaudens

vocatur. Bubulus a capiendo cum [illegible]
[illegible] etiam serpentes insequitur
[illegible] quibus aspicit pugnat. Can-
dem agitur qua aspis maxime
inquietat obsuat quod [illegible]
ad quam cum vim sua tussit decepta
cepit. Musio appellatur quod muribus
infestus sit. Hunc vulgus captum a
captura vocant. Alii dicunt quod captat
i. videt. Nam tanto acute cernit.
ut fulgore luminis noctis tenebras superet.
Unde a greco venit catus. i. ingeniosus
a τ β ω. catus. Furo a furvo
dictus unde et fur. Tenebrosos enim et
occultos cuniculos effodit. et
eicit predam quam invenerit. Gelo
vel quod sit pecundissimo [illegible]
vel quod famem petat. et [illegible]
multa capit. **De minutis animalibus**

Mus pusillum animal. grecum nomen
est. quicquid ex eo trahitur
latinum fit. Alii dicunt mures quod
ex humore terre nascantur. Nam mus
terra [illegible]. Horum iecur in plenilunio
crescit. sic quedam mari-
tima augentur. que rursus minuente
luna deficiunt. Sorex latinum est
eo quod rodat et in modum serre pre-
cidat. Antiqui autem sorices saurices
dicebant. sicut et clodium claudium.
Mustela dicta quasi mus longus. Nam
telum a longitudine dictum. Hec in-
genio subdola. in domibus ubi
nutrit catulos suos transfert.
mutat quoque sedem. Serpentes etiam
et mures persequitur. Duo autem sunt
genera mustelarum. Alterum enim silve-
stre est distans magnitudine. quod
greci ictidas vocant. Alterum in do-
mibus oberrans. Falso autem opinantur
qui dicunt mustelam ore concipere

aures efficiuntur. [illegible] quibus araneus cuius morsu aranea est. Cum in Sardinia animal parvum araneae forma, quod solifuga dicitur quod diem fugiat. In metallis argentariis plurima est occulte reptans et per imprudentiam super se sedentibus pestem facit. Talpa dicta quod sit damnata caecitate perpetuis tenebris. Est enim absque oculis, semper terram fodit et humum egerit et radices subter frugibus comedit, quam Graeci aspalaca vocant. Glires dicti sunt quod pingues eos efficiat somnus; nam glis Graece dicitur arescere. Hieme enim tota dormiunt et immobiles quasi mortui iacent, tempore aestivo reviviscunt. Ericius animal spinis coopertum, quod exinde dictum quod subrigit se quando spinis suis clauditur, quibus undique protectus est contra insidias. Nam statim ut aliquid praesenserit, primum se subrigit atque in globum conversus in sua se arma revolvit. Cuius quaedam providentia quaedam est. Nam dum absciderit uvam de vite, supinus se volutat super eam et sic eam exhibet natis suis. Grillus nomen a sono vocis habet. Hic retro ambulat, terram terebrat, stridet noctibus. Venatur cum formica circumligata capillo, sed ante pulvere sufflato ne se abscondat; ita formicae complexibus trahitur. Formica dicta eo quod ferat micas farris. Cuius sollertia multa; providet enim in futurum et praeparat aestate quod hieme comedat. In messe autem eligit

triticum, ordeum non tangit. Cum pluit super frumentum, totum eicit. Dicuntur in Aethiopia esse formicae ad formam canis, quae harenas aureas pedibus eruunt, quas custodiunt ne quis auferat, captantesque ad necem persequuntur. Formicaleon ob hoc vocatus quia est vel formicarum leo vel certe formica pariter et leo. Est enim animal parvum formicis satis infestum, quod se in pulvere abscondit et formicas frumenta gestantes interficit. Proinde autem leo et formica vocatur, quia aliis animalibus ut formica est, formicis autem ut leo est.

De serpentibus

Anguis vocabulum omnium serpentium genus, quod plicari et contorqueri potest. Et inde anguis quod angulosus sit et numquam rectus. Anguis apud gentiles pro genio loci habebatur semper. Unde Persius: Pinge duos angues, pueri, sacer est locus. Coluber ab eo dictus quod colat umbras, vel quod lubricis tractibus flexibus sinuosis labatur. Nam lubricum dicitur quidquid labitur dum tenetur, ut piscis, serpens. Serpens autem nomen accepit quia occultis accessibus serpit, non apertis passibus, sed squamarum minutissimis nisibus repit. Illa autem quae quattuor pedibus nituntur, sicut lacerti et stelliones, non serpentes sed reptilia nominantur. Serpentes autem reptilia sunt quia ventre et pectore reptant. Quorum tot venena quot genera, tot pernicies quot species, tot dolores quot colores habentur. Draco maior cunctorum serpentium sive omnium animantium super terram. Hunc Graeci dracontam vocant; unde et derivatum est in Latinum ut draco diceretur. Qui saepe ab

speluncis abditus. fertur in capite
gemma quod ipse cum eo. Est autem crista-
tus ore parvo et artis fistulis per
quas trahit spiritum et linguam exerit.
Vim autem non in dentibus sed in cauda habet
et verbere potius quam rictu nocet.
Innoxius autem est a venenis sed ideo huic
ad mortem faciendam venena non ne-
cessaria sed quia si quem ligaverit occidit
a quo nec elephas tutus est sui corporis
magnitudine. Nam circa semitas delite-
scens per quas elephantes soliti gradiuntur
crura eorum illigat ac suffocatos
perimit. Gignitur autem in Ethiopia et
India in ipso incendio iugis estus.
Basiliscus grece latine interpretatur regu-
lus eo quod rex serpentium sit adeo
ut eum videntes fugiant quia olfactu
suo eos necat. Nam et hominem vel si
aspiciat interimit. Siquidem et eius
aspectu avis nulla volans illesa
transit sed quamvis procul sit eius ore
combusta devoratur. A mustelis tamen
vincitur quas illic homines inferunt ca-
vernis in quibus delitescit. Itaque in ea
eam fugit quam illa persequitur et occidit.
Nichil enim parens rerum sine remedio
constituit. Est autem longitudine semipe-
dalis albis maculis lineatus. Re-
guli autem sicut scorpiones arentia
queque sectantur et postquam ad aquas
venerint ydrophobos et limphati-
cos faciunt. Sibilus idem est qui
et regulus. Sibilo enim occidit antequam
mordeat vel exurat. Vipera
dicta quod vi pariat. Nam et cum venter
eius ad partum ingemuerit catuli non
expectantes maturam nature solutionem
corrosis eius lateribus vi erumpunt
cum matris interitu. Fertur autem quod masculus vi-

rumpunt ab rupto corpore voluisse
autem quod masculus ore inserto vipere
semen expuat. illa autem voluptate
libidinis in rabiem versa caput ma-
ris ore receptum precidit. Ita fit
de ornamento accomodaverunt, propter
diversitatem elementorum et pulchritudinem. Macrocosmos appellatur
cum apud eos cosmos, quod sit figuram
tamen ut ornamentum, et nihil cum
pulchritudine mundi oculis carnis aspi-
ciamus. Quattuor autem climata mun-
di id est plagas: oriens, occiden-
s, septentrio et meridies. Oriens
ab ortu solis nuncupatus est. Oc-
cidens quod diem faciat occidere
atque interire. Abscondit enim lumen
mundo et tenebras superinducit. Sep-
tentrio autem a septem stellis axis
vocatur, quae in ipso revolutae rotan-
tur. Hic proprie et axis dicitur, eo quod dicitur; sic
portatur. Videtur enim circa caelum
meridies, vel quia ibi sol faciat
medium diem, quasi medi dies, vel
quia tunc purius micat aether. Merum
enim purum dicitur. Nam et caeli duo sunt
cardines: oriens et occasus. Nam una por-
ta sol procedit, alia se recipit.
Cardines autem mundi duo, septentrio
et meridies. Unde cum volvitur caelum

De athomis

Athomos philosophi
vocant quasdam in mundo cor-
porum partes tam minutissimas ut nec
visui pateant nec thomen, id est
sectionem, recipiant. Unde et athomi
dicti sunt. Hi per inane totius mundi
inrequietis motibus volitare et huc
atque illuc ferri dicuntur, sicut tenui-
ssimi pulveres qui infusi per

fenestris radiis solis minuti. Ex h-
hys arbores et herbas et fruges or-
iri et ex hys ignem et aquam et
universa gigni atque constare quidam phi-
losophi gentium putaverunt. Sunt autem athomi
aut in corpore aut in tempore aut in numero. In
corpore ut lapis. Dividis eum in
partes et partes ipsas dividis in grana
veluti sunt harene. Rursusque ipsa
harene grana divide in minutissi-
mum pulverem donec si possis pervenias
ad aliquam minutiam que iam non
sit quod dividi vel secari possit.
Hec est athomus in corporibus. In tempore
vero sic intelligitur athomus. Annum verbi
gratia dividis in menses, menses in
dies, dies in horas. Adhuc partes
horarum admittunt divisionem quousque
venias ad tantum temporis punctum et
quandam momenti stillam ut per nullam
morulam produci possit et ideo iam
dividi non potest. Hec est athomus temporis.
In numeris ut puta octo dividuntur
in quatuor, rursus quatuor in duo, deinde
duo in unum. Unus autem athomus est
quia insecabilis est. Sic et litera. Nam
orationem dividis in verba, verba in sillabas,
sillabas in literas. Litera pars minima
athomus est nec dividi potest. Athomus
ergo est quod dividi non potest ut in geome-
tria punctum. Nam thomus divisio
dicitur grece, athomus indivisio. De elementis

Ylem greci rerum quandam materiam
dicunt nullo prorsus modo formatam
sed omnium corporalium formarum capacem
ex qua visibilia hec elementa formata
sunt. Unde et ex eius derivatione vocabulum
acceperunt. Hanc greci ylem dicunt,
latini materiam appellaverunt. Ideo
quia omne informe unde aliquid faciendum
est semper materia nuncupatur. Proinde et
eam poete silvam nominaverunt
nec incongrue quia materie silvarum sunt.
Greci autem elementa ytocheia
nuncupant eo quod sibi societatis
concordia et communione quadam conveniant. Nam hec ita
inter se naturali quadam ratione dicuntur
iuncta esse ut modo ab origine ab
igne recurrentes usque ad terram, mo-
do a terra usque ad ignem, ut
ignis quidem in aerem desinat,
aer in aquam densetur, aqua in terram
crassescat, rursusque terra diluatur
in aquam, aqua rarescat in aerem,
aer in ignem extenuetur. Quapropter
omnia elementa omnibus insunt, sed unum-
quodque eorum ex eo quod amplius habet
accepisse vocabulum. Sunt autem
divina providentia propriis animantibus
distributa. Nam et celum angelis, ae-
rem volucribus, mare piscibus,
terram hominibus ceterisque animantibus
creator ipse implevit. De celo

Celum vocatum est eo quod tanquam
celatum vas impressa lumina
habeat stellarum velut signa.
Nam celatum dicitur vas quod signis
eminentibus refulget. Distinxit
enim eum deus claris luminibus et im-
plevit sole scilicet et lune orbe
fulgente et astrorum micantium splen-
dentibus signis adornavit.
Hoc autem grece uranos dicitur ANO API-
CIA ut ATWE ipsa apparet
id est a videndo eo quod aer perspicuus
sit et ad speculandum purior. Ce-
lum autem in scripturis sacris firmamen-
tum vocatum quod sit quo syderum et
certis legibus suis quo firmantur
interdum ratio pro aere ubi
venti nubes et procelle. Et

tonitrus fiunt. Utramque celi regio-
nem de aere et superiorem volunt. alii appel-
lat autem manifestum est antiquos in
aere voluisse. et eos qui posteriores. Sunt
aere celum appellantes. Nam celum
dixerunt vel nubila queque. alii di-
cunt quia est aer. aliquid quod
est celum. *De partibus celi*

Ether locus est in quo sydera
sunt. et signat eum ignem qui
a toto mundo divisus separatus est.
Hunc aethera vero splendor etheris
et summo gradus. Sphera celi est
eo quod partes eius in rotundum
formata est. Et ideo quia tota est volu-
bilitas. sphera dicitur. sicut
et pile quibus ludunt infantes.
Nam philosophi dicunt celum in spheric
figura undique et quiddam orbibus
partibus equaliter contendens terram
terminata mundi parte et mole libra-
tam. Hunc moveri dicunt. et eam
motu cum sideribus in ea fixa ab
oriente usque ad occidentem cir-
cuire. septentrionibus breviores
gyros iuxta cardinem peragentibus.
Axis est septentrionalis linea
recta que per mediam pilam sphere
tendit. Et dicta axis eo quod in ea
sphera ut rota volvitur. vel quia
ibi plaustrum est. Cardines ex-
treme partes sunt axis. Et dicti cardi-
nes eo quod per eos vertitur celum.
Poli sunt circuli qui currunt per
axem. Horum alter est septentriona-
lis qui numquam occidit appellatur-
que boreus alter australis qui
numquam videtur. et austro notus est.
Et dicti poli quia sunt axium
celi circuli plaustrum a polire-
do. sed vocatur hic polus boreus
semper videtur. australis numquam quia
deorsum celi a loco sit quia per austri
Convexa extrema celi sunt a curvitate
dicta. Via quoque curva est et declina-
tum et divino. et circuli septem. Lacteus
circulus via est. que in sphera videtur
a candore dicta quia alba est. quam quidam
dicunt viam esse qua currit sol et
splendoris ipsius transitu ita lucere.

Habitatio ista *[illegible]*
celi circulorum distincta zonis
quinque quarum partes temperie sua in-
colere permisit. quarum incognita
enormitate frigoris aut caloris.
Zone autem ipse quinque sunt qui ideo zone
vel circuli appellantur eo quod in circum-
ductione sphere consistunt. Quorum
primus circulus qui articus appel-
latur. eo quod in eo arcto signa
inclusa perspiciuntur. que a nobis a polis
diversorum spacium sita. septemtriones
appellantur. Secundus circulus qui
tericus tropicus dicitur quia in eo circulo
sol aquilonis finibus estatem
facit. ultra eum circulum non transit. ex-
tra revertitur. et inde tropicus appellatur.
Tertius circulus quincerinus qui a
latinis equinoctialis appella-
tur. eo quod sol cum ad eum orbem pervenerit
equinoctium facit. Equinoctium
enim latine dicitur cum dies atque nox equali
circulo dimidia sphere pars est constituta
suspiciatur. Quartus circulus antarticus
vocatur eo quod contrarius sit circulo qui
articus vocatur. Quintus circulus ety-
merinos tropicos qui a latinis
hyemalis sive brumalis appella-
tur eo quod sol cum ad eum circulum pervene-
rit hyemem hiis qui ad aquilonem sunt
facit. estatem autem hiis qui in austri partibus
commorantur. Zodiacus autem circulus est.

Aer est inanitas De tonitruo
plurimum habens admixtum raritatis
quam cetera elementa. De quo Virgilius
longum per inane spatium. Dicitur autem
a τ w e w a i r e i n ab eo quod ferat
terram. vel eo quod feratur. Hic autem
partim ad terram, partim ad celestia
animalibus pertinet. Nam ille subtilis
ubi venti ac procelle moveri non
possunt consistere ad celestia pertinet. Iste
vero turbulentior qui exhalationibus
humidis corporatur terre deputatur. qui
se conversum multas species reddit. Nam
commotus ventos facit, vehementius con-
citatus ignes et tonitrua, contractus
nubila, conspissatus pluviam, congela-
tis durioribus nubibus nivem, turbulentius
districtus grandinem efficit. Nam aer
densus nubes. Et nubes rarefac-
ta et soluta aer. Nubes dicte ab
obnubendo, id est operiendo celum. Unde et
nupte quod vultus suos velent.
Unde et nuptias quod nubat, id est ma'c
zta tegat. Nubes autem aeris den-
sitas facit. Venti autem aerem conglo-
bant nubesque faciunt. Unde est illud
atque in nubem cogitur aer. De tonitruo
Tonitruum dictum quod sonus eius
terreat. Nam tonus sonus dicitur. Quod
ideo interdum tam graviter concutit omnia
ita ut celum discidisse videatur, quia
cum procella vehementissimi venti nubi-
bus se repente inmiserit, turbine in-
valescente exitum querens nubem
quam concavaverit impetu magno
perscindit, ac sic cum horrendo fra-
gore defertur ad aures. Quod mirari
quis non debet, cum vesica quamvis
parvula magnum tamen sonitum displo-
sa emittit. Cum tonitruo autem simul
et fulgura exprimuntur, sed illud celerius vi-
detur quia clarum est lumine. Hoc autem ad
aures tardius pervenit. Lux
que apparet ante tonitruum fulgur
vocatur, quod ut diximus ideo ante videtur
quia clarum est lumine. tonitruum vero
ad aures tardius pervenit. De
Fulgur et fulmen fulminibus
Ictus celestis iaculi a feriendo
dicti. Fulgere enim ferire est atque percu-
tere. Fulmina autem collisione nubium fi-
unt. Sicut omnium rerum collisio ignem creat
ut in lapidibus cernimus vel attritu
rotarum vel in silvis arborum, sic et in
nubibus ignem. Unde prius nubila
fiunt, deinde ignis. Nam nubes ante
et ignem flamma de nubibus fit
et impulsu ventorum emittitur. Ideo
autem fulminis ignem vim habere
maiorem ad penetrandum, quia subtili-
oribus elementis factus est qua-
m iste, id est qui nobis in usu est. Dicta
sunt autem tria nomina: fulgetrum,
fulgur et fulmen. Fulgetrum quia
tangit, fulgur quia incendit
et urit, fulmen quia findit. Ideo
tribus radiis fingitur. De arcu
Arcus celestis nubium effectibus
dictus a similitudine arcus curvati. Iris autem
proprie eius nomen est. Et dicta
iris quasi aeris, id est quod per aera ad terras
descendat. Fit autem a sole repercu-
ssi dum cave nubes contra adversum
radium solis accipiunt et arcus
speciem fingunt. Cuius varios colores
illa dicunt, vel quia aqua tenuis, aer
lucidus et nubes caliginosae irra-
diata ista varios edunt colores.
Pluvie dicte quod fluant quasi fluvie.
Nascuntur enim de terre et maris
exhalatione. Que cum altius eleva-
te fuerint aut solis calore

Nimbus

Nimbi

resolute aut ventorum compressione
pellantur nubes. Nimbus est
densitas nubis intempestive
robusta et in nimbi a nube.
Unde dicitur nimbi repentine et precipi-
tes pluvie. Ita pluvias no-
tamus lenitas et ingentes quasi flumina
vel quasi fluctus. Nimbus dicitur ad
nubes et ad pluvias pertinent
dicte hoc vocabulo quod terram nubi-
cunt ad eminuandum. Complexus a
natura autem. Imber et pluvia ex
qua terra atque aqua nascuntur
et imbri est a nube genita.
Grando appellata quod sit ex
granorum similitudine. Grando a ma-
iorum rigore durantur et nube
ac solidantur et nimbus rupto quod
ac solvuntur. Nix a nube in-
venit et glaciem a gelu et
aqua quasi glacies congelata aqua.
Gelu dicitur quod eo stringitur tellus
et quasi propria terra. Dicitur a ma-
iore gelu stringitur terra et sunt
nivosa frigora. Pruina est matutini
temporis frigus. Et in pruina
nomen accepit quia sit ignis
urit prius cum ignis. Vere u-
rat frigus et ad solem perunt.
Ita uno sermone duo diversa
significant. Per eo quod uno effectu
sunt, tibi eis cum ignis est et calore
et frigore. Unde contraria super ni-
mium. Ita calor urit ut est
dulce bonum percipibile frigus
adurit. Ros quando est capilli vo-
sir dicitur. Alii putant ros dictum
quasi rarus est et non spissus ut pluvia.
Nebula in dicta unde et nubila

ab obnubendo scilicet quod est operiendo
terram. Unde quod nubes volantes faciunt
exhalant cum valles humide. Nebu-
las efficiunt nubes in nubila
in nimbis. Nebule a ima petunt
ad summitas est. Prima ad nubila.
Caligo nubium est densitas spissitudine
aeris effecta. Et dicta caligo quod ma-
nifeste aeris calorem signat. Tene-
bre dicuntur quod tenent umbras. Unde
quod sit tenebre. Sed ipsa lucis absentia
tenebre dicuntur. Umbra est aer carens
sole. Dicta quia opacat. Cum solis ob-
iectu radiis est a mobili terra
corpore solis tantum et quod motu vento
ita quasi moventur contra solem vobis-
cum moventur umbra. Quia ubique loco
a radiis obsistit. Inde illi lumine
absconditur. Fiunt et umbrae nubibus
nubibus et ergo et ventus nubes umbra.
Lux ipsa substantia quod a luce ma-
nat. Lux candidis lucis et hoc con-
fundunt auctores. De ventis

Ventus est aer commotus et agitatus
et per diversas partes celi vorat
diversa sortitur. Dictus a ventus quod
sit vehemens et violentus. Sunt a
cuius tanta est ut non solum saxa et
arbores evellat. Sed etiam celum
terram quod conturbet maria commovet.
At [illegible] quatuor in supra partes sit.
Principales quatuor sunt. Quorum primus ab oriente sub-
solanus. A meridie auster. Ab
occidente favonius. A septentrione
septentrio. Nomen ventus assignat ha-
bentes geminos. Quin in natura
sunt. Subsolanus dicitur a sole
nascendo. Sed alius cuius est dextra
a dextris. Eurus austro a sinistris
affricus. Favonius a parte dextra

affricus alienus chorus

affricum a libia. Chorum vero septentrio
a dorso. circium a sinistris aquilonem.
Hii xii venti mundi globum flatibus
circumagunt. quorum nomina ex propriis
causis facta sunt. Nam subsolanus
vocatur eo quod sub ortu solis nascatur.
Eurus eo quod flat ab eo, id est ab orien-
te. est enim coniunctus subsolano. Vulturnus
quod alte tonat. De quo Lucretius: Altito-
nans vulturnus et auster fulmine po-
llens. Auster ab hauriendo aquas
vocatur. Unde et densum aerem facit et
nubila nutrit. Hic grece notus appellatur
propter quod interdum corrumpit aerem. Nam pe-
stilentia que ex corrupto aere nascitur
austro flante in reliquas regiones im-
mittitur. Denique sicut auster pestilentiam
gignit. sic aquilo repellit. Euro-
auster dictus quod ex una parte eurum
habeat ex alia austrum. Austroaffricus
quod iunctus sit hinc et inde austro
et affrico. Ipse et libonotus quod sit ex
libe hinc et inde noto. Zephirus greco
nomine appellatus eo quod flores et germina
eius flatu vivificentur. Hic latine fa-
vonius dicitur propter quod foveat que nascuntur.
Austro flores solvuntur et zephiro
fiunt. Affricus ipsa regione vocatur
in affrica enim initium flandi sumit.
Chorus est qui ab occidente estivo flat
et vocatur chorus eo quod ipse ventorum
circulum claudat et quasi chorum faciat.
Hic et caurus dictus quem plerique ar-
gesten dicunt. ut imprudentibus
vulgus argeste. Septentrio dictus
eo quod circulo septem stellarum consurgit
que circueuntes eundem vertiginato ca-
pite fieri videntur. Circius dictus eo
quod sit choro iunctus. Hunc hyspani
gallicum vocant propter quod eis de parte
gallie flat. Aquilo dictus eo

quod aquas stringat et nubes dissi-
pet. Est enim gelidus ventus et siccus
idem et boreas quod ab hyperboreis
montibus flat. Unde et origo eius
venti est. Unde et frigidus est. Nota
quod septentrionalium ventorum frigida
et sicca est natura, australium humida et cali-
da. Ex omnibus autem ventis duo car-
dinales sunt, septentrio et auster.
Ethesie autem flabra aquilonis sunt
quibus nomen inditum est quod uno anni
tempore flatus agere incipiunt. Ceci-
nitos cuius grece latine animus dicitur
qui a cursu vero aborta in
egyptum sunt quasi austro contrarius
est. Duo sunt autem que hos ubique spirare
magis quam venti aura et altanus.
Aura ab aere dicta quod aura aere ple-
nus sit motus aeris. Agitatus
enim aer auram facit. Unde et Lucre-
tius aerias auras. Altanus
qui de pelago est per diminutionem ab alto
id est mari vocatur. Nam alter est
flatus vel spiritus quem superius au-
ram. nam aura terre est. Turbo est
volubilitas ventorum. Et turbo
dictus a terra, quia venti consurgunt
et terram in circuitu mittunt. Tempe-
stas a tempore dicitur. sicut ubique hysto-
riographi solent dicere dicunt
eo tempestate aut eo statu celi.
Est enim magnitudine sui multis dubius
ditur. Verno autem et autumpnali
tempore quod maxime sunt tempesta-
tes. quia nec plene est estas nec
plene yemps. Unde inter utrumque confine
utriusque temporis concurrentes aeris con-
trarii efficiuntur tempestates.
Fragor a fractarum rerum nomina-
tus est sonitu. quod scissa quevis
et aerea facile frangit. Procella
ab eo quod pellat, id est percutiat et

h.

euellat. Est enim uis uenti cum
pluuia. procelle enim aere et fluctibus
aut et uentis sunt. Unde propter cele-
ritate tam uentos quam flumina
alata fingunt poete ut auster &

Aqua dicta quod superficies aquis
eius equalis sit. Hinc et
equor appellatum quia aqua sur-
sum est. Duo autem ualidissima uite
humane elementa. ignis et aqua.
Unde grauiter dampnantur quibus ignis
et aqua interdicitur. Aquarum elementum
ceteris omnibus imperat. Aque enim
celum temperant terram fecundant.
aerem exalationibus suis incorporant.
scandunt in sublime et celum sibi
uendicant. Quid enim mirabilius
aquis in celo stantibus? parum sit
in tantam peruenisse altitudinem. ra-
piunt et secum piscium examina
effuse omnium nascentium cau-
sa fiunt. Fruges gignunt. ar-
bores fruticesque herbas et ponunt
sordes detergunt peccata abluunt. po-
tum cunctis animantibus tribuunt.

Aquarum nature. de diuersitate aquarum
diuersitas multa est. Alie enim
salse. alie nitrose alie aluminose.
alie sulphuree. alie bituminate
alie curam morborum adhibentes
Nam in Roma albule aque
uulneribus medentur. In ytalia fons
ciceronis oculorum uulnera curat.
In ethiopia lacus est quo perfusa cor-
pora uelud oleo nitescunt. Zame
fons de affrica canoras uoces facit.
Clitorio lacu italie qui bibe-
rint. uini tedium habent. In chio
insula fonte est quo hebetes
fiunt. In boetia duo fontes
alter memorie. alter obliuionis
auctor. Cyzici fons amorem
ueneris tollit. Boetie lacus furi-
alis est. de quo qui bibit ardore
libidinis exardescit. In campania
sunt aque que sterilitatem feminarum et uirorum
insaniam abolere dicuntur. In ethiopia
fonte rubro qui bibit limphaticus
fit. Lethinus fons archadie
abortus fieri facit. In sicilia fon-
tes sunt duo. ex quibus unus sterilem fecun-
dum. alter fecundam sterilem facit.
In thessalia duo flumina sunt ex uno
bibentes oues nigras fieri ex altero
albas ex utroque uarias. Clitumni-
nis lacus in umbria maximos
boues gignit. Reatinis palu-
dibus aquis iumentorum ungulas
indurari. In affaltide lacu iudee
nichil mergi potest quod animam habet. In in-
dis side uocant stagnum in quo nichil
innatat. sed omnia merguntur. At contra
marte lacu porridanum omnia
fluitant nichil mergitur. Chonsile
fons insicia. supra gelit. In archadia
aqua profluit ex saxis Styx appe-
llata que ilico potata interficit.
Colonum stagnum asie. uitro
odore abigit proximantes. Fons
est in affrica circa templum ammo-
nis qui [illegible]. noctibus feruet. in-
stingit. faculas et inspiratas
succendit. Fons iob in ydumea qua-
ter in anno colorem mutare dicitur
id est puluerulentum sanguineum.
uiridem et limpidum. ternis mensibus
in anno. ternis colores unum colo-
rem. In trogroditis lacus est qui ter
in die fit amarus et deinde totiens
dulcis. Fons syloa ad radicem
montis syon. non iugibus aquis
sed incertis horis diebusque ebullit.
In iudea quidam riuus sabbatis
omnibus siccatur. In syria fontes

calidi fontes oculis medentur.
sunt et argenti. Ita calide et
tepide corpora faciunt. In plerisque lo
cis eciam ligno facto contingunt
nature et accendunt potum.
Apud garamantes fons est
ita algidus die ut non bibatur
ita ardens nocte ut non tangatur.
Iam vero in multis locis aque man
dant spiritum fluentes terra in
qua sulphur calefaciat. Demum
cum terre sit quod multum sulphuris
habeat terra concaluerit. Unde
calide ab origine effluunt. Sed pre
muntur in terra sulphur cum
aliunde ex fontes fiunt aque. Utraque
maria ignes plena minimis
motibus recalescunt. De mari in gene

Mare est aquarum generalis colle
ctio. Omnis enim congregatio aquarum
sive salse sint sive dulces abu
sive maria nuncupantur iuxta illud
Et congregationes aquarum vocavit maria. Proprie
tamen mare appellatum eo quod aque eius
amare sint. Equor autem vocatum quia
equale per se est et cumulus aque fluc
tuantes nullis motibus eriguntur
sed tantum tempestatibus agitan
tur. Albedo cum maris diversa est
mediocria tum dorsi equalitas. Ideo
autem mare incrementum non capit cum
omnia flumina omnesque fontes recipiat
hec est causa partim quod influentes undas
ipsa magnitudo eius non sentiat. Deinde
quod amara aqua dulce fluentum con
sumat. Deinde quod ipse nubes multum
aque ad se attrahunt. Sive quod illam
partim auferant venti partim sol
siccet. Postremum quia per occulta quedam
terre foramina percolatur et ad capud
amnium fontesque revolutum re
vertitur. Maris autem color
perplexe motum mutat. Item unde

flamma est. In lutulentum in atrum
ceruleum colorem. De occeano

Oceanum latini eo vocant eo quod circu
li modo ambiat orbem. Sive quod
a celeritate colore nitet. Oce
anus qui terminus est qui terras
undique amplectitur alternis estibus
accedit atque recedit. Respirantibus
enim in profundum ventis aut revomit
maria aut resorbet. Quinque apud
regiones diversa vocabula suscipit
ut gallicus, germanicus, scithicus, caspi
cus, hircanus, atlanticus, gaditanus.
Gaditanum fretum a gadibus
dictum ubi primo ab occeano maris mag
ni aditus. Unde Hercules cum Gadibus
pervenisset columpnas ibi posuit
sperans illic esse orbis terrarum finem.

Mare magnum est De mediterraneo mari
quod ab occasu ex occeano fluit
et in meridiem vergit inde ad septentrionem
tendit. Quod inde magnum appellatur
quia cetera maria in comparatione eius
minora sunt. Iste est et mediterraneus
quia per mediam terram usque ad orientem
profunditur Europam et Affricam Asiamque
disterminans. Cuius prime partes sunt
que in Hispanis profunditur Hibericus
et Balearicus appellatur. Deinde Gallicus
qui Narbonensem provinciam alluit.
Mox Ligusticus qui iuxta Genuam
urbem est. Post quem Tyrrenus
qui Ytaliam attingit quem greci
Ionium, Itali inferum vocant. Deinde
Siculus qui a Sicilia usque ad
Cretam vadit. Deinde Creticus qui
in Pamphiliam et Egyptum protendit.
Inde Helespontus qui in septentrionem
vertitur et faucibus magnis
iuxta Graeciam et Illiricum in angustias
septem stadiorum stringitur quo Xerxes
ponte navibus facto ingressus
transvenit. Hic Abidos mox

diffusus ab aquilone patitur. vincitur
stringitur et stat. Ponticum quod mox
coangustatur passibus quingentis fit quod
Bosforus et Thracius quo Darius copi-
as transportavit. Inde Ponticum
sinum amplissimum a tergo Meotidis
paludibus quod mare conpluitur multitudine
fluminum et dulcius quam cetera. nebulosum
quoque et brevius. Unde et Pontum vocatum quod
sit brevius atque eo plus fervens. et
tumores atque delfinos alias bel-
uas maiores in parte. Sunt autem
cum unum sit per diversis locis
variis appellationum vocabulis. Itaque per
regionibus hoc mare magnum di-
versis nominibus nuncupatur. Nam
Hibericum et Hispanicum a primis dicitur.
Ab insulis Balearicum. Siculum. Cre-
ticum. Ciprium. Egeum. Carpathium. Ita
ut inter Tenedum et Chium scopulus est in
mari potius quam insula quam venien-
tibus procul capre simile cernitur
quam Greci egan nuncupant unde et Egeum
mare est dictum. Sic et Carpathium
mare inter Egyptum et Rhodum ab
insula Carpatho illic posita. A
gentibus Gallicum. Africum. Dal-
maticum. Ligusticum. Ab oppidis
Argolicum. Corinthicum et Tyrium. Adri-
aticum vero ab Adria quadam civitate
Illirico mari proxima sumpsit que Adria-
tico mari nomen dedit. A proportione
alii ut Superum et Inferum quod sit
oriens superior et occidens inferior.
Est et Tyrrenum et Adriaticum a media
regione ut Ionium. Io quippe regio
fuit Grecie unde et Iones Athenien-
ses. Est et mare et Tyrrenum dictum. sive
quod Etruriam attulit alluit id est Tyrre-
niam sive a Tyrrenis nautis qui
se in mare precipitaverunt. Est et sinus
Ionium sinum est immensus ab Ionia
usque ad Siciliam reliquasque partes occasui
adiacentes. Achaicum. Epiroticum.
A moribus accolarum et consuetudinibus? ce-
teris autem appellationes a casibus
hominum qui ceciderunt in mari ut Helle-
spontum. Icarium. Myrtoum. Nam
Myrtoum mare dictum a Myrtilo
puero quem illic ab Oenomao preci-
pitatum est. Icarus vero Cretensis
ut fabule ferunt alas pennis
ceratis solis calore perdidit. Icari-
um quoque cadit nomen imposuit. Fri-
xus quoque cum Helle sorore sua fugiens
insidias novercales cum tenderet na-
vem signum arietis ferentem qui libra-
tus est Colchos ante sororem quoque
ipsa naufragium cadit unde ibi
mortua. Hellesponti mari nomen
indidit. Ab eorum fluctu Proponti-
dis vero dictum Propontum quod pontum
prevenit. Nam et a cursu ut an-
gustiis meatibus bovis Bosforus.
Egyptium autem pelagus Asie datur.
Gallicum Europe. Africum Libie. Hisque
ut queque proxima sunt nominantur
partes. Pelagus est latitudo maris
sine litore et portu. Grece nomine
autem ... pelagus ... et altum
dicitur et plagia eo quod sunt in
portuosa. De sinubus maris
Sinus dicuntur maiores recessus
maris ut in mari magno
Ionius. In Occeano Caspius. Rubrum
autem mare vocatum eo quod sit roseis
undis infectum. Non tamen tale natura
est quale cernitur. sed vicinis
litoribus inficitur. gurgites atque unde
omnis terra que circumstat pelago
rubra est et sanguineo colore. Proinde
et inde minium et acutissimum gignit
et aliis coloribus quibus picta natura

Ergo cum ita tractaverat Varro fluctibus subiacere dicit. Rubrum quod adiectum est, de colore tractum. Vel quia in litoribus gemmae rubrae inveniuntur et lapilli cuiusmodi. Huius duo sunt sinus. Vel quia rubrum mare habet colorem. Duo sinus sunt. Persicus qui ab oriente est. Persicus appellatur quia hi qui illinc Persae dicuntur habitant. Alter vero Arabicus dicitur, quia est terra Arabia.

De aestibus et fretis

Aestus ad oceanum pertinet, fretum ad utrumque mare. Nam aestus est maris accessus et recessus, id est inquietudo. Unde et aestuaria, per quae mare vicissim tum accedit, tum recedit. Fretum autem appellatum quia ibi mare semper fervet. Nam fretum est angustum et quasi fervens mare, ab undarum fervore nominatum, ut Gaditanum, ut Siculum. Nam freta, sicut Varro ait, quasi fervida, id est fervens et motu fervoris fluctuans. Fretum Siculum quod Regium dicitur Sallustius tale esse dicit. Quo tempore Italia olim Siciliae coniuncta fuisse, et dum esset una tellus, medium spatium aut per humilitatem obrutum est aquis, aut per angustiam scissum. Et inde Regium nominatum, quia Graeco abruptum hoc nomine nuncupatur. Est autem artissimum mille passuum spatium Siciliam ab Italia dividens, fabulosis infame monstris, quod hinc inde Scylla et Charybdis ostendunt. Scyllam accolae saxum mari imminens appellant, simile celebri formae procul visentibus. Unde et monstruosam speciem fabulae illi dederunt, quasi formam hominis capitibus succinctam caninis, quia collisi ibi fluctus latrare videntur. Charybdis dicta quod gurgitibus occultis naves absorbeat. Est enim vertiginosum, et incidentes ibi laniata naufragia profundo immergunt. Ter autem in die erigit fluctus et ter absorbet. Nam accipit aquas ut vomat, vomit ut rursus accipiat. Syrtes sunt arenosa in mari loca. Syrtes autem Sallustius a tractu nominari dicit, quod omnia ad se trahant et appropinquantia vadoso mari haereant. Sed et quae de mari ut in stagnis ... ut in Italia partibus nadunt(?). Has Vergilius brevia appellat, Graeci bracia.

De lacis et stagnis

Sunt autem quaedam maria quae in usum oceani fluctibus non moventur, ut mare magnum et cetera. Lacus et stagna. Lacus est receptaculum in quo aqua vetus neque miscetur fluctibus, ut lacus Asphalti, ut lacus Benacus et Larius et cetera, quos Graeci limnas, id est stagnos vocant. Nam fontes labuntur, flumina in certa defluunt, lacus stat in loco. In Iudaea lacus est quem Asphalti lacum, id est mare mortuum, dicunt, pro eo quod nihil gignat vivum, nihil recipiat de genere viventium. Nam neque pisces habet neque assuetas aquis et ... aves. Sed et quaecumque viventia inmergere temptaveris quamquam arte demersa statim resiliunt, et quamvis vehementer illisa confestim excutiuntur. Sed neque ventis movetur, resistente bitumine quo aqua omnis stagnatur, neque navigationis patiens, quia omnia vita carentia in profundum mergunt, nec materiam ullam sustinet nisi quae bitumine illustratur. Lucernam accensam ferunt supernatare; extincto(?) demergi. Huius longitudo et mare palmarum ...

dicitur. sunt lacus asfalti .i. bituminis
et in iudea inter iericho et zoara
longitudo cuius usque ad zoaros ara-
bie dicitur stadiis septingentis
octoginta latitudo stadiis centum
quinquaginta usque ad viciniam sodomo-
rum. Lacus tyberiadis ab oppido
tyberiade vocatur quod quidam herodes
in honore tyberii cesaris condidit. Est
autem in iudea omnibus lacubus salubrior et
ad sanitatem corporis quadam efficacior
Genesar lacus amplissimus in iudea
longitudine centum xl continetur stadiis
latitudine xl diffunditur crispantibus
aquis auram de se ventis sibi ipse
sibi excitans unde et genesar dicitur greco
vocabulo quasi generans sibi auram
denique per diffusa spacia lacus
frequentibus auris spirantibus agitatur
unde et purior haustu et ad pota-
dum dulcis et habilis. Benacus lacus
ytalie in venetia de quo fluvius
nascitur mincius qui lacus in magnitudine
sui tempestates imitatur marinas.
Lucrinus et avernus lacus campanie
sunt. lucrinus autem dictus quod olim propter
copiam piscium vectigalia magna
prebebat. Avernus autem lacus vocatus
quod aves ibi super volare non possent
Ita antea silvarum densitate sic
ambiebatur ut exalantes inde per
angustias aque sulphurice odore
quaslibet super volantes halitu pro
necaret. Quod hic angustius accipi
intelligimus. Lectus silvis cum pesti-
lentibus amenia reddidit loca.
Lacus autem idem est stagnum ubi manens
aqua quiescit. Unde dictum est stagnum
ab eo quod illic aqua stat nec decurrat.
Abyssus profunditas est De abysso
aquarum impenetrabilis sive
spelunce aquarum latentium. ex quibus
fontes et flumina procedunt vel que
occulte subterrunt. unde et abyssus
dicta. Itaque omnes aque sive torrentes
per occultas venas ad matricem
abyssum revertuntur. Fluctus dicti quod
flatibus fiant ventorum cum impul-
se aque fluctuant. Aqua enim stativa
et sine motu equalis videtur. Unde
clementis liquor (vel maris) Fretum commotio
lucrinique acrius videtur .i. motum
et corpus .i. quod resfluctuat. Unda
inter undam propterea quod est fluxa aqua commo-
tu quodam et agitatione. quasi ab eundo
et redeundo unda vocata est. Latex
proprie liquor fontis est. et dictus latex
quod in venis terre lateat. Gutta
est que stat. stilla que cadit. Unde
stillicidium quasi cadens stilla. Stei-
ria cum gelu est .i. gutta. Inde
fit diminutivum ut dicatur stilla
dicta quod stat aut pendeat de tectis
vel arboribus quasi glutinata gutta
est. dicta cadit stilla est. Spuma
dicta ab eo quod spumatur. Undas
cum sint undarum unde et in mustum et ea
que coquitur vel coquuntur spuma pur-
gantur. Unde et sputum. De fluminibus
Fluvius est perennis aquarum de-
cursus a fluendo perpetuo dictus.
Proprie autem flumen ipsa aqua. fluminis
cursus aque. fluvius autem flumen quia
fluminis .i. prior aqua quam decursus
Duo sunt autem flumina. aqua vini
torrens. alius vinum. de quo virgilius.
Et nunc flumine vino ablutio. Tor-
rens est aqua veniens cum impetu
dictus autem torrens quod pluvia crescat
siccitate torrescat .i. arescat.
De quo pacubius flammeo vapore
torrens torret. Cuius gratia abscisse-
me nomen dicimus. nos ab estate
te illi ab tempore quo siccatur. nos
autem a tempore quo fluat. Amplius

flumen est decurrens aqua a fontibus
perhennitas et ex ipsa continuitate
amnis vocatur. Rivus proprie
fluvius arvis. sive aquarum fit
sive quibuslibet rivis. Rivi dicti quod de-
ducuntur ad irrigandum i. indu-
cendum aquas de agris. Rigua irrigatio
inductio est. Gurges proprie locus altus
in flumine. Puteus est locus defossus
ex quo hauritur aqua a potatione
dictus. Fons caput est aque nascentis
quasi aquas fundens. Eruditi autem
fluminum proprietates et causas nomina
acceperunt. Ex quibus quidam in ulla notabilia
sunt que in hystoriis celebres inveni-
untur. Gyon fluvius de paradiso
exiens atque universam ethyopiam
cingens. vocatus sic nomine quod
incremento sue exundationis
terram egipti irriget. Hic enim gen
latine terra dicitur. Hic apud egyptios
nilus vocatur propter limum quem
trahit qui efficit fecunditatem. Unde
et nilus dictus quasi nea lon
nova autem nilus. Latine melo
dicitur. Apparet autem de ulic& latu
et quod incidere usus incipitur. Egyp-
to ubi aquilonis flatibus repressis
aquis retro luctatibus intumescit-
rum inundatione egipti fit. Ganges
fluvius quem phison i. caterva
sacra scriptura commemorat. exiens per-
git ad indie regiones. Dictus
autem phison i. caterva quia decem
fluminibus magnis sibi adiunctis
impletur et efficitur unus. Ganges
autem vocatus a gangaro rege in-
die. Fertur autem nili modo palacie
terras super orientis terras erumpere. Tigris
fluvius mesopotamie de pa-
radiso exiens et pergens contra
assyrios et post multos anfractus in
mare mortuum influens. Vocatus
sic nomine propter velocitatem instar
bestie tygridis nimia pernicitate
currentis. Eufrates fluvius meso-
potamie de paradiso exiens co-
piosissimus gemmis qui per mediam
babiloniam influit. Hic a frugi-
bus vel ab ubertate nomen accep-
it. Hebraice eufrata fertilitas interpretatur
ac mesopotamiam in quibusdam locis
ita irrigat sicut et nilus alexan-
driam. Salustius autem auctor certissimus
asserit tygrim et eufratem uno
fonte manare de armenia qui
per diversa euntes longius dividuntur
spacio medio relicto multorum milium
que terra que ab ipsis ambitur me-
sopotamia dicitur. Ex quo quidem animad-
vertit alius de paradisi fluminibus intelli-
gendum. Ydaspes fluvius orientis
qui rubro mari excipitur. Ytaspes
fuit medorum rex antiquissimus ex quo
amnis orientis nomen accepit
qui ut ydaspes dicitur. Et quo latinus
est dictus sit. Fluvius orientis persarum
dictus quod dividat dicitur. Araxes
fluvius orientis de quo virgilius. aut
ararim parthus bibet. aut ger-
mania tygrim. Currit cum per par-
thia rassura. Bactrus fluvius
orientis a rege bactro vocatus sit
ac bactriani et urbs eorum. Choas-
pis persarum fluvius vocatus eorum
lingua quia miram aque dulcedinem
habeat adeo ut persici reges quam-
diu intra ripas persicas fuit sibi
ex eo pocula vendicarent. Cholce
ampne quendam tigrim cilicie
fluvium dominari confirmat. Araxes
amnis armenie qui ab uno
monte cum eufrate diversa specie
oritur dicta quod rapacitate cietur

Salustius. autor certissimus

perseverat. Unde rex alexander cum
transire vellet ponte sabbato
tanta vi inundavit ut pontem
dirueret. Hic variis intervallis ab
eufratis ortu caput tollit ac
deinde in caspium fertur. Orontes flumen
syrie qui vocatur orientes iuxta
antiochie muros decurrens a sol[is]
ortu oriens non longe ab urbe ma-
ri conditur. quem de originis sue lectu
orontem veteres latini appellaverunt
cum fluentis copioso impetu surgi-
dioribus et zephiris assidue ubi
spirantibus eo civitas montis
[?] orbis ut fertur. Iordanis
iudee flumen a duobus fontibus
nominatur quorum alter vocatur ior alter
dan. His ergo parvo a se distantibus
in unum alveum federatis iordanis
deinceps appellatur. Nascitur autem sub
libano monte et dividit iudeam
et arabiam. qui per multos circuitus iuxta
iericho in mare mortuum influit.
Cyrus caucasiis montibus effusus
cum pluribus aliis in sinum se pre-
cipitat maris unde et nuncupatur.
Cignus amnis cilicie a tha-
uro monte progrediens. [illegible]
[illegible] huius [illegible]. Et quia candidum
cignum gentili lingua syri dicunt.
Unde cingnio candore nomen datum quod
tumeat estate quo nives solvuntur
reliquis autem temporibus tenuis et
quietus. Hilas flumen asie. Pac-
tolus flumen asie harenas
aureas trahens de quo virgilius
pactolusque irrigat auro et
[?] fluvium alii chrisortham
vocant. Caistrus flumen asie
qui smirneos secat campos et ripe
fluctibus amnis et chaistrius plurimus

a quo et smirna vocata est. Me-
ander amnis asie flexuosus
qui recurvatis ripis inter asiam
et ioniam precipitatur de sinu qui mi-
letum dividit et preterea meander
vocatus quod flexuosus sit et
nusquam currat rectus de quo ovidius
Liquidis ludit meander in
undis. Thanais fuit rex scitharum
primus a quo thanais est flu-
vius nuncupatus qui ex ripheis
fluens montibus dividit europam
ab asia inter duas mundi partes me-
dius currens atque in ponto fluens.
Inachus achaie amnis ar-
golicos irrigans campos quem rex
achaie ipse vocavit quod primus ar-
givie genti primus imperavit. Iste
est et arimanus ab arimanto
monte dimissus. Padus ytalie
flumen alpium iugis superis
[?] fontibus oritur · quibus vim
notabilis est padus qui diffusus
in modum stagni amplius sinu
dirigit [?] et padus est nuncupatus
sicut a grecis eridanus cognominatus
ab eridano solis filio qui fulmine
[?] qui fulmine percussus in eodem
flumine deiectus est et dictus
dicitur quod per ortum canis liquescen-
tibus nivibus et accessione
xxx fluminum circa ravennam
vadatam mare defertur. Tyberis
ytalie flumen a tiberino rege
albanorum dictum appellatur quod in illud
flumen incidit et de ortu suo
nomen dedit. Hic autem albula
antiquum nomen a colore habuit
quod nivibus albus sit. Ipse est autem
tiberis qui et tybris. Sed tyberis
de cotidiano sermone tybris de ipso

dicitur. Danubius Germanie fluvius
vocatus sive a nivium copia quibus
magis augetur. Iste est qui de Europa
plus orbus ultra famam et ceteris et
hyster quia dum per d[...]nias vadit
gentes mutat et nomen. et magno-
res sibi ambiendo colligit vires.
Oritur a Germanie iugis et contra oc-
cidentalibus partibus barbarorum pergens
in oriente. sexaginta duos fluvios
recipit. vii. ostiis in ponticum in-
fluit. Rhodanus Gallie fluvius
ab oppido quodam quod Tyrrheni conse-
derant. scindens in medium sepe
navigationem facit periculosam inter
se mari fluctus et amnis fluenta
decertant. Rhenus a Rhodani so-
cietate sic vocatus quia cum eodem
corona provincia oritur. Est autem
Germanie fluvius inter tres Euro-
pe maiores fluvios computatus
qui a iugo Alpium usque ad occe-
anum profunditur. quos suos dirigit.
Iberus amnis a quo tota
Hispania nomen dedit. Garunna
fluvius Gallie nomen a colore
pigmenta suscepit quod de eo plurimum
ducuntur. Durius a quo quidam dicunt
Tagum fluvium a Carthagine His-
panie nuncupatum ex quo ortus procedit
harenis auriferis copiosus et
ob hoc ceteris fluviis Hispaniarum
prelatus. Baetis fluvius qui et
Baetice provincie nomen dedit. de
quo Martialis: Baetis olivi-
fera crinem redimite corona aurea
qui nitidis vellera tingis aquis
eo quod ibi lane pulchro colore tin-
guntur. Baetis autem dictus quod humili
solo decurrat. Bithinie enim greca
humile vel inferius vocatur. creta

que fluvio de diluvio soluta mole
terrarum sepulta sunt. quedam vero que in-
ciderunt abyssi vel ruptis montibus
emerserunt. De diluviis

Diluvium dictum quod aquarum clade
deleat quod inundavit deleat-
ur. Diluvium primum extitit sub Noe quando
hominum sceleribus omnipotens toto orbe
commoto delevit cuncta. Unum spatium
celi fuit ac pelagi. Cuius indicium
hactenus videmus de lapidibus quos
in remotis montibus conchis et ostre-
is concretos. sepe etiam cavatos aquis
visere solemus. Secundum diluvium fuit
in Achaia Iacob patriarche et Ogygi
temporibus. qui Eleusine conditor et rex
fuit. nomen quoque loco et tempori dedit.
Tertium diluvium in Thessalia Moysi
et Amphictionis temporibus fuit. qui
tertius post Cecropem regnavit. Cuius
temporibus aquarum illuvies maio-
rem partem populorum Thessalie absor-
psit. paucis per refugia montium
liberatis maxime in monte Parnaso.
circa quem tunc Deucalion regno
potiebatur. qui tunc ad se ratibus
confugientes susceptos per gemina
Parnasi iuga fovit et aluit. propterea
genus hominum Grecorum fabule a lapidi-
bus reparatum ferunt ab eo quod per
homines instar cordis durata. Et
fluvia cum insolitis aucta im-
bribus vel [illegible] vel diuturni-
tate vel magnitudine inundationis
ultra ripas exeunt. et ipsa diluvia
dicuntur. Torrens a pluvia est super
modum crescit. in estate prius
inferre dampnum. [illegible] aliqua
prosperitate [illegible]

De terra.

De orbe.

De asia et partibus eius
De europa et partibus eius
De lybia et eius partibus
De insulis et promontoriis
De promontoriis
De montibus ceterisque terre vocabulis
De inferioribus terre. De terra

Terra est in media regione mundi posita omnibus partibus celi in modum centri equali intervallo consistens. Que singulari numero totum orbem significat. pluraliter vero singulas partes. Cuius nomina diversa dat ratio. Nam terra a superiori parte qua teritur. humus ab inferiori vel humida terra ut sub mari. Tellus autem quia fructus eius tollimus. Hec et Ops dicta eo quod opem fert frugibus. Eadem et arva ab arando et colendo vocata. Hec autem terra ad distinctionem aque arida nuncupatur. sicut scriptura ait quod vocavit deus aridam terram. Naturalis enim proprietas siccitatis est terre. Nam ut humida sit. aque affinitate sortitur. Cuius motum alii dicunt ventum esse in concavis eius qui motus eam movet. Salustius: Ventis per cava terre citatis rupti aliquot montes tumulique sedere. Alii aquam dicunt generalem in terris moveri. ut eas simul concutere. sicut vas. ut dicit Lucretius. Alii spongiosam terram volunt. Cuius pleraque latentia ruinis supposita cuncta concutiunt. Terre quoque hiatus aut motus aque inferioris fit. aut crebris tonitruis aut concavis terre erumpentibus ventis.

De orbe

Orbis a rotunditate circuli dictus quia sicut rota est. Unde brevis etiam rotella orbiculus appellatur. Undique enim oceanus circumfluens eius in circulo ambit fines. Divisus est autem trifarie e quibus una pars asia altera europa. tertia affrica. que libia nuncupatur. Quas tres partes orbis veteres non equaliter diviserunt. Nam asia a meridie per orientem usque ad septentrionem pervenit. Europa vero a septentrione usque ad occidentem atque inde affrica ab occidente usque ad meridiem. Unde evidenter orbem dimidium sola asia tenet. Sed ideo iste due partes sunt facte quia inter utramque partem ab occeano mare medi terraneum magnum ingreditur. quod eas intersecat. Quapropter si in duas partes orientis et occidentis orbem dividas asia erit in una. in altera vero europa et affrica.

De asia

Asia ex nomine cuiusdam mulieris est appellata que apud antiquos imperium tenuit orientis. Hec in tertia orbis parte disposita ab oriente ortu solis. a meridie oceano. ab occiduo nostro mari finitur. a septentrione meotide lacu et tanai fluvio terminatur. Habet autem provincias multas et regiones quarum breviter nomina et situs expediam sumpto initio a paradyso. De

Paradisus [pt divisit terra] est locus orientis [pt diluvium] partibus constitutus cuius vocabulum ex greco in latinum vertitur ortus. porro hebraice eden dicitur quod in nostra lingua delicie interpretatur. quod utrumque iunctum facit ortum deliciarum. Est enim omni genere ligni et pomiferarum arborum consitus. habens etiam et lignum vite. Non ibi frigus non estus sed perpetua aeris temperies.

Huius de medio fons prorumpens totum
nemus irrigat diuiditurque in quattuor
nascentia flumina. Cuius loci post pec-
catum hominis aditus interclusus est. Septus
est enim undique romphea flammea
id est muro igneo accinctus, ita ut
eius cum celo pene iungat incendium.
Cherubin quoque id est angelorum presidium
arcendis spiritibus malis super
romphee flagrantia ordinatum
est, ut homines flamme angelos
uero malos angeli submoueant,
ne cui carni uel spiritui transgres-
sionis aditus paradisi pateat.

de India

India uocata ab Indo flumine
quo ex parte occidentali clauditur.
Hec a meridiano mari porrecta
usque ad montem Caucasum peruenit,
habens gentes multas et oppida. In-
sulam quoque Taprobanen gemmis et
elephantis refertam, Crisam et Argi-
ren auro argentoque fecundas,
utilem quoque arboribus foliis num-
quam carentem. Habet et flumina Gangem
et Indum et Hypanim illustrantes
Indos. Terra Indie fauonii
spiritu saluberrima; in anno bis metit
fruges; uice hyemis ethesias
patitur. Gignit autem tincti coloris
homines, elephantes ingentes, mo-
noceron bestiam, psitacum auem,
ebenum quoque lignum, et cinnamomum
et piper et calamum aromaticum.
Mittit et ebur, lapides quoque precio-
sos: berillos, crisoprassos et ada-
mantem, carbunculos, lignites,
margaritas et uniones, quibus
nobilium feminarum ardet ambitio.
Ibi sunt et montes aurei, quos adire
propter dracones et grifes et inmensorum
hominum monstra inpossibile est. // Parthia
ab Indie finibus usque ad Mesopo-
tamiam generaliter uocatur. Propter uictam
enim Parthorum uirtutem et Assyria
et cuncte proxime regiones eo nomi-
ne sunt. Habet enim decem: Arachosia,
Parthia, Assyria, Media et Persida,
que regiones coniuncte sibi incipi-
unt ab Indo flumine, finiuntur Tigri,
clauduntur locis montuosis et asperio-
ribus, sita habentes flumina Idaspe-
ren, Arban. Sunt enim inter se finibus
suis discrete. Vocata Assyriis auctoribus
ita nuncupata. Arachosia
ab oppido suo nuncupata. Par-
thiam Parthi a Scithia uenien-
tes occupauerunt, eamque ex suo no-
mine uocauerunt. Huius a meridie
mare rubrum, a septentrione Hyrca-
num salum, ab occidua parte plaga
media. Regna decem et octo sunt, por-
recta a Caspio litore usque ad terras
Scytharum. Assyria uocata ab Assur
filio Sem, qui eam regionem post
diluuium primus incoluit. Hec ab
ortu Indiam, a meridie Mediam
tangit, ab occiduo Tigrim, a sep-
tentrione montem Caucasum, ubi
porte Caspie sunt. In hac regione
primus usus ductus est purpure.
Inde primum crinium et corporum un-
guenta uenerunt, et odores quibus
Romanorum atque Grecorum effluxit luxuria.
Media et Persida a regibus Medo
et Perso cognominate, qui eas primitus
bellando aggressi sunt. Ex quibus
Media ab occasu transuersa Parthia
regna amplectitur, a septentrione
Armenia cingitur, ab ortu Caspios
uidet, a meridie Persidam. Huius terra
medicam arborem gignit, que alia
regio numquam profert. Terra
Medie due, maior et minor.

Persida tendens ab ortu usque ad indos
ab occasu rubrum mare cingit. Ab aqui-
lone vero mediam tangit. ab au-
stro carmaniam que perside adheret
cuius caput est opidum nobilissimum
Persipolis [illegible] orta est ars magi-
ca. ad quam nemroth gigas
post confusionem linguarum abiit. ibi-
que persas ignem colere docuit. ignem
namque illis partibus omnes solem colunt
qui ipsorum lingua el dicitur. Mesopo-
tamia greca ethimologia possidet
quod duobus fluminibus ambitur. Nam
ab oriente tigrim habet. ab occasu
eufraten. Incipit autem a septentrione
inter montem taurum et caucasum
cuius a meridie succedit babilonia deinde
caldea. novissime arabia
eudemon. Babilonie regionis
caput babilon urbs est. a quo
et nuncupata. tam nobilis ut cal-
dea et assiria et mesopotamia in
eius nomen aliquando transierint. Arabia
appellata id est sacra. hoc enim significatur
interpretatione eo quod sit regio thurifera
odores creans. Hinc eam greci eude-
mon. nostri beatam vocaverunt. In cuius
saltibus et mirra et cinnamomum
provenit. Ibi nascitur avis fenix.
Sardonix gemma ethiopes melo-
dides et pedes vota. ibi [illegible] nascuntur
Ipsa est et saba appellata a filio chus
qui nuncupatus est saba. Hec a
augusto [illegible] ab oriente usque
ad persicum sinum protenditur. cuius sep-
tentrionalia chaldea clauditur.
occasu. sinus arabicus. Syria
syrius quondam [illegible] indigena
a suo vocabulo nuncupasse. Hec
ab oriente flumine eufrate. ab
occasu mari magno et egipto terminatur

habens a septentrione armeniam
et cappadociam. a meridie sinum ara-
bicum. Citus est porrectus [illegible] in
siam longitudine et alto angustior
Habet autem sub se provincias comagenam.
feniciam. et palestinam. tunc preter
iudeam absque saracenis et naba-
theis. Comagena prima provincia
syrie a vocabulo comage urbis
nuncupata. que quondam ibi metro-
polis habebatur. Cuius est a septentrione
caldea ab ortu. mesopotamia
a meridie. syria ab occasu. mare
magnum. Fenix cathmi frater de
thebis egiptiorum in syriam profectus
apud sydonem regnavit. eamque pro-
vinciam ex suo nomine feniciam appellavit.
Ipsa est ubi est tyrus [illegible]
[illegible] Habet ab oriente arabiam. q amorre me
a meridie mare rubrum. Palestina
provincia philistiim urbe cui metro-
polis fuit. que nunc dicitur ascalon.
eo quod tunc omnis terra [illegible] regio
palestina. Cuius ab oriente mare
iudea conspicitur. rubrum occurrit. a me-
ridianoque latere iudea conspicitur. a
septentrionali plaga tyriorum finibus
clauditur. ab occasu egipcio limite
terminatur. Iudea regio palestine
ex nomine iude appellata ex cuius
tribu reges fuerunt. Hec prius cana-
nea dicta est a filio cham. sive a decem
chananeorum gentibus quibus ex-
pulsis earum terram iudei possede-
runt. Cuius longitudo extenditur
a vico arsa usque ad vicum iulias
in quo iudeorum [illegible] et
tyriorum [illegible] est. latitudo
autem a monte libani usque ad ti-
beriadis lacum extenditur. In
medio autem iudee civitas iherosolima

est. quasi umbilicus regionis totius
terre. variarum opum dives. frugi-
bus fertilis. aquis illustris. opi-
ma balsamis. unum precium clarior
gentium consistunt medicamen
promissa patribus terra. fluente
lacte et melle. tu licet illis de re-
promissionis purgatiua pollicetur.
Samaria regio palestine ab o-
pido quodam nomen accepit quod vo-
cabatur samaria civitas quondam rega-
lis in israel que nunc ab augusti
nomine sebastia nuncupatur. Est autem
regio inter iudeam et galileam me-
dia iacens. Incipiens a vico qui
nominatur enaim (?) et desinens in tho-
parchia acrabathena. Natura eius omnino consimili
nec ullo differens a iudea. Gali-
lea regio palestine vocatur
eo quod gignat candidiores homines quam
palestina. Est autem duplex scilicet superior
et inferior. Ubi autem iungitur syrie et
fenice adherentes. terra opima
et fertilis. frugibus satis fecunda.
Pentapolis regio in confinio ara-
bie et palestine sita. dicta a quinque
civitatibus impiorum que celesti igne
consumpte sunt. terra quondam ab ierosolimis
olim uberrima. nunc autem deserta atque
exusta. Nam propter scelera incolarum de
celo descendit ignis qui regionem
illam in eternos cineres dissolvit. Cuius
umbra quedam restat in favillis et
arboribus ipsis. Namque videntur
nascentia ibi poma
virentia sub tanta specie maturitatis
ut edendi gignant cupiditatem. Si carpas
fatiscunt ac resolvuntur in cinerem
fumumque exhalant quasi adhuc
ardeant. Nabathea regio a
nabaoth filio ismael nuncupata

Iacet autem inter arabiam et iudeam
et porrigitur ab eufrate in mare ru-
brum porrigitur. et est pars arabie. Egyp-
tus quondam aeria dicebatur. ab egi-
pto danai fratre postea ibi reg-
nante nomen accepit. Est autem ab orien-
te syrie ac rubro mari contermina.
ab occasu libiam habet. a septentrione
mare magnum. a meridie vero
introrsus recedit. protendens usque
ad ethiopes. Regio celi ymbribus
insueta et pluviarum ignara. Nilus
solus eam circumfluens irrigat et inunda-
tione sua fecundat. Unde et ferax
frugibus multam partem terrarum fru-
mento alit. Adeo commerciorum adeo
copiosa. ut impleat necessariis
mercibus orbem terrarum. Finis egy-
pti canopea a canopo menelai
gubernatore sepulto dicta in ipsa
qua libie proxima. et hostium nili fuit.
Geres oppidum orientis. a quo et gentis
Persida regio nuncupata est. Est autem
a persico occeano et mari caspio.
ad occasum orientalem inflectitur. nobi-
libus frondibus fertilis quibus in nullo alio
crescunt. quas aliis gentibus ferunt
ad usum vestium mercandum. Bac-
trie regionis proprius amnis bact-
ros nomen dedit. Partes eius
que plane sunt. plures ingens ambitur
qua adiuncte sunt. Indi fluminis fontibus
terminantur. reliqua includit hostium
fluminis. Capitat bactra fortissimos
tamen et. unde attributis predes.
Scithia sive gothia a magog
filio iaphet fuit cognominata
cuius terra olim ingens fuit. Nam
ab oriente indie a septentrione
per paludes meotidas inter danubium et ad
occeanum usque germanie fines
porrigebatur. postea vero minor

effecta. a dextra oceani parte qua
oceanus sericus tenditur usque ad
mare caspium tenditur. quod ad occa-
sum, dehinc a meridie usque ad
caucasi iugum deducta est. cui
subiacet hyrcania. plura ab occa-
su. habens per gentes multas propter
terre infecunditatem late vagan-
tes. ex quibus quedam incolunt agros.
quedam portentuose ac truces car-
nibus humanis et eorum sanguine
vivunt. Scithie plures terre sunt
locupletes. inhabitabiles tamen plures
nam dum in plerisque locis auro et
gemmis affluant. griffor(um) imma-
nitate accessus hominum rarus est.
Smaragdis autem optimis patria hec est.
Cianeus quoque lapis et cristallus pu-
rissimus scithie est. habet et flumina ma-
gna oscorum phasidem atque ara-
xen. Hyrcania dicta a silva hir-
cana que scithie subiacet. habens
ab oriente mare caspium. a meridie
armeniam. a septentrione albaniam.
ab occasu hyberiam. Est autem plurimis
aspera. copiosa immanibus feris. ty-
gribus. pantheris et pardis.
De quo virgilius. hyrcaneque admorunt
ubera tygres. Albania a colore
populi nuncupata eo quod albo crine
nascantur. Hec ab oriente sub mare
caspium surgens per oram oceani
septentrionalis usque ad meotides
paludes per deserta et inculta proten-
ditur. Huius terre canes ingentes
sunt. tanteque feritatis ut tauros
premant. leones perimant. Arme-
nia nuncupata ab armenio ia-
sonis thessali comite. qui amisso
rege iasone et collecta multitudi-
ne. que passim vagabatur. arme-
niam cepit. et ex suo nomine nun-
cupavit. Sita est autem inter taurum
et caucasum a capadocia usque ad
caspium mare porrecta. Habens a sep-
tentrione ceraunios montes. ex quo-
rum collibus tygris flumen nascitur.
Et duo montes archa post diluvium
insedisse perhibetur. Sunt autem
armenie. superior et inferior. sicut
due pannonie. Hiberia regio
asie est propter pontum armenie
iuncta. In hac herbe tinctui utiles
nascuntur. Capadociam urbs
propria nominavit. Hec in capite syrie
sita. ab oriente armeniam tan-
git. ab occasu asiam minorem.
ab aquilone. mare cimmerium et
themiscirios campos quos tenuere
amazones. a meridie vero taurum
montem. cui subiacet cilicia et
ysauria. usque ad cilicium sinum
qui spectat contra insulam cyprum.
Tiubacy et alias urbes quorum.
Alius amnis per eam fluit. qui
quondam lidie regna dispescit
a persis. Asya minor ab oriente
capadocia cingitur. ab aliis partibus
undique mari cingitur. Nam a septe-
ntrione pontum euxinum ab occasu
propontidem. a meridie egyptium mare
habet provincias bithiniam. frigiam.
galatiam. lidiam. cariam. pamphi-
liam. ysauriam. liciam atque cili-
ciam. Prima asie minoris bithinia
in ponti exordio ad partem solis o-
rientis adversa tracie iacet. multis
antea nominibus appellata. Nam
prius bebricia dicta. deinde migdo-
nia. mox a bithino rege bi-
thinia nuncupata. ipsa est et maior

frigia nicomedia urbe insigni
ubi et annibal fugiens venenum hau-
stum animam expirat. Galathia
dicta a priscis gallorum gentibus
a quibus potitur occupata. Nam ga-
lli vocati a rege bithinie evo-
cati regnum cum eo parta victoria
diviserunt. Sicque deinde grecis
admixti primum gallogreci nunc ex
antiquo gallorum nomine galathe
dicuntur et eorum regio galathia nun-
cupatur. Frigia dicta a frigia euro-
pe filia. Hec et dardania a
dardano iovis filio dicta de quo
homerus ait dardanum primum genuit celesti
iupiter arce. Hec cum post frigia de
confinio civitate primum vel o
frigia est que regio troadis sup-
iecta ab aquilone patet galatie
a meridiana vero parte licaonie
ab oriente lidie adheret. ab occi-
dente ellesponto mari terminatur.
Hinc regio troia est quam ipso
nomine appellatur. tros troianorum rex
ganimedis pater. Due sunt autem frigie
maior et minor. Maior frigia
smirnam habet minor vero ilium. Li-
caonia tauria. Hinc flumina
descendunt asia. Lidia sedes anti-
qua regnorum quam pactoli un-
da contulit ditiores torrentibus
aureis. Fuit autem meonia dic-
ta. deinde dicta prius duos fratres
reges lidum et tirrenum sic non
possent. Hinc ex sorte tirrenus cum
ingenti multitudine profectus loca galli-
e occupat et tirrenia vocat.
Lidia autem a lido rege suo qui in
provincia remanserat cognominata
est. Iungitur autem ab occidente minori
frigie ab ortu primam urbem

Frigia

lidia

lidus et tirrenus

et quam ceteris fluminis cingit. cuius
amnes pactolus et hermus circum-
fluunt harenis aureis ditissimi.
Pamphilia cinnara prius
pluribus cognominata quod undique apta
aurarum flatibus pateat. Cilicia
a cilice quodam nomen sortita. que ortu
sirie dicitur. antiquitus ... fuisse
asserunt. Plurima iacet campis
recipies ab occidente licaoniam me-
ridie mare spectat. a tergo mons
thaurus iuga tenet. cuius amnis
insistat. maior urbe eius tharsi
... et ... opes ... evectu
plurimum et optimis ... fla-
giciosior et dolore plus ... Isauria
nuncupata quod ab oriente ad ... ci-
licie sit. Habet ab ortu ciliciam
ab occasu et meridie mare a septentrio-
ne cariam. Ibi est mons chimera
qui nocturnis estibus ignem exhalat
sicut ut sicilia et ethna et vesulus
in campania. De europa et partibus eius.

Cilicia a cilice

Post asiam ad europam stilo
vertimus. Europa quippe agenoris
regis libie filia fuit quam iupiter
ab affrica raptam cretam advexit.
et tertiam partem orbis ex eius nomine appellavit.
Iste autem agenor libie filius
ex quo et libia id est affrica sit cognominata.
Unde apparet prius libiam accepisse
vocabulum postea europam. Europa
autem tertia pars orbis divisa incipit
a flumine tanai descendens ab occasu
per septentrionale occeanum usque in fi-
nes hyspanie. Cuius pars orientalis
et meridiana a ponto consurgens
tota mari magno iungitur et
insulis gadis finitur. Prima europe
regio scithia inferior que a
meotidis paludibus incipiens inter danu-
bium et occeanum septentrionalem

usque ad germaniam porrigitur. que terra
generaliter propter barbaras gentes quibus
inhabitatur barbarica dicitur. Cuius pars
prima alania est. que ad meotidas
paludes pertingit. post hanc dacia
ubi et gothia. deinde germania
ubi plurimam partem suevi incoluerunt.
Germania post scithiam inferiorem
a danubio inter renum fluvium et occe-
anumque conclusa clauditur a septentrione
et occasu occeano. ab ortu vero
danubio a meridie reno flumine
dirimitur. terra dives ac populis nu-
merosis et immanibus unde et propter
fecunditatem gignendorum populorum ger-
mania dicta est. Gignit autem hir-
canias aves quarum penne nocte perlucent.
in silvis quoque feras. et uros atque
alces pariunt. gignit et gemmas
cristallum et succinum. calaicum quoque
viridem et ceraunium dictam.
Due sunt autem germanie superior iuxta
septentrionalem occeanum inferior circa
renum. provincias quas danubius
a barbarico ad mediterraneum ma-
re secludit. prima est mesia a
messium proventu vocata. unde et eam
antiqui cereris horreum nuncupabant.
Hec autem ab oriente ostiis danubii
iungitur. ab euro vero tracie. a me-
ridie macedonie. ab occasu hi-
strie copulatur. post mesiam autem
pannonia est terra et agri
frigida que et porrecta fructuosa. post
quam noricus ferax frugibus qui
recipit gallia belgica. Tracia a
tyras iaphet filio ut veteres volunt nomen
accepisse perhibetur. alii a sevitia
incolarum traciam appellatam di-
xerunt. Hec ab oriente propontidem

et urbem constantinopolis opposita
est. a septentrione vero hystro ob-
tenditur. a meridie vero egeo mari
adheret. ab occasu macedonia illi
subiacet. Cuius regionem olim
diversi populi massagete sarmate
scithe et alie plurime nationes
incoluerunt. Et ampla est cum adhuc
pluraque continuit gentes. Ebrum
fluvium tracia fundit. qui
circa gentes barbarorum plurimas
tangit. Grecia a greco rege vo-
cata qui cum eam regionem
regno incoluit. Sunt autem grecie provin-
cie septem quarum prima ab occidente
dalmatia. inde epyrus. inde ellados.
inde thessalia. inde macedonia. inde
achaia et due in mari creta et cicla-
des. Illirica autem generaliter omnis grecia
est. Dalmatia a delmi maxima
eiusdem provincie civitate traditur nomen
perhibetur. Hec iungitur ab occidente
macedonie a septentrione mesie.
ab occasu histria terminatur. a me-
ridie vero adriatico sinu clau-
ditur. Epyrus a pirro achillis
filio cognominata. antea vero chaonia
que ante molosia dicta est. a mo-
losso filio pirri. quem de andromacha
genuit. Sed postquam occisus est pirrus
horestis insidiis andromacham
helenus suscepit. et tenuit eam
regnum pirri qui successit
patri. a quo molosia dicta est. post
epyri quam helenus percussa a fra-
tre chaone quem inimicatum vigo-
venatu dicitur occidisse chaoniam
nominavit quasi ad solacium fratris
extincti. Ellados dicta ab ellado
ellado deucalionis et pirre filio

a quo et Grecia Allenes nuncupata
est. Ipsa est et Attica terra Athenis prius
dicta. Nam quondam Grecia Acte indi-
gena fuit. Cranai filia Atthis
nomine Attica terra nuncupata est.
Hec inter Macedoniam et Achaiam
media iacet Archadie a septen-
trionali parte coniuncta. Ipsa est Gre-
cia ubi fuit Athena civitas
mater liberalium litterarum et philosophorum nu-
trix qua nichil habuit Grecia clarius
atque nobilius. Ipsa est et Mara-
thonius campus optime quondam
pluribus antiquis. Hellados due
sunt provincie Boetia et Peloponen-
sis. Boetia autem dicta hac causa. Cad-
mus Agenoris filius
Europam sororem a Iove raptam
cum a patre genitore perquireret nec
reperiret patris iram formidans
conversus animo exilium elegit. Nam
bovis forte conspecte secutus ve-
stigia amplexus est solum ubi
illa recubuerat sic quoque locum de
nomine bovis Boetiam vocavit
ubi et Thebas urbem construxit
in qua etiam civilia bella
decreverunt et ubi nati sunt
Apollo et Hercules maior Thebe-
banus. Castalia est Aonia voca-
ta a fonte quodam Apollinis
et Musis consecrato. Que dicta
Boetia est. Peloponensis dicta
pars Helladis a Pelope rege
quondam Attice vocata. Thessa-
lia a Thessalo rege cognomina-
ta que ab meridiana plaga
Macedonie iuncta est cuius a
tergo Pieria est. Sunt in Thessalia
flumina et civitates et oppida
inter que precipue Thessalonica

ubi est et mons Parnasus quondam
Apollini consecratus. Thessalia pa-
tria Achillis et origo Lapitharum fuit
ex quibus fama est quod hi primo equos
frenis domuerint. Unde et Centau-
ri dicti sunt. In Thessalia primi nummi
aurei facti sunt. Domandorum quoque
equorum usus repertus est. Macedonia
a Emathio rege Ema-
tie nominata est. Sed Macedo Deuca-
lionis maternus nepos postquam
ibi accepit principatum mutavit
vocabulum. Macedoniam quoque a suo
nomine dixit. Est autem confinis ab orien-
te Egeo mari a meridie Achaie
ab occasu Dalmatie opposita.
Hec est patria Alexandri magni.
Regio divitiis auri argentique
opima lapide quem peanitem
vocant. Ista gignit Olimpum
pre ceteris qui excelsum verticem
tantum attollit ut trans
omnes nubes tendere credatur.
Achaia ab Acheo rege et urbe
Achaia appellata est, pene insula
est. Nam absque septentrionali parte
qua Macedonie iungitur undique
septa est mari. Ab oriente enim habet
Scilleum mare, ab occasu etiam
a meridie Ionium. Ab Affrico Creta-
sis Creticas insulas, a septentrio-
nali parte Macedonie et Attice
terre adiungitur. Cuius caput est terra urbs
Corinthus Grecie decus. Intra Achaiam
est Archadie sinus Archadia vo-
catus Achaie ut platani folium
inter Ionium et Egeum mare porrecta
quam Archas Iovis et Kalistone filius
Pelasgis in dicionem redactis ex
suo nomine Archadiam nuncupavit.
Ipsa est et Sicionia a Sicione rege

a quo et regnum sicioniorum est dictum.
Est et archadia fluuius magnus gignens i-
mantum albeston quam lapidem qui
semel accensus numquam extinguitur. Can-
didissime et inutiles ibi nascuntur
Pannonia. pannonia ab alpibus
apenninis nuncupata quibus ab
ytalia secernitur. regio uero fortis.
et solo leta. duobus fluentibus flu-
uiis drauo. sauo quoque uallata. Con-
iungitur autem norico et recia. habens
ab oriente misiam. ab austro hystriam
ab affrico uero alpes apenninos
habet. ab occasu galliam belgicam.
a septentrione danubij fontem. et
limitem qui germaniam galliamque
secernit. Hystria hister amnis
cognominauit. qui in eam terram influit. qui
est danubius. haec autem hystria a septen-
trione pannonia. Italia olim a
grecis populis occupata. magna
grecia. Appellata est et iterum regis
nomine saturnia. Coepit et latium dicta
eo quod ibi saturnus a ioue sedibus
suis pulsus ibi latuit. postmodum
ab italo siculorum rege ibi reg-
nante italia nuncupata est. Cuius
situs longitudine amplius quam latitudine
in circio in eurum porrigitur et a meridie
circio mari. ab aquilone adriatico
clauditur ab occidente alpium iugis
finitur. terra omnibus rebus pulcher-
rima. soli fertilitate pabuli ubertate
gratissima. Habet lacus benacum auer-
num atque lucrinum. fluuios erida-
num et tiberim et vaporantes fontes
baias gignit. gemmas sarditem.
lyncurium. et coralli. Boam quoque
serpentem. lincem feram. et diomedi-
as aues. Italia autem et hyspania
ideo hesperie dicte quod greci hes-
pero stella nauigent in italiam et
in hyspaniam. Sed quod hec uenire
discernuntur. Aut enim hesperiam sola
dicis et significas ytaliam. aut
addis ulteriorem et significas hyspa-
niam quod in occidente est. Sine
Tuscia pars ytalie. umbria uero pars
tuscie. Tuscia autem a frequentia
sacrorum et turis uocata apo
tou thuein. Umbria uero
historie narrant eo quod tempore a
quo se cladis umbribus super-
fuit et ob hoc umbria greca cognata
est cuius in iugis apennini mon-
tis sita in parte italie inter me-
ridiem Etruria pars ytalie dicta
quorum fines tendebantur usque ad
ripam tiberis quam antepotopoli-
tanam antepont sicut ultro suoi
finis uocatur. Nomen cuius finis
ultra uia tiberis ripam
tendebat. Alii etruriam dictam ab
etrusco principe putant. Idem et
tirrenia a tirreno lidi fratre.
qui ex parte eius populi ex meo-
nia uenit ad ytaliam habet et
et tuscia. Est et tuscia dicta a deorum
quod ipsius latini. Tuscia autem a
frequentia sacrificiorum et turis dicta est.
apo tou thuein et ytalie. Et cam-
pania dicit. Et recepta Apulia.
Campania terra hyeme uirente
sol ibi mitis. temperies grata.
aer purus. et blandus. Gallia a
candore populi nuncupata. Gala
enim greca lac dicitur. Montes enim et
rigor celi ab ea parte solis ardo-
rem concludit. quo fit ut can-
dor corporum non coloretur. Habet ab
oriente alpium iuga tenentur ab
occasu. oceanus includitur a me-
ridie. prerupta pirinei a septe-
trione. rheni flumina. atque germania

cuius initium belgica finis aquita-
nia est. Regio gleba uberi atque
pabulosa et ad usum iumentorum ap-
ta. fluminibus quoque et fontibus irrigua
perfusa duobus magnis rheno
et rodano fluminibus. Belgis autem
ciuitas est gallie. a qua belgica
prouincia dicta est. Cis alpina gal-
lia alpes cisalpina i. circumal-
pis que a septentrione. Ultra uero que
est infra rhenum. Aquitania est ab
obliquis aquis ligeris fluminis appe-
llata quod ex plurima parte terminus eius
est. eamque prope in orbem cingit.
Hyspania prius ab hibero amne
hiberia nuncupata. postea ab his-
pano hyspania cognominata est.
Ipsa est et illa hesperia a uespero
stella occidentali dicta. Sita est au-
tem inter affricam et galliam a septentrione
pireneis montibus clausa. a re-
liquis partibus undique mari conclusa.
salubritate celi equalis omnium fru-
gum generibus fecunda gemmarum me-
tallorum quoque copiis ditissima. Inter
flumina eius flumina magna. betis
minius hiberus et tagus aurum ge-
stans ut pactolus. Habet prouincias
sex. terraconensem. carthaginensem.
lusitaniam. galleciam. beticam.
et transfreta in regione affrice
tingitaniam. Duas autem hispanie
citeriorem que de septentrionis plaga a
pireneo usque ad carthaginem
porrigitur. ulteriorem que in meridie a
celtiberis usque ad gaditanum fretum
porrigitur. Citerior autem et ulterior dicta
quasi citra et ultra. citerior quasi citra.
ulterior uel quasi ultima. uel
quod ultra sit post quam non ulla terra.

De libia et eius partibus

Libia dicta quod inde libs flat.
hoc est affricus. Alii autem epaphum
iouis filium qui menfim in egipto
condidit ex cassiopa uxore procreasse
filiam nomine libiam. que postea in affrica
regnum possedit. Cuius ex nomine
terra libia est appellata. Affricam
autem nominatam quidam inde existimant.
quasi apricam. quod sit aperta celo uel
soli et sine horrore frigoris. Alii di-
cunt affricam appellari ab uno ex
posteris abrahe de cethura qui uocatus
est afer. de quo supra memini. In-
cipit autem a finibus egipti pergens iuxta
meridiem per ethiopiam usque ad atlan-
tem montem. a septentrionali uero parte
mediterraneo mari coniuncta clauditur.
et in gaditano freto finitur. habens
prouincias libiam cirenensem. pen-
tapolim. tripolim. bizantium. cartha-
ginem. numidiam. mauritaniam.
sitifensem. tingitanam. et circa solis
ardorem ethiopiam. Libia cirenensis
in parte affrice posita est. a cirene urbe
metropoli que est in eius finibus nuncupa-
ta. Habet autem ab oriente egiptum. ab
occasu sirtes maiores. et trogodite.
a septentrione mare libicum. a meridie
ethiopie et barbarorum uarias natio-
nes. et solitudines inaccessibiles. que et
basiliscos serpentes creant. Pentapo-
lis greca lingua a v. urbibus nun-
cupata. i. beronice arsinoe apollo-
nia. ptolomais. quod quia ptolomais
et beronice a regibus cognominate sunt.
Est autem pentapolis libie cirenensi
adiuncta et eius finibus deputata. Tri-
politana quoque prouincia greca lingu-
a sonat. et a numero trium magnarum
urbium oea. sabrata. leptis mag-
na. Haec ab oriente sirtes maiores
et trogoditas a septentrione mare

occeanum

Adriaticum, ab occasu Bizantium, a meridie Getulos et Garamantes usque ad occasum et Ethiopicum pertingentes. Bizantina regio ex duobus nobilissimis oppidis nomen sortita est, ex quibus una Adrumetus notatur. Est sub ipso holcest patens passuum ducenta vel amplius milia, fecunda oleis et glebis, ita praepinguis ut iacta ibi semina incremento centesimae frugis renascantur. Zeugis, ubi Carthago magna ipsa est et vera Affrica inter Bizantium et Numidiam sita, a septentrione mari Siculo iuncta et a meridie usque ad Getulorum regionem porrecta. Cuius proxima quaeque fructifera sunt, ulteriora autem bestiis et serpentibus plena atque onagris magnis in deserto vagantibus. Getulia quae Affrice pars mediterranea est. Numidia ab incolis passim vagantibus sic vocata, quod nullam certam haberent sedem. Nam lingua eorum incertae sedes et vagae numidae dicuntur. Incipit autem a flumine Amsiga, in Zeugitanum limitem desinit. Habens ab ortu Sirtes minores, a septentrione mare quod intendit Sardiniam, ab occasu Mauritaniam Sitifensem, a meridie Ethiopum gentes. Regio campis praepinguis. Ubi autem silvestris est feras educat, ubi iugis ardua equos et onagros parat. Eximio autem marmore praedicatur quod Numidicum dicitur. Urbes autem habet praecipuas Hipponem Regium et Rusiccadam. Mauritania vocata a colore populorum. Graeci enim nigrum mauron vocant. Sicut enim Gallia a candore populi, ita Mauritania a nigro colore sortita est nomen. Cuius prima provincia

Numidia

Mauritania Sitifensis est, quae Sitifi habent oppidum, a quo et vocabulum traxisse regio perhibetur. Mauritania vero Caesariensis colonie Caesaris civitas fuit et nomen provinciae fecit. Utraque igitur provincia sibi iuncta ab oriente Numidiam habent, a septentrione mare Magnum, ab occasu flumen Malvam, a meridie montem Astrixim, qui discernit inter fecundam terram et arenas iacentes usque ad oceanum. Mauritania Tingitana a Tingi metropolitana huius provinciae civitate vocata est. Haec ultima Affricae consurgit a montibus VII, habens ab oriente flumen Malvam, a septentrione fretum Gaditanum, ab occasu oceanum Atlanticum, a meridie Gaulalum gentes usque ad oceanum Hesperium pervagantes. Regio gignens feras, simias, dracones et strutiones. Olim et elephantis plena fuit, quos nunc sola India parturit. Garamantes regionis caput Garama oppidum fuit. Est autem inter Cirenaicam et Ethiopiam, ubi est fons qui frigescit calore diei et calet frigore noctis. Ethiopia dicta a colore populorum, quos solis vicinitas torret. Denique vim sideris prodit color hominum. Est enim iugis aestus, nam quicquid eius est sub meridiano cardine est. Circa occidentem autem montuosa est, harenosa in medio, ad orientalem vero plagam deserta. Cuius situs ab occidente Athlantis montis ad orientem usque in Egypti fines porrigitur, a meridie oceano, a septentrione Nilo flumine clauditur. Plurimas habens gentes diverso vultu et monstruosa specie

Ethiopia

horribiles / ferarum et serpentium
referta est multitudine. Illic quippe
rinoceros bestia et camelopardus
basiliscus dracones ex quorum ce-
rebro gemme extrahuntur.
Iacinctus quoque et crisopassus ibi reperi-
untur. Cinamomum ibi colligitur.
Due sunt autem ethiopie una circa
ortum solis altera circa occasum
in mauritania. Extra tres autem
partes orbis quarta pars trans occeanum
interior est in meridie que solis
ardore incognita nobis est in cuius
finibus antipodes fabulose in-
habitare produntur. Provincia hispa-
nie mauritania et deinde
numidia in regione carthaginense
est post quam getulia accipitur post
eam ethiopia in loca exusta
solis ardoribus. Hesperia que
quedam provincie fuit et nomen auc-
toris posita [illegible] est a provincia
grecie nomen est sortita. Ita ab
ytalo ytalia et [illegible] ab italia
italus et sic [illegible] nomine
[illegible] quo fuit ipse nomine
[illegible] in [illegible] est nomen
provincie [illegible]
[illegible] nomen et civitate et regio-
nem et gente. Provincie a [illegible]
[illegible] acceperunt. Provincia
[illegible] quia ad [illegible] ali-
os [illegible]
[illegible] indigent [illegible]
[illegible] regiones provincias appe-
llaverunt [illegible]
quis [illegible] quod [illegible]
[illegible] ut [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] ut asseritur italia et [illegible]
[illegible] hispania

de orbe terrarum multas in se continet
provincias sicut de europe legitur est
pars una multas de se continet urbes
sicut et domus multa in se habens cubi-
cula sicut et terre et loca dicuntur terrarum spa-
cia et partes sunt provincie sicut in asia
frigia. in gallia recia. in hispania
betica. Item in asia locus est provincia
asie. frigia. troya regio frigie.
ilium civitas troie. Item regiones
partes sunt provinciarum quas vulgus
patrias vocat sicut in frigia
troia sicut in gallicia cantabria.
asturia. Item a rectoribus dicta regio
[illegible] cuius partes territoria sunt.
Territorium quasi tauritorium
tritum bobus et aratro. Antiqui
enim sulcis ductis et possessionum et
agrorum limites designabant.

De insulis


Insule dicte quod
in salo sint id est mari. [illegible]
[illegible] quod plurimum
[illegible] magnitudine. [illegible]
de sit Britannia occeani insula
interfuso mari toto orbe divisa
a vocabulo sue gentis cognominata
hec adversa galliarum parte ad prospectum
hispanie sita est. Cuius circuitus quadra-
gies octies septuaginta v milia
[illegible] et magna flumina in ea fontes
calidi metallorum larga et varia
copia gagates lapis ibi plurimus
et margarite. Tanatos insula
oceani freto gallico a britannia
est separata. unda tenuis frumen-
tariis campis et gleba uberi
dicta autem tanatos a morte serpen-
tium quos cum ipsa careat asportata
in terra quo vis gentium vecta sint
angues ilico perimit. Hibernia
insula oceani inter septentrionalem
et occidentalem plagam ultra britanniam

a sole nomen habens quod in ea estiuum
solsticium sol faciat. et nullus ultra ea
dies est. unde et pigrum et concretum est mare
eius. Orcades insule occeani
ultra Britanniam posite numero xxxiii
quarum xx deserte sunt. xiii coluntur.
Scotia idem et Hibernia proxima
Britannie insula spacio terrarum
angustior sed situ fecundior. Hec
ab Affrico in Boream porrigitur. cuius partes
priores Hiberiam et Cantabricum occeanum
intendunt. unde et Hibernia dicta. Sco-
tia autem quod ab Scotorum gentibus coli-
tur appellata. Illic nulla anguis avis
rara. apis nulla. adeo ut advec-
tos inde pulveres seu lapillos
si quis alibi sparserit inter alve-
aria examina favos deserunt.
Gades insula in fine Betice pro-
vincie sita. que dividit Europam
ab Affrica in qua Herculis columpne vi-
suntur. et Tirreni maris fau-
cibus occeani estus immittitur. Est
autem a continenti terra centum viginti
passibus divisa. quam Tyrii a Rubro
profecti mari occupantes in lingua
sua Gades id est septam vocaverunt pro
eo quod sit circumsepta mari. In hac
insula arbor similis palme. cuius
gummi infectum vitro ceraunium
gemmam reddit. Fortunate insu-
le vocabulo suo significant omnia ferre
bona quasi felices et beate fructuum uber-
tate. Sua enim apte natura preciosarum
poma silvarum parturiunt. fortu-
itis vitibus iuga collium ve-
stiuntur. ad herbarum vicem messis
et holus vulgo est. Unde gentilium
error et secularium carmina poetarum
propter soli fecunditatem easdem esse
paradisum putaverunt. Site sunt autem
in occeano contra levam Mauritanie

vel inde
occiduo proxime et inter se interiecto
mari discrete. Gorgodes insule
occeani obverse promuntorio quod vocatur
Hesperus. quas incolunt Gorgo-
nes femine alitum pernicitate hir-
sute et aspere corpore. unde et insu-
le cognominate. Distant autem a con-
tinenti terra bidui navigatione. Hespe-
ridum insule vocate a civitate
Hesperide que fuit in fine Mauritanie.
Sunt enim ultra Gorgodes site sub
atlanticum litus. in ultimos maris
sinus. in quibus fingunt fabule
draconem pervigilem aurea mala
servantem. Ferunt enim ibi ex marinis
estuariis adeo sinuosis lateribus
tortuosum ut visentibus procul la-
psus anguinos imitetur. Crise et
Argire insule in indico occeano
site adeo fecunde copia meta-
llorum ut plerique eas auream
superficiem et argenteam habere prodi-
derunt. unde et vocabula sortite sunt.
Taprobana insula Indie subiecta
ad eurum ex qua occeanus Indicus
incipit. patens in longitudine octingentis
septuaginta quinque milibus passuum
in latitudine sescenta viginti quinque
milia stadiorum. Scinditur amne
interfluo. tota margaritis reple-
ta et gemmis. Pars eius bestiis et
elefantis repleta est. partem vero
homines tenent. In hac insula dicunt
in anno esse duas estates et
duas hiemes et bis floribus
vernare. Tilos insula est
Indie virens omni tempore foliis.
Quamplures occeani insule. Item
insule que ab Ellesponto usque
Gades. mari magno sunt consti-
tute. Cyprus insula a civitate

cypro que dicta est nomine cypri.
Ipsa est et paphos veneri consecrata.
in carpacio mari vicina austro.
famosa quondam diviciis et maxime
eris. Ibique prima huius metalli
inventio et utilitas fuit. Creta
grecie insula prius est ingens contra
palopontusum. hec primum a terre cali
ly acarvonesion appellata est. Deinde
creta dicta a creto rege quodam indi-
gena. que dicunt iovem cretam fu-
isse a quo quidem imperium ibi absconditus
est et nutritus. Est autem insula gre-
cie inter ortum et occasum longissime
tamen porrecta. a septentrione grecis
fluctibus ab austro egipciis vent-
is pulsata. fuit autem quondam centum
urbibus nobilis. Unde et hecatum-
topolis dicta est. prima remis
et sagittis claruit. prima litteris
iura scripsit. equestres turmas prima
docuit. studium musicum ab ideis
dactilis inventa. capra et capris co-
piosa cervos non gignit. lupos et
vulpes aliaque fera nocentia
numquam gignit. Serpens ibi nullus
noxia nulla. et si ducta fuerit statim
moritur. larga est autem vitibus
et arboribus. dictamni herba
in creta nascitur. et alimos herba
que ad morsum diurnam famem prohibet.
Falangios quoque venenatos gignit
et lapides quos ideos dactillos dicunt.
Abidos insula in europa super
ellespontum posita. augusto et
periculoso mari separata. Et abidos 4
greci dicunt quod sit initium ellesponti
maris. in quo xerxes pontem
pontonibus fecit. et de grecia transiit.
Choos insula adiacens provincie
attice. unde ypocras medicus

natus est. que ut varro dicit arte la-
nificii prima decorandi feminas
inclaruit. Cyclades insule anti-
quibus grecie sunt. quas inde cicladas
autumant dictas quod licet spaciis lon-
gioribus a delo procul tamen orbe tamen
circa delum site sunt. Nam orbem
ciclon greci locuntur. Quamvis vero
quidam dorbam digeste scopulos
qui circa eam sunt putant dictas
cicladas. Hee ab ellesponto inter egeum
et maleum mare consistunt. continentur
de pelago mirto. Sunt autem omnes nu-
mero liiii. tenduntur a septentrione in meri-
diem milia quinquaginta ab oriente in
occasum milia ducenta. quarum metropolis
earum rodus. Delos insula in medio delos
cicladarum sita. Et dicta delos fuit
quod post diluvium quod oggi temporibus notatur
cum orbem multis mensibus continua
nox obumbrasset. ante omnes terras
radiis solis illuminata est. sortita quod
et nomen quod prima meruit apparuisse
mensibus. Nam delon greci manife-
stum dicunt. Ipsa et ortigia eo quod
primum ibi visi sunt coturnices aves quas
greci ortigias vocant. In hac in-
sula latona enixa est apollinem et
dyanam. Delos autem et civitas dicitur
et insula. Rodos cicladarum prima ab Rodos
oriente unde rose capitolium dicitur
dictum. dum ibi civitas conderetur
capud? inventum. unde et urbs et insula rodos est appella-
ta. In hac urbe solis colossus fuit
ereus lxx cubitorum altitudinis. fuit
et aliarum centum minor decem in insula co-
lossi minores. Tenedos una de cicla-
dibus a septentrione sita unde olim
civitas atrice a quodam condita est.



unde nomen urbis illius ut poeta
insule fuit. Hec tenedos ipse infamatus

q ad uocē sua genuisset. z fugiens
cū hanc insulam uacua altoribus
obtinuit, vn̄ z ...dicta e. Hec
cicladum maxima tenet ipsum cuius eo nomen
tenebo nota. Carpados insula de
cicladibus a nundie posita q egip-
tum a qua carpaticum mare appel-
latum e. Vocata est celorum fumacitate
malitate. Est cum inter egiptum et
rhodum. Habet insula duo et
carpasie uaria magne spacio-
se. Citia insula una de cicladi-
bus a parte occidua sita. cuius
prorsus antea nomen fuit. Citia
aut vocata q ibi venus sit orta
Icaria insula una de cicladibus
icario mari nomen dedit. Est inter Sicilia
samum et miconium p(re)ruptis saxis
inhospitalis e. z nullis finibus portuo-
sa. Dicta a icaro cretensi ibi
naufragio interisse z de eodem hoie
Naxon — impositum nomen loco. Naxon insula
dyonisio dicta. q(uas)i dionaxon. q fer-
tilitate vitium vincat ceteras. Est
a delo distans x z octo milia passuum
separata. q olim iouis sit adipsi
titigonas fuisse perhibent. Cyclos co
uno cicladum una dum insularum
rotundissima vn̄ z nuncupata. Hysto-
ria dicit q iasone natum fuisse
filomenum z plutum q filomeno pa-
Paron — triarche genitum q de suo nomine
paron insulam z opidum appellauit.
Hec a minodia dicta. inde paros dicta
est q insulis hinc uocata paron. Gi-
gnit cum marmor candidissimum
q parium dr. Continet z sardium la-
pidem marmoribus quidem p(re)stancio-
rem. cuius genus vilissimum. Chion
insula syra lingua appellatur eo
Chyra — q ibi mastix gignitur. Syri enim
Samo — mastice chio vocant. Samo insu-

la est in mari egeo. ubi nata est
iuno. z q fuit sibilla samia
z pitagoras samius. a quo philoso-
phie nomen inuentum e. Fuit autem in
sula reperta prius fictilia uasa tun-
duntur. Vn̄ z uasa samia appe-
llata st. Sicilia a sicano rege si-
cania cognominata est. deinde a
siculo ytali fratre sicilia. prius autem
trinacriam dicta p(ro)pter tria acra.
i. promuntoria pelorum. pachinum z
lilibeum. Trinacria enim grece q
latine triquadra dr. q(uas)i in tres
quadras diuisa. Hec ab ytalia
exiguo freto distat. affricum
Sicilia — mare. prospectans. terra frugifera.
auro fecunda. cauernis enim et
fistulis penetrabilis. uentisque et
sulphure plena. Vn̄ z ibi ethne
montis ardent incendia. In eius
freto scilla e z caribdis. quibus
nauigia aut absorbentur aut
colliduntur. Fuit autem quondam
patria ciclopum z postea nutrix
tyrannorum. frugum fertilis ac primum
terris sementibus quesitis aratro
proscissa. precipue urbium siracu-
sis. fonte arethusa. alpheum
flumen. i. magnorum oratorum
creatrix. In ea insula primum inuenta
comedia. Achatem lapidem ipsa
prima z achates flumen dedit. protulit
in mare corallium gignit. z sales
agrigentinos digne solubiles
accipientes de aquis. Cuius ambi-
tus e clauditur stadiorum trium
milium. Salustius autem dicit ytalie
iunctam fuisse siciliam. sed medium
spacium impetu maris diuisum
z per angustias scissum. Tapsus
insula stadiis .x. a sicilia remota

iacens et planior vij et metapa-
ta et quod Virgilius Carpasium quod iacu-
terit. Eolie insule Sicilie appella- Eolie
te ab Eolo Ypote filio, quem poete
finxerunt regem fuisse ventorum,
sed ut Varro dicit rector fuit
istarum insularum. Et quia ex earum
nebulis et fumo predicebat flatus
ventorum futuros, ab imperitis visus
est ventos sua potestate retinui-
sse. Eedem insule et Vulcanie
vocantur, quod et ipse sicut Ethna arde-
ant. Hee autem novem habent pro-
pria nomina, quarum prima Lipara, quam et
Liparem vocant, quia eam Eolus
rexit. Altera Gera vocatur, quod sit co-
libus cunctissima. Tercia vero
id est Strongile. Didime. Ericusa.
Fenicusa. Fermasta. Evonimus. Iste
poetis. Eolides, quia nocte ardent.
Eolie sive Vulcanie dicuntur. Sto-
chades dicuntur ab unico id sunt po-
site in mari ordine usque unum per
manent. Stochades insule Ma-
siliensium lxx miliarium spacio a
continenti terra in fronte Narbone-
sis provincie, qua Rodanus fluvius
Gallicanum mare ingreditur. Enaret autem greci
Sardades. Quam vero Sardinie sunt
posite. Sardus Herculis partibus
cum magna multitudine a Libia profectus
Sardiniam occupavit et ex suo
vocabulo insule nomen dedit.
Hec ad Affrico mari facie vestigii
humani videtur, que orientale latus
premunt. Fiunt partibus lateribus
ex dimidiam et Septentrione utitur
ex quo autem quinaria navigan-
tibus grecorum iam appellata. Con-
tra patet. Longitudinis milia
c. xl. Latitudinis lxx. Nulla in ea ser-
pens gignitur, neque lupus sed solifuga
tantum animal exiguum hominibus perniciosum.
Venenum quoque ibi non nascitur. Herba
Sardonios plurimos et poetas memorata
apiastro similis, que homines rictus
contrahit et quasi ridentes interimit.
Sardinia fontes calidos infir-
mis medelam prebentes, furibus
cecitatem, si sacramento dato oculos
aquis eius tetigerint. Corsica insula
quem Ligures incolunt a
pellatur, ex quo nomen ducis. Nam
quedam Corsa nomine Ligus mulier
cum taurum gregis, qui prope littora
vagebat, transnatare solitum atque
per intervalla corpore aucto reverti
videret, cupiens scire incognita sibi
pabula taurum accepit egredien-
tem usque ad insulam navigio prose-
cuta est. Cuius regressu insule fertili-
tate cognita, Ligures ratibus
ibi profecti sunt. Eam quoque nomine mulieris
auctoris et ducis appellaverunt. Est autem
insula grece Cirne dicta a Cirno Her-
culis filio, qui eam habitavit. Et quod uniglobas
... tapos ... fugat ... tapos dividitur a
Sardinia xx miliarium freto. Cincta
Ligustico equore, sinu ad prospectum
Italie. Est quoque ... promontoriis multis
angulosa, gignens letissima pabu-
la et lapidem qui catochites vocatur.
Ebosus insula Hyspanie dicta quod
a Dionio ... est que ... Ebosos.
Nam lxxx stadiis ab ea distat. Cuius
terra serpentes fugiunt. Contraria
est Colubraria, que referta est anguibus.
Baleares insule Hyspanie due sunt,
a Baleo ... et Gimnasie. Maior
et minor, unde et vulgus maiorem

viam et memoriam vocatur. Insulis pre
insulis dicuntur sunt funde. quibus
lapides emittuntur. Unde et baleares
dicte. Bal enim grece emittere dicitur. Unde et
balista quasi missa et funda bala
vigiliis baleares inventa funda. De pro-
Commune est insulis muntoriis
Aut prominent. Unde et loca excel-
promuntoria dicuntur. Ut salustius de
sardinia in oriente quod occidente
latere prominet. Sigeum promuntorium
asie. ubi ellespontus apud dilatatur
deum a sigeum. Ut Varro tradit tan-
titate quod pluribus hospitio alacrite
dunte danaorum reges simulavit
absessum. et inde quod troia tunc sile-
cio venit. quod dicitur sige. Chalcum
grece quod intrat mare per milia qu-
quaginta protenditur. ubi unda ita se-
va est. ut prope navigantes
mergantur. Hoc autem promuntorium ama-
let regi argivorum nomen accepit.
pelorum promuntorium sicilie. respiciens
bus aquilonem. sepulti a gubernatore hannibal illic
dicitur a gubernatore hannibal illic
sepulto. Pachinum promuntorium
sicilie austrum spectans ab aeris sere-
nitate dictum. Nam neque ibi pru-
inis rarissimis. austro enim perflat.
Libeum promuntorium sicilie solis oc-
casum intendens. vocatum ab eo
dicitur tunc quod ibi est civitas Iovion
promuntorium immidie vocatum
ita quod aquilone intendit. Est et promunc
regio posita dicitur. pro eo quod sit quasi
interruptum calpis. Hispanie
promuntorium. De montibus et ceteris vocabu-
Montes sunt tumores terrarum lis terre.
Maltissimi dicti. quod sint eminentes
Caucasus autem prespiis cotanus vocati
sunt. quorum nominis est. qui oriente in maxime celebrantur. Mons cau-
casus ab india usque ad taurum
porrectus. pro gentium ac linguarum
varietate quoque versus vadit.
diversis nominibus nuncupatur. Ubi a-
ad orientem de excelsior consurgit
sublimitate. pro nivium candore
ejus caucasus nuncupatur. Nam
orientali lingua caucasus significat
candidum. id est nivibus densissimis
candidantem. Unde et eum scithe
qui eidem monti inguntur cro-
casim vocaverunt. Casim enim
apud eos candor sive nix dicitur.
Mons taurus a plerisque idem no-
catur caucasus. Libanus mons fe-
nicie altissimus cujus meminerunt
prophete dicitur ac thure qui ibi colligitur.
Cujus ea pars que super eum ad o-
rientalem plagam respiciens an-
tilibanus appellatur. id est contra libanum.
Ararath mons armenie in quo
archam historici post diluvium perse-
disse testantur. Unde et usque hodie
ibidem lignorum ejus videntur vesti-
gia. Acroceraunii montes prop-
ter altitudinem et fulminum jactus vocati
sunt. Grece enim fulmine ceraunos
dicitur. Qui inter armeniam et
hiberiam incipientes a portis cas-
piis usque ad fontem tigridis flu-
minis. Hyperborei montes scithie dicti
pro supra id est ultra eos flat bore-
as. Riphei montes in capite germa-
nie sunt a perpetuo ventorum flatu
vocati. Nam riphe grece
impetus et onorine dicitur a ro
e o n p n n n n Olimpus mons
macedonie nimis praecipus

ut ita sub illo nubes esse dicantur
de quo virgilius nubes excessit
olimpus. Dictus autem olimpus
quasi ololampus i. quasi celum. hic mons
macedoniam dividit a tracia.
Athos mons macedonie et ipse atos
altior nubibus tanto quidem sublimis
ut in lemno umbra eius pertendat
que ab eo lxxvi millibus se-
paratur. Parnasus mons est thessa- parnasus
lie iuxta boetiam qui gemino
vertice erectus est in celum. hic duo
scinditur iuga cirra et nisa. vnde
et nuncupatur eo quod in singulis iu-
gis colebantur apollo et liber.
Hec iuga a duobus fratribus citeron et
elicon appellantur. Nam elicon
dictus ab elicone fratre citeronis.
Ceraunii sunt montes epiri
a crebris dicti fulminibus. Grece
enim fulmen ceraunos dicitur. Appe- apenninus
ninus mons appellatus quasi alpes
penine quas hannibal veniens
ad ytaliam castris alpes aperuit.
Vnde et virgilius alpes immit-
tit apertas. Has enim hannibal
post bella hispanie aceto rupit.
Juvenalis. et montem rupit a-
ceto. Sed inde loca ipsa que rupit
apennine alpes vocantur. Mons
ethna ex igne et sulphure dictus ethna
vnde et gehenna. Constat enim hunc
ab ea parte qua eurus vel africus
flat habere speluncas plenas
sulphuris. et usque ad mare deduc-
tas que speluncae recipientes
in se fluctus ventum creant
qui agitatus ignem gignit ex
sulphure. vnde fit quod videtur incendium.
Pireneus et ipse a crebris fulminibus

ignibus nuncupatur. Grece enim ignis
pyr vocatur. Iste est enim inter galliam
atque hispaniam qui et indirupta con-
tinuatione iacet. Solinus a sin-
gularitate dictum quod omnibus hispanie
montibus solus altior videatur.
Calpes mons in ultimis finibus calpes
occeani qui dividit europam ab
africa quem athlantis finem esse
dicunt. De quo lucanus hesperiamque calpe(n)
summumque implevit athlanta. Athlas
frater promethei fuit rex africe a
quo astrologiam artem primus dicitur
excogitatam. Ideo quod dictus est sustin-
uisse celum. Ob eruditionem igitur
discipline et scientiam celi nomen eius in mon-
tem affrice derivatum est qui nunc
athlas cognominatur. qui propter altitudi-
nem quasi celi machinam atque astra
sustinere videtur. Alpes autem proprie mon- alpes
tes gallie sunt. De quibus virgilius
aerias alpes. Et dicte aerias
ubi eum excessit a libro. Nam gallorum
lingua alpes montes alti vocantur.
Hec sunt enim que ytalie murorum ex-
hibent vicem. Colles sunt prominencio-
ra iuga montium quasi colla. Iuga
autem montium ex eo appellata sunt quod
propinquitate sint iugalia. Tumulus
est mons brevis quasi tumens tellus.
Hic tumulus terra congesta ubi nulla
memoria est. Valles sunt humilia loca
quasi vulsa. Hinc convalles et depressa
loca terrarum inter montes. Campus est
terrarum planicies dictus autem campus
quod humus sit pedibus. nec erectus
ut montes. sed patens spacio suo
porrectus et iacens. vnde et grece po-
dion dicitur quod sit nomen excelsa
eminentia. Calix cuius grece bue dicitur

Solum est oē q̄ sustinet a soliditate
dcm̄ s3 vr̄ ⁊ & mai ugilig aut
subtrahit͛ solum. Saltus sunt
vasta ⁊ silvestria loca. ubi arbores
psiliunt saltum / Fauces sunt aditus
angustorum locorum ut arduos mo=
tes. loca angusta ⁊ brevia dicta.
a faucium similitudine q̄ fauces Confra=
gosa loca vnde undiq; venti currunt
ac sepe frangunt. ut Varro ait.
In montes ubi venti frangebant
locum. Scabra sunt loca situ aspera
vr̄ ⁊ scabies dr̄ a corporis asperitate.
Lustra obscura latibula ferarum ⁊
luporum cubilia sunt vr̄ ⁊ lupana=
ria lust' dur. p̄ gn̄m vz q̄ puy
illustrant / Lucus ē locus densis
arboribus septus solo lucem detra=
hens potest ⁊ a ꝯlucendo arbus
luminibus dici q̄ ibi ppt religionem
gentilium cultusq; fiebant. Deserta
vocata q̄ non seruntur ⁊ ideo q̄i de=
serunt. ut sunt loca silvarum ⁊ mo=
tium contraria uberioribus terris ubi sunt
uberrime glebe / Devia sunt loca
secreta ⁊ abdita q̄i extra viam
ipsa sunt ⁊ devia. Inde ⁊ aviaria
secreta loca ⁊ a via remota. aut
tm̄ adibilia avibus vr̄ ē illud
Inculta. virent aviaria baccis
Amena loca varro dicta ait eo
q̄ solum amorem pstent. ⁊ ad se
amanda alliciant. Verius flaccus.
q̄ sine munere sint. nec quicquam
in his officii q̄i amunia hoc ē
sine fructu. unde nullus fructus ex
solvitur. Unde ⁊ dicti pstantes
immunes vocantur. Aprica loca que
sole gaudent. q̄i α φ ρ ι κ η
k q τ. i. sine frigore sine. q̄
sunt apta soli. Spatiosa loca

q̄ opta solo. apta q̄ia Lubrica
dicta locorum. ab eo q̄ ibi quis
labitur ⁊ lubricatur. q̄ in labit͛.
s3 nusq̄ labitur. Estiva sunt loca
umbrosa. q̄bus p estate vitat
pcessa. solis ardore Statim
⁊ umbrosi patent estiva dicti
Navalia sunt loca ubi naves
fabricantur. q̄ ⁊ textrina vocat͛.
Statio ē ubi ad tempus stant
naves / Portus ubi hiemant.
Importunum a quo nullus refu=
gium q̄i nullus portus. Portus
autem locus ē ab accessu ventorum
remotus. ubi hiberna opponere
solent. ⁊ portus dicti a deportan=
dis commerciis. Hunc veteres ab
inlatis mercibus Baias voca=
bant illa declinatione. ut
baia baias. ut familia familias
Litus ē inter aquam ⁊ mare media
Sed dum litus q̄ fluctu eliditur
vel q̄ p aquam abluitur. Cicero dicit
as / litus ē q̄ fluctus eludit.
Colluvium locus quo aqua
confluunt. Alluvium conjunctio
ripaz ꝯgeries ē per
incrementa loci ut puta maris
vel fluvii accrescit. Maritima
q̄i mari intima. Ostia ab in=
gressu ⁊ exitu fluvii dicta dmai
Continens perpetua terra. nec ullo
mari discreta. quam Greci ipiron
vocant. De inferioribus terre.
Specus ē fossa sub terra q̄ p
spici potest. Spelunca grece. spelu=
ca latine. Spelunca appellata
ora loca pstifiri spe. quam
Greci parronia appellant. vel
aspelunca. Sic ideo varro.

spiraculum dicit Hugo de loco in
spiracula quod ideo dicitur quia terra spira-
culum habet. Spiratus pirupos terrae profundi
qui iuxta se est a spiratu est spiramentis dictus
a pyros translata a fabulis quae audita
dicitur ad aptitudinem nostram. Profundum
quod aliquando potest sit fundus. Ab-
ducere a profundo ut superius vel
deorsum dicitur ut mare et terra et
celum profundum. Baratrum nimie
altitudinis nomen est dictum baratrum
quasi vorago atra scilicet a profunditate.
Erebus inferior profunditatis atque
vetustissimus. Styx est locus quod sunt penitus
a tristicia dicitur quod tristes faciat
vel quia tristiciam significat. Cocitus
locus inferni de quo Job loquitur dulces
erant glarees cociti. Cocitus autem
nomen accepit contra interpretatione a
luctu et gemitu. Tartarum vel
quia illic omnia turbata sunt et ideo totius
capitulum ..um vel quia ibi [illegible] dicit Toti
[illegible] i. a tremore frigoris
quod est algere et rigere. Sed quia lucem
solis non capiat quia nec illic vapo-
res sunt qui solis lucem gi-
gnunt nec statim vel eius de his
motibus incitatur. Sed profundius su-
per Tartarum ut dicitur et
terrene apud grecos legitur. Illic enim
fletus et stridor dentium. Gehenna
est locus ignis et sulphuris quae
appellatur putatur a valle ydolis
consecrata quae est iuxta muros iherusalem
repleta olim cadaueribus mor-
tuorum. Ibi enim hebrei filios suos
immolabant demonibus et appellabatur
locus ipse gehennon. Sicut ergo
supplicij locus ubi peccatores cruciantur
sunt. Ex loci notabilis exemplo.
Supra de gehenna ignis

et frigoris. Infernus appellatur eo quod infra
sit. Sicut autem secundum corpus si pon-
deris sui ordinem teneat inferiora
sunt omnia grauiora. Ita et lingua
greca origo uocis quae appellatur infernus. Eo
quod nichil suaue habeat respondere perhi-
betur. Sicut enim cor animalis in medio
est ita et infernus in medio terrae esse
perhibetur. Unde et in ewangelio legitur in corde
terrae. Philosophi autem dicunt quod infer-
nos dicunt quia animae sint illic sitae.

De ciuitatibus
De edificijs publicis
De habitaculis
De edificijs sacris
De repositorijs
De operarijs
De aditibus
De partibus edificiorum
De munitionibus
De tentorijs
De sepulcris
De edificijs rusticis
De agris
De finibus agrorum
De mensuris agrorum
De itineribus

De ciuitatibus. Conditarum urbium
plerumque dissensio inuenitur
a quo ut nec urbis quidem
Rome origo possit diligenter agnosci.
Nam Salustius dicit urbem Romam
sicut ego accepi condidere atque habita-
uere initio Troiani. Et hij qui [illegible] ha-
buisse originem. Alij dicunt ab Euandro.
Sed quod uiculus dicitur ibi Euandrus uo-
luerunt conditores arcis. Alij a Romulo
ut eius nomine auspicijs illa in-
clita Roma. Sed [illegible] ceterarum ciuitatum
ita ratio nec apparet. Ut nec imposita

in aliorum opinione dubitatur. Unde nec
historiographi nec computatores varia dicen-
tes imperite conscripsere deinde. quia antiqui-
tas ipsa turbavit errorem. Hanc qui-
dam. Et quamvis aut sic scripsere aut historie
[illegible] requirunt. Pauca
ad memoriam urbis vetustate eorum. Primus
ante diluvium Cain civitatem Enoch
ex nomine filii sui in India condidit.
quam urbem sola multitudine sue posteri-
tatis implevit. Primus post diluvium
Nembroth gigas Babiloniam
urbem Mesopotamie fundavit.
Hanc Semiramis regina Assyriorum
ampliavit. muro quoque urbis bitumine
et cocto latere fecit. Vocabulum autem
sumpsit a confusione. eo quod ibi confuse sint
atque permixte lingue edificanti-
um turrim. Iudei asserunt Sem filium
Noe qui dicitur Melchisedech primum
post diluvium in Syria condidisse urbem
Salem in qua regnum fuit eiusdem
Melchisedech. Hanc postea tenuerunt
Iebusei ex quibus et sortita est voca-
bulum Iebus. Sic ex duobus nominibus
copulatis Iebus et Salem vocata
est Ierusalem quam postea a Salomone Iero-
solima quasi Ierosolimonia dicta. Hec
et corrupte a poetis Solima nuncu-
pata et postmodum ab Helio Adriano
Helya vocata est. Hec ipsa est et
Syon. quod hebraice interpretatur speculatio
eo quod in sublimi constructa sit. et
de longe venientia contempletur. Ierusalem
autem pacifica in nostrum sermonem trans-
fertur. Oppidum autem nobile quidam
construxerunt. Dionisius qui et Liber
pater cum Indiam victor peram-
bulasset Nisam urbem ex suo nomine

iuxta Indum flumen condidit
et .l. milibus hominum implevit.
Medus autem Iaphet filius Mediam
construxit unde et regio eius Media
nomen sortita est. Persepolim ur-
bem caput Persidis Perseus
Danes filius condidit famosissimam
refertissimamque opibus. a quo et
Persida dicta est. Hinc et si forte
quoque Parthi apud Parthiam
condiderunt. Post evulsionem Baby-
lonie urbis. Susis oppidum
Persidis aiunt Memnonis fratrem
constituisse dictum a Susis quod im-
minet Susi flumini. Ibi est
regia Cyri. lapide candido
et vario cum columpnis aureis et
laquearibus gemmis quoque distinc-
ta continens etiam simulacrum celi
stellis micantibus prefiguratum
et alia humanis mentibus incredibilia.
Bactra oppidum Bactriani condi-
derunt ex proprio amne eam cogno-
minantes qui Bactrus vocatur.
Carra civitas Mesopotamie
trans Edissam condita a Parthis
ubi quondam Romanus est exercitus
cesus et Crassus dux captus.
Edissam urbem Mesopotamie
condidit Nembroth filius
Chus. postquam de Babilone migravit
in qua et regnavit. que antea Arach
cognominata est. Ipse construxit et
Calannem. que postea mutato nomine
a Seleuco rege dicta est Seleucia.
Philadelphiam urbem Arabie
condidit Raphaim gens antiq-
qua. quam inhabitavere filii Loth.
Seleucus unus ex pueris Alexandri

babilonia
Semiramis

post mortem autem alexandri
occupato regno orientis. urbem
in syria condidit. eam quam ex antio-
chi patris sui nomine antiochiam
nominavit et syrie caput instituit
Ipse quoque laodiciam et seleuciam. ipse
apamiam et edissam urbes con-
struxit. Damascus syrie condita
et nuncupata a damasco dispen-
satoris abrahe filio. Hec antea
totius syrie tenuit principatum
necdum enim ibi florebat anti-
ochia. laodicia. apamia. quas
urbes post alexandrum constructas
ex cognitis. hec est damascus
quam abraham futurum sibi heredem
deputat antequam esset ibi promissus
ysaac. Gazam oppidum palestine
condiderunt hevei in quo habitaverunt
capadoces pristinis cultoribus
interfectis. vocata autem gaza
eo quod ibi cambises rex persarum
thezauros suos posuit. cum
bellum egyptiis intulisset. persarum
enim lingua thezaurus gaza no-
minatur. Philistim urbem
condiderunt allophili. ipsa est asca-
lon de qua supra memoravimus. nun-
cupata ab homine asloim qui
fuit nepos cham. et filius
mesraim. Dor urbs fuit
quondam potentissima et versa in tur-
ratonis turris. postea ab herode
rege. in honore cesaris augusti
cesaria nuncupata in qua cornelii
domus. xpo credentis ostenditur
et philippi ediculas et cubiculum
iiii virginum prophetarum. Joppe oppidum
palestine maritimum. quod pa-
lestini condiderunt. ubi saxum

ostenditur quo vinculorum andromede
vestigia adhuc retinet. Cuius
belue forma immanitatis elephantis
fuit. Jericho a iebuseis condita
traditur. a quibus et nomen traxisse
perhibetur. Hanc subvertit ihesus. post quam
extruxit aliam ozam de bethel
ex tribu effraim. Sed et hec eo tempore
quo ierusalem oppugnabatur a romanis
propter perfidiam civium capta atque de-
structa est. Post hec tertia edificata est
urbs que hodie usque permanet.
Sichem samarie urbs que latine
et grece sichima vocatur. edificavit
emmor. appellatam ex nomine sichem
filii sui. ipsa est nunc neapolis civi-
tas samaritanorum. Bethel urbem
samarie condiderunt iebusei que
prius vocabatur luza. Sed postquam
dormiens ibi iacob vidit scalam
pertingentem celo. et dixit vere hic est do-
mus dei et porta celi. Hanc ex ea
nomen loci accepit. bethel id est domus
dei. Cum ibi ab ieroboam vituli
aurei fabricati sunt vocata est betha-
ven id est domus idoli. que antea voca-
batur domus dei. Bethleem iude
civitas david. que meruit genere sal-
vatorem a iebuseis condita fuit
et vocata prius effrata. Cum autem
ibi iacob pecora sua pavit eidem
loco bethleem nomen quasi vaticinio
futuri imposuit. quod domus panis
interpretatur. propter eum panem qui de celo de-
scendit. Ebron civitas iude que
quondam vocabatur arbe. condita est a
gigantibus ante septem annos quam ab
his taphnis urbs egypti conderetur
Ipsa est arbe a numero ita vocata
quod ibi tres patriarche sepulti sunt
et quartus adam. Ipsa est et mambre.

vocata quod uno anno absque aqua. Samari-
a a quo omnis regio quae circa eam
fuit nomen accepit. Samaritis
urbs a priorum constructa. vocantque
samaria id est custodia. quod quondam ibi
transtulit incolas ibi custodes con-
stituit. Hanc obsidione captam
Antiochus solo coequavit quam postea
Herodes a fundamentis instauratam
in honorem Augusti id est Sebastiam
greco sermone vocavit. Ibi sepulti sunt
Heliseus et Abdias propheta et quo maior
inter natos mulierum non fuit Io-
hannes baptista. Tiberiadem vero Hero-
des alius in iudea ducem tyberii
cesaris condidit. Tyrus urbs fe-
nicum condita a fenicibus fuit. Haec
est civitas ex qua aurum regi salomoni
deferebatur. In qua optima purpura tingi-
tur et tyria dicitur nobilis purpura. Feni-
ces a rubro mari profecti Sydonem
urbem opulentissimam condiderunt
quam a piscium copia sydon appella-
verunt. Nam piscem fenices sidon
vocant. Ipsi etiam tyrum in syria
ipsi uticam in affrica. ypponem
leptinque. alias quoque urbes in ora
maritima condiderunt. ipsi thebas
in boetia. gades oceano. ipsi po-
stremo in ultima urbis tribulacionis
urbem coccano construxerunt. ita
quod lingua sua gades vocaverunt.
Ita mos erat antiquis feniceum
gentibus. multos sibi incurrendi
causa a domo profecti et ad incolatus
suos quietos vero. Cyprus autem ad con-
tactos sibi congregasse loca. quae
condidit urbibus ydonia incolebat
tunc. Elyssa profecta dido in libia
affrice urbem condidit et kartada
nominavit. quod fenicia lingua exprimit
civitatem novam. mox sermone
verso cartago dicta est. Hanc scipio
delevit. quae autem nunc est postea
a romanis condita est. Kartago
autem antea byrsa. post ea tyrus
dicta est. deinde cartago. Memphis
civitatem egipti edificavit
epafus iovis filius cum in secunda
egipto regnaret. Haec est urbs.
ubi cartha nascitur. ubi etiam
opera mathematici fuerunt. Haec
quoque urbs magicis artibus de-
dita. pristini usque ad presens tempus
vestigia erroris ostendit. Taphi-
nis metropolis egipti ubi
pharao fuit et moyses cuncta
signa fecit quae in exodo scribuntur.
Hanc construxisse perhibentur tytanes.
id est gigantes. et ex nomine suo nuncu-
paverunt. Heliopolis urbs egip-
ti quae latine interpretatur solis civi-
tas. sic greci interpretari arbitran-
tur. Constructa est autem a filiis
israel in qua putiphares sacerdos
fuit cuius meminit Ezechiel.
Urbem alexandriam condidit
alexander magnus cuius et nomen
retinet. Haec autem in confinibus
affrice et egipti consistit. et caput
esse regionis egipti inspicitur. Sita
vero autem inter egiptum et mare
quasi claustrum importuosa. Haec est
urbs egipti. post eam ipsa de alex-
andria. Thebas egiptias con-
didit cathmus. quae inter egyp-
tias urbes centum portarum no-
bilior cluit. ad quas quinque ara-
bes undique conveniunt. Hinc re-
gio egipti thebaida dicta est. Thee-
be autem in boetia sunt regnante uno
tunc tempore sunt condite. Ptholomais

et Beronice, a regibus egipciis no-
minate a quibus et edificate fuerunt.
Cesaream Capadocie ... Tharsum
Cilicie claudius perseus prius edifi-
cavit. De qua civitate fuit pau-
lus apostolus natus unde Tharso
Cilicie civitate et loco indicat
Tharsus vocatur. Seleuciam in
Isaurie condidit Seleucus qui et An-
tiochiam. Ilion autem Apollinis filius
in Frigia Ilium condidit. Amazo-
nes Ephesum in Asia construxerunt.
Cirus vero Smirnam construxit
Colofonios poete patria extitit.
et Smirna vocata quod ex capite
eius flumen fluat. Dioscoria
Colchorum urbem Amphitus et Cercius
aurige Castoris et Pollucis fab-
ricaverunt eorum nomine eam cogno-
minantes (nam Castor et Pollux
grece dioscori appellantur). Nicom-
edia a Nicomede rege Bithi-
nie edificata est. Bithinia
condita a Fenice qui prius Mariandina
vocabatur. Constantinopolim
urbem Tracie Constantinus cogno-
mine instituit solam Rome meritis
et potentia adequatam. Hanc condidit
prius Pausania rex Spartanorum
et vocata Bizancium vel quod tan-
tum inter adriaticum mare et Pro-
pontidem, vel quod sit receptaculum
terre marisque copiis. Unde eam
Constantinus aptissimam condendam
iudicavit ut receptaculum sibi
terra marique fieret. Unde et nunc
Romani imperii sedes est et orientis
caput est sicut et Roma
occidentis. Epirus civitas Tra-
cie condita est a Pirro et cogno-
minata. Athenas in Ellade
Cecrops condidit et suo nomine

athe

Cecropiam nominavit. Hanc Amphion
id est qui in grecia tertius post Cecropem re-
gnavit Minerve sacravit et nomen
civitati Athenas dedit. Nam Miner-
va grece Athena dicitur. Unde et Miner-
va grece in victoria multarum artium
apparuit quia ... et artes diversorum
studiorum et ipsa philosophia velut tem-
plum Athenas habuit. Corinth-
um Achaie condidit Corinthus
Horestis filius. Hanc greci Corinthiam
vocant id est administrationem rei
publice. Thebas Boecie Cathmus
Agenoris a Fenicibus condidit. Thebis
Egiptiis prius ab eo constructis. Athe-
nas. Lacedemonia condita a Lacede-
mone Semeles filio. Sparta a
Sparto filio Foronei vocata qui
fuit filius Inachi. Ipsa autem et
Sparta quoque Lacedemonia civi-
tas atque in Lacedemonios Spar-
thanos dici. Achaia ab Acheo con-
structa. Pelops qui apud Argos
regnavit Peloponensem urbem con-
didit. Cercops in insula Rhodo
Rhodum edificavit. Carpathum Chonii
Ceos Aphthonis filius Pasiny. An-
giam Ligurgi filius Samu. Darda-
nus qui condidit Dardaniam. Thessa-
lonicam Thessalus greci filius edificavit.
unde et regnavit. Brundisium autem
dixerunt grece quod Brunda caput cervi
dicitur. Sic enim est ut et cornua vi-
deantur et caput et lingua in positi-
one ipsius civitatis. Italia autem ab Italo
siculo nuncupata. A Saturno Saturnia
atque Latium condita eo quod ibi fugiens
latuisset cognominata. Ab Hercule Cam-
pania Pompeiam qui victor ex
Hispania pompa boum duxerat.
Eneas autem post excidium Troie ...
ytalia venit ab uxoris nomine

corinthi

Lauinium condidit. Ascanius vero relicto
Lauinie nouerce sue regno albam
longam edificauit. Alba autem vocata
propter colorem sui. longa pro longitu-
dinem est in porrecta plixitate collis in
quo sita est. Hostiat de urbe regis
albanorum appellari caput. Capua
capis silvius rex albanorum construxit
appellatam nomine conditoris licet sunt
qui dicant a capacitate. sed capua
dictam quia omnis terra omnium vite fructum
capiat. Alii a locis campestribus
in quibus sita est. Est autem caput urbium
campanie inter tres maximas
romam carthaginemque numerata. unde
et provincia ytalie campanie dicta est.
Romulus avo restituto de alba cum-
lio cum numitore de regno re-
stituisset de eo loco. ubi nunc roma
est devenit ibique sedes posuit.
Moenia construxit. urbem quoque ex nomine
suo romam vocavit. Ferunt autem
latina euandrum condidisse ut est
id est. ferunt prius euandrum romane
conditorem arcis. Ancus marcius quoque
filia et nume pompilii nepos ex
urbem in ostio tyberis condidit. que
transmarinas merces exciperet. et hostem
moraretur. quam ab ipso situ ostiam
appellavit. Galli quondam intestina discor-
dia. et assiduis dissensionibus suorum
permoti. sedes novas querentes yta-
liam profecti sunt. sedibusque propriis tuscis
expulsis. mediolanum atque alias
urbes condiderunt. Vocatum autem medi-
olanum ab eo quod ibi sus mediola-
nea perhibetur inventa. Hystoriis plac
uit tempore greco messapie dicta
origine. inter primos brundisium cala-
bre quam de pondio cervi sic pre-
nuntiatur prenatica nominavit. Cota-
nis tempore filia post interitum

thebanorum dux delata in ytalia
et mantua condidisse. Est autem in
venetia que gallia cisalpina
dicitur. Et dicta mantua quod manes
conservat. Parthenopa a parthe-
nope quadam virgine illic sepulta
parthenope appellata. quod oppidum
postea augustus neapolim esse
maluit. Ad promontorium leuca-
tem in quo actii appollinis templum
fuit bellum augustus contra antonium
gessit. quo victor urbem de actia-
tico sinu condidit. quam a victoria
nicopolim appellavit. Phalantus
partheniorum dux parthenios
condidit. Tharas neptuni filius
fuit a quo tarentum civitas et con-
dita et appellata est. Cum cyrus
maritimas urbes grecie occu-
paret et finitimos ab eo oppug-
nati civibus angustiis premerentur
mandaverunt ut expugnarent quam
longissime ab imperio persarum ubi
nec nomen eorum quidem audirent
atque ita in ultimis gallie finibus
navibus profecti. civitas quam ad
ipsis gallicam feritatem tuentes
massiliam condiderunt et quod nomen
dux imposuerunt. Hos varro
trilingues esse ait. quod et grece
loquantur et latine et gallice. Nar-
bonam et arelatam et pictavis
coloni proprii condiderunt. Burdega-
lim appellatam ferunt quod burgos
gallos primum colonos habuit quibus
antea alteribus adimpleta est.
Tarraconam in hyspania scipiones
construxerunt. que mox a romanis
capta et colonia facta. nomen etiam
provincie dedit. Vrbs autem a gothis
subversa atque depopulata redacta
est. Gaditum gadi quod insula

Vadtis turfis filia

Sagunto profecti in Hispania condiderunt, quam Afri postea bello impetitam deleverunt. Emerita Caesar Augustus edificavit postquam Lusitaniam et quasdam Oceani insulas cepit, dans ei nomen ab eo quod ibi milites veteranos constituisset. Nam emeriti dicuntur veterani solutique militie. Olisipona ab Ulixe est condita et nuncupata, quo loco, ut historiographi dicunt, celum et maria distinguuntur a terris. Hispalim Cesar Iulius condidit, quam ex suo et Rome urbis vocabulo Iulia Romula nuncupavit. Hispalis autem a situ cognominata est, eo quod in solo palustri suffixis in profundo palis locata sit, ne lubrico atque instabili fundamento caderet. Gades oppidum a Penis conditum, qui etiam et Carthaginem Spartariam condiderunt. Septem oppidum a montibus septem, qui a similitudine fratres vocati Gaditano imminent freto. Tingis civitatis et Lyb. Antheus est auctor, quem Hercules fertur lucte certamine superatum interfecisse. Lix a Lixo flumine Mauritanie nuncupata, ubi antea regia fuit, insula que dominetur salse fluenti. Cesarea Mauritanie oppidum Iuba rex Maurorum in honore Cesaris Augusti condidit, quam ex eius nomine Cesaream appellavit, sicut Herodes aliam Cesaream in Palestina, que nunc urbs est Cai[illegible]. Icosia Cesariensis Mauritanie oppidum. Hercule illic transeunte xx a comitatu suo discedentes construxerunt. Hac

ut quis eorum imposito a se nomine privatim gloriaretur, communi uno urbi composito nomine est data. Cyrene regina fuit Libie, que ex suo nomine civitatem Cyrenen condidit, ex qua et Libiam Cyrenensem vocavit.

De edificiis publicis

Civitas est hominum multitudo societatis vinculo adunata, dicta a civibus, id est ab ipsis incolis urbis. Nam urbs ipsa menia sunt, civitas autem non saxa, sed habitatores vocantur. Tres autem sunt societates: familiarum, urbium, gentium. Urbs vocata ab orbe, quod antique civitates in orbe fiebant, vel ab urbo parte aratri, quo muri designabantur. Unde est illud: Optavitque locum regno et concludere sulco. Locus enim future civitatis sulco designabatur, id est aratro. Cato: Qui urbem novam condit, tauro et vacca aret; ubi araverit, murum faciat; ubi portam vult esse, aratrum sustollat et portet, et portam vocet. Ideo autem urbs aratro circumdabatur. Dispari sexu iunctorum ipsi quempiam fa[illegible] et [illegible] restitutio [illegible]. Urbs autem aratro conditur, aratro vertitur. Unde Oratius: Imprimit muris hostile aratrum. Oppidum quidam ab oppositione murorum dixerunt; alii ab opibus recondendis, eo quod sit munitum; alii quod sibi in eo conventus habitantium opem det mutuam contra hostem. Nam primum homines tamquam nudi et inermes nec contra beluas presidia habebant, nec receptacula frigoris et caloris, nec ipsi inter se homines ab hominibus satis erant tuti. Tandem naturali sollertia speluncis silvestribusque tegumentis tuguria sibi et casas virgultis harundinibusque contexerunt, quo esset vita

tueretur, vel ubi hostibus non posset aditus esse. Hec est origo oppidorum, que quod opem darent, idcirco oppida nominata dixerunt. Oppidum autem magnitudine et menibus discrepat a vico et castello et pago. Civitates autem aut colonie aut municipia aut vici aut castella aut pagi appellantur. Civitas proprie dicitur quam non advene sed eiusdem loci nati in eodem solo condiderunt. Ideoque urbes a propriis civibus condite civitates non colonie nuncupantur. Colonia vero est que defectu indigenarum novis cultoribus adimpletur. Unde et colonia a cultu agri dicta est. Municipium vero quod manente statu civitatis ius aliquod minoris vel maioris officii a principe impetrabat. Dictum autem municipium a muneribus, id est officiis, quia tantum munia, id est tributa vel munera, reddunt. Ita liberales et famosissime cives et quod a principe consecuti sunt ibi in ... hec cum ad dignitatem civitatum pervenerint. Vici et castella et pagi hii sunt que nulla dignitate civitatis ornantur, sed vulgari hominum conventu incoluntur, et propter parvitatem sui maioribus civitatibus attribuuntur. Vicus autem dictus ab ipsis tantum habitatoribus, vel quod vias habeat tantum sine muris. Est autem sine munitione murorum. Licet etiam vici dicantur ipse habitationes urbis. Dictus autem vicus eo quod sit vice civitatis, vel quod vias habeat tantum sine muris. Castrum antiqui dicebant oppidum loco altissimo situm, quasi casam altam; cuius pluralis est numerus castra, diminutivum castellum est. Pagi sunt apta edificiis loca inter agros habitantibus. Hec et conciliabula dicta a conventu et communitate multorum in unum. Compita sunt ubi usque conveniunt rustici. Et dicta compita

quod multa loca in agris competunt, et quo conveniunt rustici. Suburbana sunt circumiecta civitatis edificia, que sub urbe sunt. Menia sunt muri civitatis, dicta ab eo quod muniant civitatem. Que munimenta urbis, id est tutamenta, communiunt. Dicta autem menia quia manu facta sunt et munita. Communes a munere dicti, qui munia, quod muniant et tueantur interiora urbis. Menia autem duplici significatione sunt posita. Item interdum menia abusive dicuntur omnia edificia publica civitatis, ut: dividimus muros et menia pandimus urbis. Ipse autem menia sunt tam muri quam turribus propugnaculisque ornantur. Turres vocate quod teretes sint et longe. Teres enim est aliquid rotundum cum proceritate, ut columna. Item quibus convenit aut late construuntur. Paulatim tamen ... tibus rotundeque construuntur. Ideo ex omni parte anguli simulacra ... per longum acies spatium ... ut atque ... et rotundum ... Propugnacula pinne murorum sunt, dicta quod ex his propugnatur. Pinnacula vero eo quod sit pinnatione muri. Porta dicitur qua potest vel importari aliquid vel exportari. Ipse autem porta aut urbis aut castrorum vocatur. Sunt superius dicta. Vici, ut predictum est, ipse habitationes urbis sunt. Unde et vicini dicti. Vie vero spatia angusta que inter vicos sunt. Platee perpetue ac latiores civitatum vie sunt. Iuxta proprietatem lingue Grece a latitudine nuncupate. Platos enim Grece latum dicitur. Exeuntes per platee ... que capiunt ... Cloace dicte quod his proluuntur

aque. Has primus Rome fecisse tar-
quinium priscum dicunt cloacis plurimarum
conductus construxit per eas aqua de
civitate emittuntur. ne maioris
periculi quam tempestatibus pluviarum
vel fundamenta urbium strages aquarum
subverterent. Subbasilica que sub
basilica sunt. ut que scolastici am-
bulant. sunt eciam porticus continue
iuxta plateas. Forum est exercendarum
litium locus. a fando dictus. Est
loca rostra nominatur ideo quod de
bello punico captis navibus
carthaginensium rostra ablata
sunt et in foro romano prefixa ut
esset huius insigne victorie. Curia
dicta eo quod ibi cura per senatum de
cunctis administretur. Pretorium eo
quod ibi pretor residebat ad discuti-
endum. Gymnasium generalis est
exercitiorum locus. Nam apud athenienses
locus erat ubi discebatur philo-
sophie exercebatur studium. Idem
gymnasium grece vocatur quod latine
exercitium dicitur est enim meditatio. Et
balnea et loca exercitiorum et athletarum
gymnasia sunt. eo quod illic ex
nude artis studium exercetur.
Capitolium Rome vocatum eo
quod fuit romane urbis et religi-
onis caput summum. Alii aiunt
ad tarquinium priscum capitolii
fundamenta Rome aperientem in loco
fundamenti caput hominis litteris
tuscis notatum invenit. et
inde capitolium appellavit.
Arces sunt partes urbis excelse
atque munite. Nam quecumque
tutissima urbium sunt ab arcendo
hoste arces vocantur. Unde et

arcus et archa. Ceteram romani
dari putant a cantu esse eo quod ibi
convenientes omnium curant. Theatrum a
ab spectaculo nominatum a theore et te-
opla quod in eo populus stans desuper
atque spectans ludos scenicos te-
templaretur. Amphitheatrum vero voca-
tum quod ex duobus sit theatris compositum.
Nam amphitheatrum rotundum est. Thea-
trum vero ex medio amphitheatri est semi-
circuli figuram habens. Labarintus est
perplexis parietibus edificium qualis
est apud cretam a dedalo factus
ubi fuit minotaurus inclusus
in quo si quis intraverit sine glomere
lini exitum invenire non valet. Cuius
edificii talis est situs ut aperienti-
bus foribus tonitruum intus terribile
audiatur. descenditur centenis ultra
gradibus intus simulacra et monstrifice
effigies. innumere diverse. transitus
varii per tenebras facti ad errorem
ingredientium facti. ita ut de tenebris
eius ad lucem invenire impossibile vi-
deatur. Quattuor sunt autem labarinti. primus
egipcius. 2us creticus. 3us lemnius. 4us
in ytalia. omnes ita constructi ut dis-
solvi omnes nec ulla etate quidem
possunt. Farus turris est maxima
quam greci et latini in commune ex ipsius
rei usu farum appellaverunt. eo quod
flammarum indicio longe videatur
a navigantibus qualem ptolomeus
iuxta alexandriam construxisse octin-
gentis talentis traditur. Usus eius
nocturno navium cursui ignes
ostendere ad prenuntianda vada portus-
que introitus. ne decepti tenebris
navigantes in scopulos incidant.

theatre
labirinthus
ffarus

Nam alexandria fallacibus vadis in-
sidiosos accessus habet. Hinc igitur
in portibus machinas ad pre-
lucendum instructas fabricatas pharos
dicunt. Nam phos lux est. foros visio di-
citur. unde et lucifer grece fosforos appel-
latur. Cochlee sunt alte et rotunde turres
et dicte coclee quasi cicle quia
tamquam per tortuosum orbem quasi conscendi-
tur qualis est rome centum septuaginta pe-
dibus. Termas appellatas quod calefaci-
ant. termon enim calor no-
minatur. Balneis vero nomen inditum
a lavatione meroris. Nam greci bala-
nion dixerunt quod anxietatem animi
tollat. Gimnasia dicuntur
quod ibi athlete nudato corpore et
prostratis manibus certantur. Nam
gymnasium grece latine exercitium dicitur.
Apoditerium ubi lavantium vestimen-
ta ponuntur ab exuendo scilicet dictum.
Apodicamen enim grece exuere dicitur. piscina
quidem hinc est que apud nos corru-
pte piscina dicitur. Est autem locus in
publica balnea ubi pisces lavacrorum
a fame et siti refrigerant. Unde et
piscina ... dicitur. piscina enim grece
famem significat. eo quod hic locus famem
tollat. Tabernae olim vocabantur
edicule plebeiorum publice et simplices
in vicis a parietibus et tabulis clause.
Unde et tabernacula quod ibi habitabant
... Dicte autem tabernae quod contabulis
ligneis erant constructe. que nunc et
si non specie nomen pristinum retinent.
Macellum dictum quod ibi mactentur
pecora que mercantibus venduntur.
Mercatum autem a commercio nominatum. ibi
enim res vendere vel emere solitum
est. Sic et theloneum dicitur ubi merces
navium et nautarum emolumenta

redduntur. Ibi enim vectigalis
exactor sedet pretium rebus impo-
siturus et voce a mercatoribus fla-
gitans. Carcer est a quo prohibemur
exire et dictus carcer a coercendo.
abitatio ab hoc = De habitac[ulis]
Habitaculum ab habendo nominatum, ut habitare
capsis. Domus ex greca appellatione
nominata. nam doma greci tectum
dicunt. Est autem domus unius familie
habitaculum. sicut urbs unius populi. sicut
orbis domicilium totius generis
humani. Dicta autem edificium quod antiqui
edium appellant. Alii edium ab
edendo quidem accepisse nomen
existimant. Dicentes exemplo plautus
latine: si vocasses nos ad cenam
ad prandium. Item et edificium
eo quod fuit prius ad edendum factum.
Aula domus est regia sive spa-
ciosum habitaculum porticibus
quattuor conclusum. Atrium magna
edes est sive amplior et spaciosa
domus. Et dictum atrium eo
quod addantur ei tres porticus
extrinsecus. Alii atrium quasi ab igne
et lumine atrum dixerunt. Atrum
enim fit ex fumo. Palacium a
Pallante principe Arcadum
dictum. Deinde honore arcadum
palancium oppidum construxerunt.
et regia domus nomine condita
palacium nominaverunt. Thalamus
hic ita nominatum fuit. Cum
enim rapte fuissent a roma-
nis sabine. ex quibus cum una
ante alias specie nobilis cum
magna omnium admiratione raperetur
thalamoni duci eam ducere
responsum est. Et quia hec nu-
ptie feliciter cesserunt institu-
tum est. ut in nuptiis ...

Cene antiquorum in publico fiebant
nec ulli convivium singulare erat.
d.

thalami nomen utitur. Epirote quoque
lingua sua loca in quibus imbecilles
succedunt, recipiebant thala-
mos vocant. Cenaculum dictum a communione
vescendi. Unde et cenobium congregatio.
Antiqui enim publice et in commune
vescebantur, nec ulli convivium
singulare erat, ne occulto delicias
luxuriam gignerent. Triclinium
cenaculum a tribus lectulis discum-
bencium dictum. Apud veteres enim
in loco ubi convivii apparatus expo-
nebantur tres lectuli sternebantur
in quibus discumbentes epulabantur.
Clinon enim grece lectus vel accu-
bitus dicitur. Quo consertum est ut
triclinium diceretur. Cella quod nos
celat et occultat et celat. Cubiculum
vero quod eo cubamus, ibi quod dormi-
entes requiescimus. Cubile autem
cubandi locus. Secretum quod sit lo-
cus secretus, id est sine arbitris.
Diversorium dictum eo quod ex diversis
viis ibi conveniatur. Hospitium
simo generatur e. ubi quis ad tempus
hospitali iure demoratur et inde
iterum transiens migrat. Inde et
mutatio quod mutatur. Unde et
castra metata sunt, permutantur
eo quod illic permanet quisque
sed transit. Communis collecta
trans in foro procurat materias
ut sunt loca in quibus hospitates
insistunt, quod a nomine camini
cum fornicibus appellata sunt. Et
solaria quia patent soli. Peristilia
aliis lapidibus, cellis materia edifica-
ta porticibus inclinata et fo-
ribus et domibus adiacent.
Tabulata olim lignee domus
fiebant, inde nomen permanet
tabulatorum. Ypogeum est constructum

sub terris edificium, quod nos autem
vel speluncam dicimus. Solarium quod
soli et auris pateat, quale fuit
locus in quo David Bethsabee lava-
tem aspexit et adamavit. Cinum est
complurima antiquorum obsidet peregri-
nus successus minorum visitato
de sepulchro. Tanta millia autem talen-
ta inde abstraxit, Cesaribus ccc
antiquo dedit ut obsidionem re-
linqueret atque ut facta invidia
deduceret. Fertur Constantinus pecunia
instituisse primus xenodochia, quibus
adventu susciperet pauperum et
peregrinorum vicem et vocabula suscepit.
Nam xenodochium? dilatum xenodochium
peregrinorum susceptorium nuncupatur. Ubi a
civitatis de plateis colliguntur.
Nosocomium grece dicitur quod compta
languoribus atque de odiis miserorum
membra fluctuant. De edificiis sacris.

Sacra sunt loca divinis cultibus
instituta ut pote ea in quibus
altaria libationibus et more pontifica-
bus consecrantur. Sancta vero interiora
templi sunt. Sancta sanctorum
locus templi secretior, ad quem nulli erat
accessus nisi tantum sacerdotibus. Dicta
autem sancta sanctorum quia ceteris omnibus sa-
cratiora sunt, ut sanctorum comparatione sanctiora
sunt, sicut cantica canticorum quod cantica
universa precellunt. Templum a castigio
hostie nuncupatur. Sacellum cum sacris
apud veteres dicebatur in quo hostie
sanguine erat consecratum a consecra-
tione. Ipse sanctum quod consecrat et sanctificat.
Sanctuarium est a consecrando et invoca-
tione petere ab iniuria desendere.
Habet et lege sacre et mores sacrate
diuini. Oratorium quod in oratoriis
orationibus precatio cum placatio
est. Oracula dicta eo quod inde

responsa reddunt. Et oracula ab
ore. penetralia dicta sunt oraculorum.
Et penetralia dicta sunt ab eo quod
penitus sint et procul intra. Oratorium
dicitur quod orari tantum est constitutum. neque ibi aliud
agere debet nisi ad quod est factum unde et nomen
accepit. Monasterium vero monachorum
habitatio est. monos enim apud grecos
solus. sterion statio. i. solitariorum ha-
bitatio. Cenobium grecum et latinum
nomen compositum est cum habitacu-
lum plurimorum designat viventium
communiter. [illegible] generale nomen. Templum vero
generale. pro loco cum quibuscumque ma-
gnis antiqui templa dicebant. Et
templa dicta quasi tecta ampla. Dicitur
et locus designatus ad orientem
a contemplatione templum dicebatur.
Cuius partes iiii erant antiquitus ad
ortum. postea ad occasum. sinistra
ad septentrionem. dextra ad meridiem
spectantes. Unde quando templum construe-
bant. orientem spectabant equinoc-
tialem. ita ut linee ab ortu ad
occidentem misse fierent partes celi
dextre sinistre equales. ut qui consuleret
ac deprecaretur. rectum aspiceret orien-
tem. Fana dicta a faunis quibus
templa antiquorum gentilium construebant
ubi consulentes demonum responsa
audiebant. Delubra veteres dice-
bant templa fontes habentia quibus
ante ingressum diluebantur et appellari
delubra a diluendo. Ipse sunt vero
ecclesie cum sacris fontibus in quibus
fideles regenerati purificantur. Et
cum quodam presagio delubra sunt
appellata. sunt enim de ablutione
peccatorum. Fons autem in delubris lo-
cus quandoque est. de quo septem gradus
quos secundum misterio formantur. tres
de descensu. et tres de ascensu. septi-
mus is est qui et quartus. i. filius

filio hominis coniungens fornacem
ignis stabilimentum pedum fun-
damentum aque. in quo plenitudo divinitatis
habitat corporaliter. Basilice prius voca-
bantur regum habitacula unde et
nomen habent. basileus enim rex et
basilice regie habitationes. Nunc autem
ideo divina templa basilice nominantur
quia ibi regi omnium deo cultus et
sacrificia offeruntur. Martirium locus
martirum greca derivatione. eo quod
in memoria martiris sit constructum. vel
quod sepulcra sanctorum ibi sint martirum.
Altare quidam vocatum dixerunt
quod ibi incense victime ardebant.
Alii aram dicunt a precationibus
i. quasi grata ara dicunt. Unde quasi
impetratio facta dicitur. Alii volunt
ab altitudine. altare quod stat et vocatur
quasi alta ara. sed male. altare
vero autem ab altitudine. Pulpitum quia
ibi lector vel psalmista positus
in publico conspici a populo possit. quo
libentius audiatur. Tribunalis
eo quod inde a sacerdote tribuantur
precepta vivendi. Est enim locus
in sublimi constitutus. ut omnes
quod audire possint. Alias tribunal
a tribus vocatur. quia ad id tribus con-
vocantur. Analogium dicitur quod sermo
inde predicatur. Nam logos grece
sermo dicitur quod et ipsum alias pulpitum.
Sacrarium sive et repositorium
est locus templi ubi sacra
reponuntur. sive donaria et in quo
collocantur oblata. Sicut lectisternia
dicuntur ubi hospites solent conquiescere
[illegible] i. sed et portandi sacra
sanctuarium in capsa. Donarium
dicitur eo quod dona ibi reponantur. que in
templis offerri consueverunt. Gazo-

notatum quod prius erat signatum ibi
vero debatur. Hoc cum olim depu-
tatum auro argento quod nondum sig-
nato quam metallis. qualis
postea sit sumpsit pecunia. nomen
tum erarii pervasit ab eo meta-
llo unde pecunia initium sumpsit
Armarium locus est ubi quis ar-
tium instrumenta ponit. Arma-
mentarium vero ubi sunt tela ar-
morum. Et sunt penuale et textrinum
telorum armamentaria teli. Dedala
utique ab arvinis .i. bratthys quasi
operantur. Bibliotheca est locus ubi
reponuntur libri. Biblio enim grece
liber. teca repositorium. Promp-
tuarium dictum eo quod inde necessa-
ria victui promuntur quod est proferun-
tur. Cellarium quod in eo colliguntur
necessaria [illegible] ut quod necessa-
rio victui sufficiunt. Sunt promp-
tuarium et cellarium inter se. quod
cellarium est paucorum dierum. prom-
ptuarium vero temporis longi. Apo-
theca aut vel horrea agro-
rum quibus repositoria vel
regestoria dici possunt. eo quod in
his homines elaboratas fruges
reponunt. Sunt et authecomum. Grece
nomen reposita vel apposita
frugum appellantur. Ergastulum

Ergastulum locus est ubi opus
aliquod fit. Dictum cum sumo-
ne ergon opera. sterio statio .i.
operum statio. Ergastula quoque et
ipsa agro nonnulla nuncupantur
ubi deputantur noxii ad aliquod
opus faciendum. ut solent gla-
diatores et similes. qui manum
secant. et vinctorum custodies

alligati sunt. Granarium grece dictum
eo quod ibi quieti senes ad opus
lanificii conveniant. Cybica-
rium grece [illegible] nuncupantur. Pistrinum
quasi pilistrinum quod pilo antea tunde-
bant granum. Sunt et apud veteres non
molitores sed pistores dicti quasi pinso-
res a pinsendis granis frumenti
Mole cum usus nondum erat sed grana
pilo pinsebant. Sunt et in singulis [illegible]
torrerent fruges flammis ut frigere
sapo. Clibanum furnum predicatio-
nem a fervore dictum. quod panis co-
cto facilis ibi coquitur. Torcular
dum eo quod ibi vine calcantur atque
torte exprimantur. et que torcular.
Torcus est locus ubi uva calcat-
datus quod ibi saltatur. vina ut prius
quod ibi pedibus [illegible]. Sunt et calcato-
rium dictum. Lacus nomen vetera [illegible]
pa [illegible] forum locus est vendendi ad
[illegible] undique; velut [illegible] a
ubi [illegible] [illegible] solet [illegible] a
quod [illegible] quod [illegible]
[illegible] spatia [illegible] navibus
[illegible] [illegible] [illegible] foros. Lacus
dicitur quod ibi [illegible] fruge liquor
Aditus ab adeundo. Lacus de aditibus
Aditus per quod ingredimur et ad ianu-
am vestibulum ut aditus domus
[illegible] ut spatium adiacens aditibus
publicis. Et vestibulum dicitur eo quod
eo vestiuntur fores aut quod aditum
tecto vestiant aut ab stando
Porticus quod [illegible] sit magis qua
ubi standum sit quam porta. et por-
ticus eo quod sit apertus. Ianua a
iano quodam appellatur cui gentiles
omnem introitum vel exitum sacrarunt
vel [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible]
Limina ianui est cum primus domus
limina

q forum accipitur [illegible]

ingressus acta nit camina hostia vocantur. Unde hostium est per quod ab aliquo arceamur ingressu, ab obstando dictum. Alii aiunt hostium appellari quod hostem moretur; ibi enim adversus hostes obicem ponimus. Unde et hostia tabula que hostiis est apposita. Fores et valva clausura sunt. Sed fores dicuntur que foras, valve que intus revolvuntur et duplices complicabilesque sunt. Sed gradus ista vocabula corrupit. Claustra ab eo quod claudantur dicta. Fenestre sunt quibus interior angusta et exterior diffusa est. Glosa: quorum [illegible] dicta eo quod lucem ferant. Lux enim grece fos dicitur, vel quod per eas aditus prospiciat. Alii fenestras putant dictas eo quod domui lucem ministrent; compositum nomen ex greco et latino sermone. Fos enim grece lux est. Cardo est locus in quo hostium inter[illegible] volvitur. Dicitur cardo quia W O W carpi perplexat quod sicut cor hominis totum ille cardo ianuam regat et moveat. Unde et proverbiale est in cardine rem esse. Limina hostiorum dicta eo quod transversa sint, ut limites, et per ea sit egressus aut introitus domus foris eat. Postes et antes qui post ianuam stant, vel que ante ostium antequam prius quam domum ingrediamur. Postes eo quod post hostium stant.

De partibus edificiorum

Fundamentum dictum quod fundus sit domus, parietum. Cementum a cedendo dictum quod crasso lapide purgatur. Paries impar parietum quia duo sunt pares, vel a latere vel a fronte, sive cum tectum in quadratum sit quod fere coniuncti sunt, sive per opus[illegible] aliter cum structura facta de formis et parietinas dicunt quasi parietum ruinas. Sunt enim parietes stantes sine tecto et sine habitatione. Angulus quod duos parietes domus coniungat. Culmina dicta sunt quod apud antiquos tecta culmo tegebantur, ut nunc rustica. Unde tecti summitas culmen dicitur. Camera est volumen introrsum respiciens, appellata a curvo; camur enim grece curvum est. Laquearia sunt que cameram subtegunt et ornant, que et lacunaria dicuntur, principaliter a loco dicta, ut lacunaris repleat eadem laca. Et lacus quorum diminutivo lacunar facit, ut omnia inter ambitum remittet sicut in domo lacunar. Unde sit alia diminutivo lucinaris parvitate. Sicut laquearium facit. Absida greco sermone lucida interpretatur eo quod lumen accepto radio resplendeat. Sed utrum absidam an absidem dicamus quidam ambigunt quod doctorum confirmat. Testudo est camera templi obliqua, nam in modum testudinis veteres templorum tecta faciebant. Que ideo sic fiebat ut celi imaginem redderet, quod constat esse convexum. Alii testudinem volunt esse locum in parte atrii adiunctum parietibus. Crustae dicte quod sint arcta coctione annexa ipsi formulis. Pavimenta origo grecorum est, quod elaborata arte picture lithostrota parvulis crustis ac tesselis tinctis in variis colores. Dicta a pavimentum eo quod paviantur, id est caedantur; unde et pavor tradit eorum. Ostracum dicitur pavimentum testaceum, eo quod fractis

tectis celat adiuncto solarium.
Testa cum grece ostra dicitur. Comp-
luvium dictum quod aquas partibus quie-
ta sunt ex quiescunt. Tessella sunt
ex quibus domicilia fiunt a tes-
seris vocata, id est quadratis lapillis
per diminutionem. Bases fulcra sunt
columpnarum que a fundamento consurgunt
et suppositis fabrice sustinent
pondus. Bases autem est nomen petre
fortissime sive firme. Columpne
prolixitate et rotunditate vocate
in quibus totius fabrice pondus erigitur.
Antiqua vero ratio columpnarum altitudinis
tertia pars latitudinis. Quatuor rotun-
darum iiii^or Dorice, Tuscanice, Co-
rinthie iuxta constitutiones et ala-
tudinis inter se distantes. Quinta
genus earum que vocantur Attice, quat-
uor angulis aut amplius paribus
laterum intervallis. Capitella
dicta quod sint columpnarum capita,
sicut super collum caput. Epistilia
sunt que super capitella columpnarum
ponuntur et est grecum. Tegule quod
tegant edes, et imbrices quod ac-
cipiant imbres. Lateres et lat-
tuli quod lati fiunt, circumactis
undique quatuor tabulis. Canales
ab eo quod cava sunt dicti, vel canne.
Hanc canalem mulieres genere
femino quod masculino proferunt.
Fistule aquarum sunt dicte quod aquas
fundunt et emittunt. Fistola
grece mittere est. Forme earum per
magnitudinem aque capacitatem sunt.

Munitio ut *De munitionibus*
munimentum dicitur quod ma-
nu est factum. Chorus vocata
vel quod coartat civitatem qui intus

sunt, id est concludit, vel quod cohibeat obiectu
suo concurrentes et aditum prohibeat. Vallum
est quod mole terre erigitur ut custodia
pretendatur. Dictum autem vallum a vallis,
na valli fixi sunt quibus vallum muni-
tur, et dicti valli quod figantur in valle.
Intervalla sunt spacia inter capita val-
lorum, id est stipitum quibus vallum est
vinctum, et alia quoque spacia dicuntur ab stipitibus,
sed agger proprie est angulis vel coacervato,
unde fosse et valles possunt replari.
Agger proprie dicitur terra aggesta que vallo
facto primus post est abusive et
muros et munimenta dicimus aggerum.
Dicitur crates sunt partes longe quibus
vinee aliquando clauduntur longius cum ma-
tero dicunt. Formatum sive formacium
in Affrica et Hyspania parietes
terra appellant quia in forma circumdatis
duabus utrimque tabulis infarciuntur,
dum quod instruitur. Hinc ducunt
incorrupti ventis ignibus quod omni
cemento fortiores. Septa muni-
menta saltuum sunt et appellate Caule
munimenta ovium, vel septimenta ovi-
lium, quasi a Grecis vocato et contracta
via Greci aulas vocant ovilium re-
ceptacula. *De tentoriis*

Tabernacula tentoria sunt militum
quibus in itinere solis ardores,
tempestates, ymbrium frigoris ac
iniurias vitant. Dicta tabernacula quod
cortine distente funibus tabulis
inter stantibus appenduntur, que tento-
ria sustinent. Tentorium vocatum
eo quod tendatur funibus atque palis vel
custodie prestandi dicuntur. Papiliones
vocantur a parvulis animalibus volantibus
que magis gaudent floribus mal-
vis. Hec sunt animalia que tenui
aere quiescunt et ita nobilitates

ab igne pyro inuritur cogunt. De
Sepulcrum a sepulcro sepulcris
dictum. prius autem quisque in domo sua
sepeliebatur. postea uetitum est legi-
bus ne fetore ipso corpora uiuentia
contacta inficerentur. Monumentum ideo
nuncupatur eo quod mentem moneat
ad defuncti memoriam. Cum enim non
uideris monumentum, id est quod scriptum
est. spondet tamquam mortuus a corde.
Cum autem uideris, mouet mentem
et ad memoriam te reducit ut m-
ortui recorderis. Monumenta itaque
et memorie pro mentis ammonitione dicte.
Tumulus autem, quasi tumens tellus.
Sarcofagum grece nomen est eo quod ibi
corpora absumantur. Sarcia enim gre-
ce caro. fagus comestio dicitur. Mausolea
sunt sepulcra seu monumenta regum
a mausoleo rege egyptiorum dicta.
Nam cum defuncto uxor eius mire ma-
gnitudinis et pulchritudinis construxit sepu-
lcrum adeo ut usque hodie omnia monu-
menta preciosa ex eius nomine mausolea
nuncupentur. Piramides genus
sepulcrorum quadratum et fastigiatum ultra
omnem celsitudinem que fieri manu po-
ssit. cuius mensura intra umbram
suam consumitur. [illegible] umbra dicunt.
Talia enim edificia surgunt ut a lato
incipiant et in angusto finiantur
sicut ignis. Pyr enim dicitur ignis. hos
Egyptus habuit. Apud maiores enim po-
tentes aut sub montibus aut in mon-
tibus sepeliebantur. Inde tractum est
ut super cadauera aut piramides
fierent. aut ingentes columpne co-
locarentur. De edificiis rusticis
Casa est agreste habitaculum palis
atque uirgultis harundinibusque
contextum. quibus possint homines
tueri a ui frigoris uel caloris

uel iniuria. Tugurium casula est quam
faciunt sibi custodes uinearum ad te-
gimen sui quasi tegurium. sive propter
ardorem solis et radios declina-
dos. siue ut inde uel homines uel be-
stiolas que insidiari solent. uarias
frugibus abigant. Hanc rustici
capannam uocant. quod unum tantum ca-
piat. Tescua quidam putant esse tu-
guria. quidam loca prerupta et
aspera. Magalia edificia numi-
darum agrestium oblonga curuis
lateribus tecta. quasi nauium carine
sunt. siue rotunda in modum furnorum.
Et magalia edificia quasi maga-
ria. quod magar punica noua
uilla dicunt. una littera commutata
l pro r. magaria tuguria. De agris
Ager latine appellatur dictus eo quod
in eo agatur aliquid. Alii agrum a ge-
rendo uocari maluerunt [illegible]
[illegible] et uilla gerere dicitur. Villa
a uallo id est aggere terre nuncupa-
ta. quod pro limite constitui solet.
Possessiones sunt agri late patentes
publici priuatique quos initio non ma-
ncipatione sed quisque ut potuit occupa-
uit atque possedit. unde et nuncupati.
Fundus dictus quod eo fundatur uel sta-
biliatur patrimonium. Fundus autem et
urbanum edificium et rusticum intel-
ligendum est. Predium quod ex omnibus
possessionibus maiore preditur. id est
apparet. quasi preditum uel antiqui
agros quos bello ceperant ut pre-
uere habebant. Ager autem ut
Varro docet quadripharie diuiditur.
Aut enim aruus est ager id est sationa-
lis. aut consitus id est aptus arboribus
aut pascuus qui herbis tantum animalibus
uacat. aut floreus ubi sunt orti

apibus convenientes et floribus quod et Virgi-
lius in quarto libro Georgicorum signi-
ficavit. Arva veteres incultos agros
dicebant, id est silvas et pascua; agros
vero qui colebantur. Terra vero est quo incul-
to latet quo patet. Sabini pro vij et vi-
cinis vota. Et agrestium prima
ei optima feliciter. Restes ager est
in quo serit. Unde et singulis illa post
deinde vox videtur arari agricole.
Compascuus ager dictus qui a divi-
soribus agrorum relictus est ad pasce-
ndum communiter vicinis. Alluvius ag-
er est quem paulatim flumen in agrum
reddidit. Arcifinius ager dictus est quia
certis limitibus mensurarum non continetur
sed arcet fines ex obiectu flu-
minum, moncium, arborum. Unde et
in his agris nichil publicum subsicivorum
intervenit. Novalis ager est primum
proscissus, sive qui alternis vacat.
Novacularum sibi unum ut Nova-
lia cum semel ad fructum crevit
et semel vacat. Squalidus ager
quasi excolidus, qui iam a cultura cessa-
vit sic exquisitus, quasi a populatu discesse-
rit. Uliginosus ager est semper
humidus. Unde quidam dicunt qui aliis
sentiuntur. Uligo enim humor terre est
naturalis ab ea nunquam recedens. Sub-
siciva sunt ... quae ... de via
cadunt, quasi supernatura abierat.
Unde et subsiciva agri quibus in partita
divisio remansit, quasi silvestres vel
palustres. Item subsiciva quod de
divisione agri in efficiunt centuria,
id est iugera ducenta. Area dicitur tabu-
larum equalitas; dicta autem area a
planicie atque equalitate. Unde et
ara. Alii aream vocatam dicunt
quod per triturandis frugibus eradatur
vel quod in terram area in area.
Pratum est cuius feni copia ar-

ida tenent. Quod veteres Romani
nova indiderunt ab eo quod protinus
sit paratum nec magnum laborem cultus
desiderat. Prata autem ex quo serari
possunt. Paludes dicte a pale pastorali
dicta quod paleant, id est pabula multi-
tudinem iumentorum. De finibus agrorum.

Fines dicti quod agri funiculis
sint divisi. Inspiciantur limites
et arcarum particione tenduntur ut di-
mensionis equalitas servetur. Limites
appellati antiquo verbo transversi. Nam
transversa omnia antiqui limina dicebant
a quo et limina hostiorum, per que foras et
intus itur. Et limites quod per eos in
agros foras et intus eatur. Limes et linea vocabulis
accepit. Singula quoque terri-
puba tingebantur obliqua serra.
Terminus dictus quod iter inspiciatur distin-
guunt atque declarant. Quibus cum testi-
monia fiunt intelliguntur et agro-
rum certos et terminos ausi sunt. Limites
maximi de agris duo sunt: cardo et decu-
manus. Cardo qui a septentrione dirigitur
a cardine celi est. Nam sine dubio
celum vertitur in septentrionali orbe. Decu-
manus qui ab oriente in occidentem
per transversum dirigitur, quia per eo quod formam
decem faciat. Decumanus appellatur
ager cum bis divisus fuerit decuman-
num efficiat. Arca ab arcendo voca-
ta. Fines cum agri custodit, eos quod
adire prohibet. Trifinium et dictum eo quod
trium possessorum fines attingit. Quintarium
quadrifinium et quod quattuor vel quinque limites
angustiores sunt, se distant inparibus
intervallis et nominibus designantur.

Mensura est quidquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, De mensuris agrorum
latitudine animoque finitur. Maiores itaque
orbem in partibus partes, in provincias pro-
vincias in regiones, regiones in loca,
loca in territoriis, territoria in agros,
agros in centurias, centurias in

iugeribus iugera. de climatibus et in climata. mensurae partes. perticas. passus. gradus. cubitos. pedes. palmos. uncias et digitos diviserunt. tanta enim fuit eorum sollertia. Digitus est minima pars agrestium mensurarum. Inde uncia habens digitos tres. Palmus autem quattuor digitos habet. pes sedecim digitos. passus pedes quinque. pertica passus duos id est pedes decem. Pertica autem a portando quasi portica. Omnes enim praedictae mensurae in corpore sunt. ut palmus. pes. passus. et reliqua. sola pertica portatur. Est enim decempeda ad instar calami in Ezechiele templi mensuratione. Actus minimus est latitudine pedum quattuor. longitudine centum viginti. Climata quoque undique versum sicut pedes LX. ita LX. [LX] LX. Actus quadratus undique finitur pedibus CXX. ita CXX. [CXX] CXX. Actum hunc betici aripennam CXX. dicunt ab arando scilicet. Actus duplicatus iugerum facit et ab eo quod sit vinctum iugeri nomen accepit. Iugerum autem constat longitudine pedum ducentorum quadraginta. latitudine CXX. ita CXX [CCXL] CXX. Actum provinciae betice rustici acnuam vocant. Porca idem betici XXX pedum latitudine et LXXX longitudine definiunt ita XXX [LXXX] XXX. Porca est quod de arando LXXX constat et diffusum est. Leva galli candetum appellant de areis urbanis spatium C pedum quasi centenum. In agrestibus autem pedes CL. quadratorum lustrum candetum vocant. Porro stadialis ager habet passus CXXV. id est pedes DCXXV. cuius mensura octies computata miliarium facit quod constat quinque milia pedibus. Centuria autem ager est ducentorum

iugerum. quam apud antiquos a centum iugeribus vocabant. Sed postea duplicata nomen pristinum retinuit. Sic tribus cum centum multiplicate sint nomen mutare non potuit.

De itineribus

Mensuras viarum nos miliaria dicimus. Greci stadia. Galli leucas. Egyptii signes. Perse parasangas. Sunt autem quaeque spatio propria. Miliarium mille passibus terminatur. et dictum miliarium quasi mille. habens pedes V milia. Leuca finitur passibus mille quingentis. Stadium octava pars miliarii est constans passibus CXXV. Hoc primum Hercules statuisse dicitur eo quod eo spatio determinasset quod uno spiritu conplesset. atque ideo stadium appellasset. quod in fine respirasset simul et stetisset. Via est qua potest ire vehiculum. et via dicta a vehiculorum incursu. Nam duos actus capit propter euntium et venientium vehiculorum occursum. Omnis autem via aut publica est aut privata. Publica est quae in solo publico est. quae iter actusque populo patet. Haec aut ad mare aut ad oppida pertinet. Privata est quae vicino municipio data est. Strata dicta quasi vulgi pedibus trita. Lucretius. strata viarum. Ipsa et dilapidata. id est lapidibus strata. Primum autem Poeni dicuntur lapidibus vias stravisse. postea Romani eas per omnem pene orbem disposuerunt propter rectitudinem itinerum et ne plebs esset otiosa. Agger est media stratae eminentia coaggeratis lapidibus strata. ab aggere id est coacervatione dicta. quam historici viam militarem dicunt. ut Quale sepe viae deprensus in aggere serpens. Iter ut vulgo

via qua iri ab homine quaquaversum
potest. Iter autem vel itiner diversa
diversa significatione habent. Iter enim
est locus transeundi facilis unde appe-
llatum iter ab eundo. Itiner autem est
itus longe eundi et ipse labor am-
bulandi ut quo velis pervenias.
Semita itineris dimidium est a
semi itu dicta. Semita autem hominum
est, callis ferarum et pecudum. Callis
autem iter pecudum inter pecudum
inter montes angustum et tritum
a callo pecorum vocatum. Sive callem
pecudum per duratum. Tramites sunt
transversa in agris itinera, sive recta
via dicta quod transmittat. Divortia
sunt flexus viarum hoc est viae in diver-
sa tendentes. Item diverticula sunt
hoc est diverse ac divise viae, sive
semite transverse que sunt a latere viae. Bi-
vium est quia duplex est via. Compi-
ta quia plures viae competunt, velut quasi
triviae quadriviae. Ambitus inter
vicinorum edificia locus duorum
pedum et semipedis ad circumeundi
facultatem relictus et ab ambulan-
do dictus. Orbita vestigium currus
ab orbe rotae dicta, per eam quoque
quo pecus agi solet. Clivosum
iter flexuosum. Vestigia sunt signa
pedum, primis plantis impressa
vocata. quod his vestigiis pervenitur
investigetur, id est agnoscatur.

De pulveribus et glebis terre
De glebis ex aquis
De lapidibus vulgaribus
De lapidibus insignioribus
De marmoribus
De gemmis
De viridioribus gemmis
De rubris gemmis
De purpureis | De candidis
De nigris | De variis
De crystallinis | De acrijs
De vitro | De metallis
De auro | De argento
De aere | De ferro
De plumbo | De stagno
De electro | De ponderibus
~~De metallis~~ | De mensuris De pulveribus
De signis ponderum et glebis terre

Pulvis dictus quod vi venti pellatur.
Tollitur enim flatu, nec resistit.
Unde est illud: Sicut pulvis quem proicit
ventus a facie terrae. Limus vocatus
quod levis sit. Cinis ex vocabulo lu-
cidius comburendo dictus ab eo cum
sit. Favilla quod per ignem effecta sit
vel a fotu ignis est. Gleba quod sit g-
lebus pulveris cum collatione constringitur
et in uno glomere adunatur. Terra
autem ligata gleba est, soluta pul-
vis. Sabina eo quod ambulantibus
lapsum inferat. Dicta per derivationem
a labe. Lutum vocatum quidam per
antifrasim putant, quod non sit mun-
dum, alii a loto mundum est. Volutabra
appellata quod ibi apri voluntentur.
Uligo sordes limi ut aque sunt. Sabu-
lum vocatum levissimum terrae genus.
Argilla ab Argis vocata apud
quos primum ex ea vasa confecta sunt.
Creta ab insula Creta ubi melior
est. Nomen traxit Creta cimolia
candida est, a Cimo Ytaliae insula
dicta. Quarum alia vestimentorum per
sordes colores emollit, et quae fullones
sulphure quodam nitore conflaverit.
Alia gemmis nitorem prestat. Creta
argentaria, ripa candida appe-
llata eo quod nitorem argento reddat.

Terra samia a samo insula dicta
glutinosa et candida et lingue levis
medicaminibus et vasculis necessaria
pulvis puteolanus dicitur puteolanus
italie colligitur. collibus opponitur per
ad sustinenda maria fluctus quoque fran-
gendos. ita mersus aquis protinus
lapis fit. unde et cottidie fortior
efficitur. quod si cypro unitur fit augu-
sta igne. quod lapidem vertitur. Sulphur
vocatum quod igne accenditur. ut enim
ignis est. nam inter cetera fer-
ventibus semper neque aliud vis
facilius accenditur. Nascitur in insulis
eolijs inter siciliam et italiam quas
ardere dicunt. Invenitur et aliis locis
effossum. Terra quia iiijor unum quod
foditur. tinguatur per et mittitur corpo-
ribus quibus medici utuntur
deliciarum quod appellant glebam usibus
tum fullonum faciunt / terram lucri
est. unus eius ad lanas purificandas
quam candorem mollitiae prestat.
creta ad lunam maxime conspicua
apud sulphurum. natura eius est
ut morbos comitiales deprehendat
nidore suo impositus ignibus ar-
dentibus. vertice vini prima que sit
dicta. crudis consuetudinibus rep-
ertus pallorem dierum deficientium
effundit De glebis ex aquis
Bitumen in iudee lacu asphalti-
de emergit cuius glebas super-
natantes naute scaphis appro-
pinquantes colligunt. In syria
autem limus est passim aestu-
ans erumpit que aque et terre
tali coeunt. et uterque greci spissa
asfalthon appellant. Natura eius
ardens et igni cognata et neque

aqua neque ferro rumpitur nisi solius
menstrualibus inquinamentis mulieris.
ad compages navium. Alumen voca-
tum a lumine quod lumen coloribus
prestat tingendis. Est autem salsugo
terre. efficitur per hiemem ex aqua
et limo et estatis solibus maturatur
eius species due sunt. liquidum et
spissum. Sal dicitur quidam putant
quod igne consumat. fugit enim ig-
nem cum sit igneum. sed nam sic
quod ignis et aqua semper inter se
inimica sunt. Alij sal a salo et
sole vocatum existimant. Nam
aquis marinis sponte gignitur
spuma in extremis litoribus vel
scopulis derelicta et sole decocta.
Sunt et lacus et flumina et putei
ex quibus hauritur. ex hinc in sali-
nis ingestus sole siccatur. Est et
fluminalis duplex in sale amne vi-
ciniorum sub gelu fluente. Albicans
derelictis alveis colligitur. Est et
in libie vocatus sal hamoniacus
armoniacum sub arenis invenitur
sunt et montes nativi salis
in quibus ferro ceditur ut lapis
in massalis maiores etc. aliud
bi dicitur ut muros domos
et massis salis faciant. sicut
in arabia. In natura quoque salis est
differentia nam alibi purus alibi
salsissimus. quem sal in igne crepitat
ut agrigentinus. vel crepitat in
igne vel exilit. agrigentinum
sicilie flammis patiens in aqua
exilit in igne stat. Vocatur nam
aut et colorum differentie conficti-
onis rufus est. Iuxte quidem sicilie
ubi ethna est. purpureus. Item in ca-
pella. in pachinum adeo splendidus

et liquidius ut inguines reddat. In Ca-
padocia autem effoditur. Sal vero na-
turalis est ad oculorum claritatem. Pulmentis
enim saporem dat, excitat aviditatem
et appetitum in omnibus cibis facit. Ideo
quippe omnis vite delectatio et summa
hylaritas et finis et salis nomine
accepisse putatur. Nichil enim utilius
sale et sole. Denique cernimus nudis
corpora nauticorum qui in pertinacis
duricia et invicta. Sale maxime
provocantur ad pastum, multo largiores
lacte, multo quoque gratiores casei dote.
Corpora etiam astringit sal, siccat et
alligat. Defuncta etiam a putrefaccione
tabe vendicat, ut durent diutius. Alio
loco supponit notabiliter. Nascatur in
oppido vel regione Egipti nitria,
coquo et medicine fiunt et sordes
corporum vestesque lavantur. Nitrum
vero in multis a sale distat. Habet
enim virtute sal respicit, omnibus tame-
scentibus siccitate littoribus. Nam
sicut salem in littore maris fervor
efficit solis, quando in petris
aquas maioris estus maioris vis
ventorum vel ipsius maris fervor
in littora ulteriora provehit, ita nitria
ubi estate pluvie plurimas te-
llurem infundunt, advenit autem
sideris tantum quod ipsas pluviales
collatione aciarum coquat in
petram salis, quod tamen glaciei assimi-
similiter. Est vel regionis regionis
vel salsi saporis, quod tamen in vas
nam salis in cavitate durat,
atque in nubibus aere fluit ac
liquefieri solet. Hac indigne su-
mentes fiunt et non opus exhibit
pulvis vitium. Unde medici prestanti
dicit ypocras balneis et nitro
et multiplicavit..., et herba bovis
maculata est in mundo dicit

sunt dentes. Excipitur enim in magna quod
calx viva et ipsa quidem dissipit, sed
aqua lavatis habilem reddit.
Afronitrum grece, latine spumantis
est. De quo quidem ait Ysidorus, ne-
scitur quod grece nomen dicitur. Spuma
nitri vero grece est afronitrum. Co-
ligitur autem in Asia, in speluncis di-
stillans, deinde siccatur sole. Optimum
putatur si minime fuit ponderosum
et maxime friabile, colore pene pur-
pureo. Calcantum autem quod calcadis
est, tantum est flos. Unde rapidiores
aeris flos appellatur. Fit enim in multis
regionibus, olim in Hyspanie pute-
is vel stagnis id genus aque habentibus,
quo coquebatur et in piscinas lineas
fundebatur, appendentes super arenas
restes lapillis extensis, quibus limus
in stillicidiis vitreis acinis adherebat,
sicut quod vitrum stillaba ... videtur ... .
Fit autem nunc alibi in speluncis
quo liquidum collectum deinde diffusum
in quosdam botros solidatur. Fit et in
scrobibus cavatis, quorum a lateribus
decidentes gutte coalescunt. Fit et
salis in modum flagrantissimo sole. Adeo
vero in estate virtutis est, ut in leonum
et ursorum ora sparsum tantam vim
habeat ad stringendum, ut non valeant
mordere. De lapidibus vulgaribus

Lapis autem tamquam durior terra
vulgo dicitur. Lapis autem
dictus quod ledat pedem. Lapis mollis
est et sparsus. Saxa dicuntur a montibus
cadunt. Petra grece est. Silex est
durus lapis, eo quod exiliat ignis
ab eo. Scopulus a saxo emi-
nenti qui ab speculando dictus sive
a tegumento navium. Et ideo est dicitur hic
pro quo Spelca grece, spelunca latine
est quam rupes cavata. Crepido
extremitas saxi abrupta. Unde et
crepido vocata quod sit abrupti

saxi altitudo. sic habet pede pes dux
vnde et vocatur. Cautes saxa appel-
lantur dicta a caucendo. Murices
petre in littore plene mucronibus
binis acutissime et variisque punctio-
nibus. Echon saxum est. quod humane voci
sonum captans etiam verba loquen-
tium imitatur. Echon autem grece latine
imago vocatur. eo quod ad vocem redditus
aliene efficitur imago sermonis.
licet greci quidam et aliorum natura creat
ut plerique gallicum. Calculus est
lapillus terre admixtus. rotundus
atque durissimus et omni puritate levissimus
dictus autem calculus quod sine molestia
levitate sui calcetur. Cui contrarius est
scrupulus lapillus et minimus et
asper. qui si incidit in calciamentum
nocet et molestia est. ad. Unde et ani-
mi molestiam scrupulum dicimus. Hinc
et scrupea saxa. id est aspera. Cotis
nomen accepit quod ferrum ad incidendum
acuat. Cotis enim greco sermone inci-
sio vocatur. Harum alie aquam
sed alie oleo indigent. dicuntur
sed oleum lenem aque acrem acu-
men reddunt. Pumex vocatur
eo quod spumae densitate concretus
fiat. et est aridus. candidus pumex
tanta quod naturam resorbendi huius
ut in vase missus musta de fer-
vore desinant. Rudus artifices
appellant lapides confractos et calci
admixtos. quos in pavimentis
farciendis superfundunt. Unde et
rudera dicuntur. Gipsus cognatus calci
est. et grecum nomen. Plura enim
genera. omnium autem optimum de lapide
speculari. Est enim signis edificiorum
et coronis gratissimus. Calx viva dicta
quia cum sit tactu frigida. intus

occultum gerit ignem. Unde et perfusa
aqua statim latens ignis erumpit.
Natura eius mira ad factum. postquam
enim arserit aquis incenditur
quibus solet ignis extingui. oleo
extinguitur quo solet ignis accendi.
Usus eius structuris fabricae necessa-
rius. Nam lapis lapidi non potest
adherere fortius. nisi calce iunctus.
Calcis est lapide albo et duro me-
lior structuris. et ex molli utili-
or tectoriis. Arena ab ariditate dicta
non a glutino conficitur ut quidam
volunt. Cuius probatio si manu
impressa stridet. aut si in veste
candida sparsa nichil sordis re-
linquit. **De lapidibus insignioribus**

Magnes lapis indicus ab inven-
tore vocatus. Fuit autem in India
primum repertus clavis crepidarum
baculique cuspide herens. cum ar-
menta idem magnes pasceret.
postea et passim inventus. Est autem
coloris ferruginei. Sed probatur cum
ferro admotus eiusque fecerit raptu-
ram adeo apprehendit ferrum ut ca-
tenam faciat anulorum. Unde et eum
vulgus ferrum vivum appellat.
liquorem quoque vitri ut ferrum trahere
creditur. cuius tanta vis est ut refert
beatissimus Augustinus quod quidam cum
magnetem lapidem teneret. sub
vase argenteo. ferrum quod si argentum
imposuit deinde subter movere
manum ad lapidem ferrum cursu
desuper movebatur. Unde factum est quod
quodam templo simulacrum ferro pendens
in aere videtur. Est quippe et alius
in Ethiopia magnes qui ferrum non
ambit. respuit quoque. Quanto autem
magnes tanto melior est. quanto

magis ceruleus est. Gagates lapis
primum inventus est in Sicilia gagatis
fluminis fluore vicinitate. tamen et nascitur
lapis in Britannia sed plurimus. Est autem
niger planus levis et ardens
igni admotus. fictilia quod eo scripta
non delentur. incensus serpentes fugat.
demoniacos prodit. virginitatem deprehendit
mirum quod accenditur aqua oleo restinguitur.
Abeston Archadie lapis ferrei
coloris. ab igne nomen sortitus est.
eo quod accensus semel nunquam extinguitur.
De quo lapide mechani machinam
ad artis sue molita est quod gentiles
capti sacrilegio mirantur. denique in
templo quodam fuisse Veneris fanum
ibi quod candelabrum et in eo lucernam
sub divo ardentem ut eam nulla
tempestas nullus imber extinguit.
Pirites aut pirites lapis fulvus
eris simulans qualitatem. cuius plurimus
ignis est in quo facile scintillas
a se emittit. hic tenentem manum
si vehementius premitur adurit propter
ab igne nomen accepit. Est et alius
pirites vulgaris quem vivum lapi
dem appellant qui ferro vel lapi
de percussus scintillas emittit. que
excipiuntur sulphure vel aliis fungis
vel foliis et dicto celerius prebet ignem.
Hunc vulgus focarem petram appellat.
Selenites qui latine lunaris inter
pretatur. eo quod interior eius candorem
cum luna crescere atque deficere creditur
nascitur in Perside. Dionisius lapis
fuscus et rubentibus notis sparsus
vocatur autem ita quod si aqua imputus
conteratur vinum flagrat et quod in illo
[illegible] est. ebrietati resistit. Tracias
niger et sonorus nascitur in flumine
cuius nomen est Pontus in Cilicia

Frigius lapis ex loco traxit vocabulum
nascitur enim in Frigia. colore pallidus
mediocriter gravis. Est autem gleba
pumicosa. Uritur autem vino perfusus
flatusque follibus donec rubescat.
ac rursus dulci vino extinguitur
tinctis maxime tingendis vestibus
tamen utilis. Parius lapis a Paro insula
ubi reperitur appellatus. Est integre
fluctuationis tenditur quinque unitis magis.
Arabicus similis est ebori. sine ulla
macula. hic desecatus ad cotem
dicitur aureo (?) splendescere. Parius lapis
albus est. atque in similitudine grandis
speciem sub [illegible] modulatus quem
greci [illegible] appellant. Samius
a Samo insula ubi reperitur vocatus
et est gravis et candidus poliendo auro
utilis. Memphites vocatus a loco
Egipti et gemmantis nature. Hic
tritus atque in hiis que urenda sunt
et secanda. ex aceto illinitur. ita obs
tupescit sanatur corpus. ut non sentiat
cruciatum. Sarcofagus lapis dictus
eo quod corpora defunctorum. corpora condita
in eo infra pl dies absumuntur.
Sarcos enim grece caro dicitur. fagos
comedere. Nascitur autem in Troade fissili
quod vena scinditur. Sunt et Asii
grus dolente saxa. que et viventibus
alligata erodunt corpora. mortuis
autem sanandis corporibus licet absumen
tes. Ematites appellatus eo quod cote
resolutus in colorem mutat sanguinis.
Est autem ad modum lucidus et horrigi
nis. Nascitur in ultima Egipti Babilo
nia et Hispania. Androdomantus
colore niger. pondere et duritia insi
gnis. unde et nomen traxit. Porphiritis
reperitur in Affrica. Arabiche autem ex
mediorum ut eius dicitur. quod attritus
ut ematites in colorem redigitur sanguinis

Isistos inuenitur ulteriori Hispania croceo similis cum leui fulgore, facile fissibilis. Amiantos appellatur a uictibus(?), eo quod si corpori uestis fuerit contacta, que igni resistat, et igni imposita non ardeat, sed splendore accepto nitescat. Et est sasti(?) alumnis similis, maleficiis resistit operibus specialiter magorum. Batrachites similis est teste laminose(?), fissabilis. Galactites coloris cinerei, gustu suauis. Sed ideo uocatur quod succum lactis teri(?) attritus distillat. Obsius lapis niger est translucidus et inter quos Plinius ponitur in specularibus picturis propter imaginum umbras reddendas. Crinas(?) uelut corio(?) fauce(?) nascitur in India et d(?) sanc Italie. Chiardius(?) lapis circumfertur solis respersus coloribus micat uariis. Ethites lapides reperiuntur in nidis aquilarum. Sunt bini, reperiuntur mas et femina, nec sine hijs pariunt aquile. Horum masculus durus, similis galle, subrutilus; femina uero pusilla et mollis. Alligati partus celebritatem faciunt. Et quod mulier concidat(?) non ante parturientibus auferuntur. Phengites Cappadocie lapis duricia marmoris, candidus atque translucens, ex quo quoddam templum constructum est a quodam rege foribus inuentis(?) quibus clausis claritas intus diurna erat. Chernites ebori similis, in quo Darium conditum ferunt. Pario quod similis candore et duricia minus tamen ponderosus, qui porus uocatur. Ostracites uocatur quod similis teste sit usus eius pumice. Galactites lapis dictus est eo quod intellectum et dulcedinem(?) amittat. Hyssinus(?) lapis asper et indomitus et totus albus

ex quo lapide Germanie(?) utuntur. Cyrsites(?) coloris similis aure(?). Inuenitur in Egypto. Alumites(?) uitreo(?). Sed dicitur gignitur Egypto uel Arabia, qui nascitur de Ethiopia, uelut nidis flatus(?) ad respondere(?) tenuiores(?) hic corallus(?). Porinus albus est, durior quam Parius, ophites(?) uelut nidis et glaucis dicitur de Egypto. Tusculanus a loco Italie dictus, difficilis igni cedit. Thebaicus fuscus addito oleo et luce fit. Est et quidam uiridis lapis, nec cedit igni resistens, Basanites(?) mollis et candidus, contrahitur(?) oleo ung(itur) sicut atque durescit; lapides quos inde conficiunt(?) mortariorum et pigmentorum usibus apti. Thasius(?), Parius et Lesbolatius(?), Tiburtinus(?) quod et Thebanitis(?) lapides nichil esse reuenitur(?). Specularis lapis uocatus est, quod uitri modo transluceat. Repertus primum in Hispania citeriore, et ita probatur in locis(?). Inuenitur cum sub terra effossus exciditur atque finditur in quaslibet tenues crustas.

Post lapides quoniam **de marmoribus** sermo ad marmora fecit inter lapides et marmora differentia est. Nam marmora dicuntur eximii lapides qui maculis et coloribus commendantur. Marmor autem Grece a uiriditate uocatum. Et quamuis postea et alii coloris inuenirentur, nomen tamen pristinum a uiriditate retinuerunt. Marmorum colores et genera innumerabilia sunt. Non omnia in rupibus gignuntur, sed multa et sub terra sparsa sunt, et preciosissimi generis sicut Lacedemonium uiride cunctis hilarius, repertum primum apud Lacedemonios, unde et uocabulum traxit. Ophites serpentium maculis

silice est. unde et vocabulum suscepit. Duo
enim genera, molle candidum, nigrum
durum. Augusteum et tiberium de egypto
augusti et tiberii primum principatu re-
perta sunt. Differencia eorum est ab o-
phite eo quod ut predixi serpentum
maculis sit similis. Hec maculas dispo-
situm colligunt. Nam augusteum un-
datim est crispum in vertices, tiberium
sparsa non convoluta canicie. Por-
phirites est in egypto et rubens candidis
intervenientibus punctis. Nominis eius causa
quod rubeat ut purpura. Basanites ferri
coloris sive duricie, unde et nomen ei
datum est. Oritur in egypto et ethiopia.
Alabastrites lapis candidus inter-
distinctus variis coloribus, quo et evan-
gelici illius unguenti vas factum fuit.
Cavant enim eum ad vasa ungue-
ntaria, quoniam optime servare incorrupta
dicuntur vasa circa thebas egypcias
et damascum sirie ceteris candidior,
probatissimus vero in india. Parius candoris
eximii, ligdinus cognominatus. Hic
apud paron insulam nascitur, unde et
paricum marmor. Magnitudo est que
lances crateresque non excedit. Unguen-
tis et ipse aptus. Coralliticus in asya
reperitur, nascitur in ultra cubitalem magnitudinem
candore proximo ebori ad quandam
similitudinem. Alabandicus niger. Alabandicus
terre sue nomine vocatur. Purpure
aspectu similis. Idem dicunt igni
liquatur atque ad usum vitri funditur.
Thebaicum interstinctum aureis gu-
ttis invenitur in parte egipti ascripta
coticulis ad terenda collira quadam
utilitate naturali congruens. Sienites
circa sienen ut thebas nascitur. Sira-
bes? ... fere viginti. Marmora
autem que defossis rupibus gignu-
ntur ... maculis diversi coloris
maculis distinctum atque primum ipsum
insule ciclades dederunt. Lesbius
lividior est paulo quam sit et ipse, diversi
coloris maculas habens. Corinthius
ammoniace gutte similis in varietate
diversorum colorum Corinthi primum repertus
sed ad columpnas ingentes limina quoque
sunt ac trabes. Caristeum viride
optimum et nomen ab aspectu habens, eo quod
gratum sit hijs qui gemmas sculpunt.
Sua enim viriditas reficiat oculos.
Numidicum marmor a numidia mi-
ttitur ad cotem solum dictum arcto
solum unde et nomen accepit. In crustis
sed in massa columnis et usui aptum.
Luculleum marmor nascitur in chio
insula, cui Lucullus consul nomen
dedit, qui delectatus illo primus Romam
invexit. Solum quod pene hoc marmor
ab amatore nomen accepit. Est et lapis
Tessiriam appellatus a colore crinitatis
amici? cuius lapidis alligatio
quod ... laudatur ... ab auro
i. ... cum ... crinis ... ti-
bi ... viginti digitis ... barris

Post marmora de gemmis

Quia gemme sunt que in multum
auro colore ... in varietate co-
lorum. Primordia que a rupe Caucasi
fabule ferunt Prometheum primum frag-
mentum saxi eius inclusisse ferro
ac digito circumdedisse. Hisque initiis
cepisse anulum atque gemmam. Gemmarum
innumerabilia genera traduntur,
ex quibus nos certa quedam principalia
sive notissima annotavimus. Gemme
vocate quod instar gummi transluceant.
Preciosi lapides ideo dicti sunt quia cari
habentur, sive ut a vilibus distingui
possint, seu quia rari sunt. Omne
enim quod rarum est magnum et preciosum
vocatur. Sic et in sanctorum voluminibus
legitur: sermo domini preciosus erat, dixit, quia rarus

Omnium gemmarum de viridibus
mirantium smaragdus princi-
patum habet. Cuius nimis tanta post
margaritas et uniones tribuitur
dignitas. Smaragdus a nimia
viriditate vocatur. Omne enim satis viride
amarum dicitur. Nec ullis enim gemmis
vel herbis maior quam huic austeritas
est. Nam herbas virentes frondesque
exsuperat, inficiens circa se viri-
ditate repercussum aerem. Sculptoribus
quoque gemmarum nulla gratior oculorum re-
fectio est. Cuius corpus si extentum
est, sicut speculum ita imagines reddit.
quippe Nero cesar gladiatorum pu-
gnas in smaragdo spectabat.
Genera eius xii. sed nobiliores Scithici
qui in Scithia gente reperiuntur. Se-
cundum locum tenent Bactriani qui colliguntur
in commissuris saxorum flante aqui-
lone. Tunc enim tellure detecta
intermicant quia his ventis maxime
harene moventur. Tertium egip-
cii habent. Reliqui in metallis erariis
inveniuntur sed vitiosi. Nam aut
eris aut plumbi vel capillamenti
vel salis similitudines habent. Sma-
ragdi autem mero et viridi proficiunt
oleo, quamvis natura imbuantur. Calcedonius
smaragdus dictus quod viridis sit et
turbidi. Aeris natus est in
egipto vel cypro insula nascitur.
Prasius prasina colore viret. Sed
huius tertium genus. Alium guttis sanguineis
pictus abhorret. Alium distinctum
lineis tribus candidis. Berillus
in india gignitur. gentis sue lingua
nomen habens. viriditate similis sma-
ragdo. sed cum pallore. Poliuntur
autem ab indis in sexangulas
formas, ut hebetudo coloris repercussu
angulorum excitetur. Aliter politi non
habent fulgorem. Genera eius ix. Crisobe-
rillus dictus eo quod pallida eius viri-
ditas in aureum colorem resplendeat
et hunc india mittit. Crisoprassus
indicus est colore porri sucum refe-
rens. aureis intercurrentibus guttis.
unde et nomen accepit. Hunc quidam berillorum
generis dixerunt. Iaspis de greco
in latinum viridis gemma interpretatur.
Iaspis quippe viride, prasinum gem-
ma dicitur. Est autem smaragdo si-
milis, sed crassi coloris. Species eius plu-
res. Voluerunt autem quidam iaspidem gemmam
et gratie et tutele esse gestantibus.
quod credere non fidei sed supersticionis est.
Topazion ex virenti genere est.
omnique colore resplendens. Inventa
primum in Arabie insula. in qua trogodite
predones fame et tempestate fessi
cum herbarum radices effoderent, eru-
erunt. Hec insula postea quesita
nebulis cooperta tandem a navigan-
tibus inventa est. et ob hoc locus et
gemma nomen accepit. Nam topa-
zin trogoditarum lingua significa-
tione querere dicitur. Est autem amplissima
gemmarum eademque sola nobilium
limam sentit. Genera eius duo. Calla-
ica colore viridi sed pallens et nimis
crassa. Nichil iocundius aurum decet.
unde et appellata. Nascitur in india vel
germania in rupibus gelidis oculi modo
extuberans. Molochites spissius virens
et crassior quam smaragdus a colore
malve nomen accepit. Reddendis
laudata signis. Nascitur in arabia.
Eliotropia viridi colore et nubilo
stellis puniceis superspersa cum
sanguineis venis. Causa nominis de
effectu lapidis est. Nam deiecta in
labris aquis radios solis mutat
colore sanguineo aere repercusso.

Extra aquam autem speculi modo solem
accipit. Deprehendit quoque defectus eius
subeunte luna, ostendens magorum
impudentiae manifestissimum in ea
exemplum est, quia admixta herba eliotropio
quibusdam additis praecantationibus
gerentem conspici negant. Gignitur
in Cypro et Africa, sed melior in Aethio-
pia. Sagda gemma prasini coloris
apud Chaldaeos, cuius tanta vis est ut
praenavigantes naves e profundo petat
et carinis ita tenaciter adhaereat
ut nisi abrasa parte ligni vix
separetur. Chrysites dicta est, quia
ea nitore color est. Chrysopassus
autem usque colore nardi. Spirat
suavitate aromatis. Reperitur in
Arabia vel Aegypto, nitore coloris
roris, unde et nomen habet. Cyclotes
bicolor, corona parte viridis, palla
melli similis. Choaspides a flumine
Persarum dicta est, viridi fulgore
auri.

De rubris gemmis

Corallius gignitur in mari, for-
ma ramosus, colore viridis, sed maxime
rubens. Bacae autem eius candidae sub
aqua et molles; subtractae confestim duran-
tur et rubescunt, tactuque protinus
lapidescunt. Itaque occupari evelli-
que retibus solet, aut acri ferra-
mento praecidi, qua de causa corallium
vocitatur. Quantum autem apud nos mar-
garitum Indicum pretiosum est, tantum apud
Indos corallium. Hunc magi ful-
minibus resistere affirmant, si credatur.
Sardius dictus eo quod reperta sit primum
a Sardis. Est rubeus, colore ma-
rmoribus praestans, sed inter gemmas
vilissima. Sarda onyx quoque Sardonix a-
ppellata, quod habeat duos colores, sar-
donii de specie huiusmodi. Sarda onyx
ungue onichi dicitur. Hanc autem India
vel Arabia gignit. Distant autem

a se, quia Indica cingulos habet
albis cingentibus zonis. Arabica
autem nigra est cum candidis zonis.
Sarda quoque Sardonix ex duorum
nominum societate vocata est, cum
onichis candore et sardo. Constat
autem tribus coloribus, subterius nigro,
medio candido, superius mineo. Haec
sola per signandum nichil cerae avellit.
Reperitur apud Indos et Arabes, de-
tecta torrentibus. Sarda quoque
Emathites rubeo sanguineo, atque
inde emathites vocata. Emath
quippe est sanguis. Gignitur in
Aethiopia quidem, sed principalis in
Arabia et Africa invenitur. Haec quia
promittit magis proditionem ad coargu-
endas barbarorum insidias. Sucinum
quod appellant Graeci electron, fulvi
cerei quasi coloris. Fertur arboris suc-
cum, et ob id sucinum appellatum. Electrum
autem vocari fabulosa argumenta
dedit. Nam Phaetonte fulminis ictu
interempto sorores eius luctu muta-
tas in arbores, populos lacrimis electrum
omnibus annis in fluminibus iuxta Eridanum
amnem, et electrum appellatum, quia sol
vocatus sit elector, plurimi poetae
dixerunt. Constat autem id esse
succum pini arboris, unde
accensum taede modo fragrat. Nas-
citur autem in insulis oceani septen-
trionalis, sicut gummi, densaturque ut
crystallum rigore vel tempore. Ex eo fa-
ciunt agrestium feminarum
monilia. Vocatur autem a quibusdam
arpago, eo quod attritu digitorum
accepta caloris anima folia paleas
et vestium fimbrias rapiat, sicut
magnes ferri ramenta. Cuius usus
liberat tingi... ita ut aurum radice
galbano quod nunc sanat. Lingurium vocatur
quod fiat ex urina lincis bestiae tempo-
ris indurata. Est autem sicut et sucinum

fulua attigens species folia appropinquan-
ta **De purpureis**

Inter purpureas gemmas principatum
amethistus indicus tenet. Amethi-
stus purpureus est permixto uiolacio
colore et quasi rose nitore leniter quasdam
flammulas fundens. Alterum eius
genus descendit ab iacinctis ad
iacinctos. Causam nominis eius asserunt
quod sit quiddam in purpura illius non ex toto
igneum sed uini colorem habens. Est
autem sculpturis facilis. Gemma [illegible] quoque
Saffirus ceruleus est cum purpura
habens pulueres aureos. Optimus
apud medos, nusquam tamen perlucidus. Ia-
cinctus ex nomine sui floris uocatus
fit in ethiopia inuenitur. Ceruleum
colorem habens. Optimus qui nec rarus
est nec densitate obtunsus sed ex
utroque temperamento lucet. Purpura quoque
refulgens. Hic autem non rutilat
equaliter. Sereno enim perspicuus atque
gratus est, nubilo coram oculis eua-
nescit atque emarcescit. In os
missus frigidus est. Sculpturis durissimus
nec tamen inuictus. Nam adamante
scribitur et signatur. Iacinctizonta in-
dicus est iacincto specie respersus
[illegible] aut corpus cristallus plus
capilla inter interuallis obscu-
rantur. Ex quo in initio illorum non
est. Amethistizontas appellatus
quorum fulgor igniculus de amethisti
uiolaceo exit. Calcedonia quasi purpu-
dinis colore uocata, et durum est
genus, quod in una quadam parte
purpura et alia purpurea [illegible]
lucentibus maculis. Cianea
Scithice gemma ceruleo coruscans
nitore, interdum et punctulis
intrinsecus auratis pulueris scin-
tillans. Porphirites uocata est, et quasi
ex nomine atque **De candidis**

Margarita prima candidarum gem-
marum. Quam inde margaritam
aiunt uocatam quod in conchulis mar-
is hoc genus lapidum inueniatur. Inest enim
in carne cochlee calculus natus sicut
in cerebro piscis lapillus. Gignitur
autem de celesti rore quem certo anni
tempore concule hauriunt. Ex quibus mar-
garitis quedam uniones uocantur
aptum nomen habentes, quod tantum unus,
numquam duo uel plures simul reperiantur.
Meliora autem candida margarite
quam que flauescunt. Illas enim
aut iuuentus aut matutini roris
conceptio reddit candidas. Has se-
nectus uel uespertinus aer gignit
obscuriores. Pederos secunda post mar-
garitam candidarum gemmarum de q.
quia eius color uarietate blandi-
tur et cunctis gemmis pulchritu-
dinis nomen accessit ut decoris pre-
rogatiua uocabulo fieret. Asteri-
tes candida est inclusum lumen
continens ueluti stellam intus
ambulantem, reddidit quasi solis ra-
dios candidantes, unde et nomen in-
uenit. Galactites lacteus est,
qui attritus reddit sucum album
ac lactis saporem. Fertur nutri-
cibus alligata fecundare ubera,
infantium quoque collo suspensa saliuam
facere, in ore autem liquescere
et memoriam adimere. Mittunt eam
Nilus et Achelous amnes. Sunt
qui smaragdum albis uenis
circumligatum galactitem uocant.
Calazias grandinis et candorem
prefert et figuram. Duritia quasi inuicta
ut adamans, et ignibus posita ma-
net. Sunt scripti. Solis gemma can-
dida est, traxit quod nomen quod ad speciem

solis de orbe fulgores spargit radios. Selenites translucet candido melleoque fulgore continens lunae imaginem, quam iuxta cursum astri ipsius perhibent per dies singulos minui atque augeri. Nascitur in Persida. Cinaedia inveniuntur in cerebro piscis cui nomen cinaedi, candida et oblonga, praesagiunt, si fides, magis signa tranquillitatis et tempestatis. Beli oculus albicans pupillam cingit nigram e medio aureo fulgore lucentem, et propter speciem Assyriorum regi Belo dicata. Unde et appellata. Epimelas dicitur cum in candida gemma superne niger sit color. Unde et nomen habet. Horbenius (?) percussus et candidus, quo aurifices aurum poliunt.

De nigris

[A]chates reperta primum in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis, postea plurimis in terris. Est autem nigra gemma habens in medio circulos nigros et albos iunctos et variatos, similis alabastritae (?). Magi suffitu eius si credimus tempestates avertunt, flumina sistunt. Obsius (?) nigra et ponderosa distincta venis rubentibus fit, et caelesti igne sept[em] diebus colorem [?]. Aegyptilla nigra est radice, caerulea facie, quam Aegyptus ubi inventa [est] vocata. Medea nigra est a Medea illa fabulosa inventa. Habet venas aerei coloris, sudorem reddit croci, saporem vini. Veientana Italica gemma est a Veiis reperta, nigra facie albis intervenientibus notis. Baroptenus nigra est cum sanguineis et albis notis. Mormorion (?) nigra est, varia, colore resplendens. Pinnedias (?) nomen habet, duos nigrarum colorum continens, [?] speciem nisi (?) cum Thracius ex Africa niger est, sed tritus sucos reddit ab initio nigros, e medio sanguineos, e summo croceos. Pontica (?) nigra interpositis rubentibus notis, quae tincta vino flagrat et odorem pro caritate [?] praestat. Pyrites nigra quidem, sed attrectata digitos adurit.

De variis

[A]nancitis (?) nomen ex coloribus percepit, coloribus constans. Unde et nominatus. Sola (?) barbari nominis, ex fulvo et nigro et candido est. Murrina (?) persa coloribus micat variis. Gignitur in Persida. Dioscoritis (?) varius nominis est, quae si ad ignem applicetur, mox sudorem mittit. Opallus distinctus diversarum colore gemmarum. Est enim in eo carbunculi tenuior ignis, amethysti fulgens purpura, smaragdi virens mare, et cuncta pariter sub quadam varietate lucentia. Nomen habet a patria. Sola enim eum parturit India. Pontica a ponte dicitur, quae diversas habet sanguineas ut (?) aureas guttas, aliae stellas, aliae [?] coloris ductibus lineatae. Hexecontalithos in parva magnitudine multicolor, unde et sibi nomen adoptavit. Sarda diversis cum notis sparsa est, ut [?] gemmarum colores. Ex orbiculo depressiuscula nascitur autem in Libya apud Troglodytas. Murrina apud Parthos gignitur, sed praecipua Carmania. Quam humorem sub terra putant calore densatum. Unde et nomen. Sumpsit varietas eius de purpura candido et igne, cum quadam colorum [?] varietate qualis in caelesti arcu conspicitur. Quidam tamen eam ad crystallum faciunt, gelu interveniente glacie.

De crystallo

[C]rystallus resplendens et aquosus colore traditur, quod nix sit glacie durata per annos. Unde et nomen ei Graeci

dicunt. Gignitur autem in Asia et Cypro maxime et septentrionalibus alpibus ubi nec estate sol ferventissimus durat. ideo quod ipsa diuturna et annosa duricia vocabulum sortitur species quia cristallus dicitur. Hic oppositus radiis solis adeo rapit flammam ut aridis fungis vel foliis ignem prebeat. Usus eius ad pocula dedicatur nichil aliud quam frigidum pati potest.

Adamans Indicus lapis parvus et indecorus ferrugineum habens colorem et splendorem cristalli. numquam autem ultra magnitudinem nuclei avellani repertus. Huic nulla cedit materia. nec ferro quidem nec igni. nec umquam concalescit. unde et nomen interpretatione Greca indomita vis accepit. Sed dum sit invictus ferri ignisque contemptor. hircino rumpitur sanguine recenti et calido maceratus. sicque multis ictibus ferri perfrangitur. Cuius fragmenta sculptores gemmis includunt perforandisque utuntur. Hic autem dissidet ad magnetem lapidem intantum ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi magneti. aut si admotus magnes apprehenderit rapiat atque auferat. Fertur quoque deprehendere plurima venena et timores irritos vanos expellere. maleficis resistere artibus.

Calacia grandinum et candorem et figuram adamantine duricie. et in igne positus manet suum frigus.

Cerauniorum duo genera sunt. unum quod Germania mittit cristallinum. splendens tamen ceruleo. et si sub divo positum fuerit fulgorem rapit siderum. Cerauniorum alterum Hispania in Lusitanis littoribus gignit. cui color piropo rubenti et qualitas ut ignis. Hic adversus vim fulgurum opitulari fertur si credimus. Dicta autem ceraunia quia alibi non invenitur quam in loco fulminis ictui proximo. Grece enim fulmen ceraunos dicitur.

Iris ex Arabia in mari rubro nascitur. colore cristallino sexangulata. Dicta ex argumento. nam sub tecto percussa solis species et colores arcus celestis in proximos parietes imitatur.

Astrion ex India est cristallo propinquans in cuius centro stella lucet fulgore lune plene. Sumpsit autem nomen quod astris oppositus fulgorem rapit ac regerit.

Electria que electoria in ventriculis cum gallinaciis continetur. cristallina specie magnitudine fabe. ac in certaminibus invictos si magi volunt si credimus.

Omnium ardentium gemmarum principatum carbunculus habet. Carbunculus autem dictus quod sit ignitus ut carbo. cuius fulgor nec nocte vincitur. lucet enim in tenebris adeo ut flammas ad oculos vibret. Genera eius XII. sed prestanciores que videntur fulgere et velud ignem effundere. Carbunculus autem Grece antrax dicitur. Gignitur in Libia apud Trogloditas.

Antrachites vocatur quod sit et ipse colore figura ut carbunculus. sed candida vena precingitur. Cuius proprium est quod iactatus velud igne inter mortuos extinguitur atque aquis perfusus exardescat.

Sandastrum nascitur in Indis loco eiusdem nominis. Species eius quasi inclusum intra lucido (vel ore | vel aure) igne intus fulgere tempore gutte constat intus. quibus intus stellarum accidit. tanto et precium accedit.

Lichnites ex eodem genere ardentium est appellata a lucernarum flagrancia. gignitur in multis locis. sed probatissima apud Indos. Quidam eam remissiorem carbunculum dixerunt. cuius duo species

facies. Una que sursum vadiat. alia
que contra ruborem a sole excalefacta
aut digitorum attritu paleas et
carnarum fila ad se rapere dicitur. sculp-
turis resistit. Et si quid sculpta est
dum signa impellit, quasi quodam al-
morsu partem cere tenet. Genera eius
iiij^or. Carcedonia dicitur que religionis
facit dicitur quod [illegible] vilior [illegible]
Nascitur apud Nasamonas. imbre
ut fama divino concipitur ad reper-
cussum plene lune. Una que [illegible]
qua sculpture resistit. Alabandina
dicta ab Alabanda Asie regi-
one. cuius color ad carcedonium
vadit. sed rarius. Draconites ex
cerebro draconis eruitur. qui nisi viventi
abscisus fuerit numquam gemmescit. Unde
eam magi dormientibus draconibus
amputant. Audaces enim viri
explorant draconum specus spargunt
ibi gramina medicata ad incitan-
dum draconum soporem atque ita sopore
sopitis capita desecant et gemmas
detrahunt. Sunt autem candore translu-
cido. Usum earum orientis reges pre ce-
teris gloriantur. Chrysoprasus ethiopicus est
quem lapidem lux celat. prodit obscuri-
tas. Nocte enim igneus est. die au-
reus. Phlogites Persida est ostentans
intus sic quasi flammas estuantes que
non exeunt. Enhydros vocata quia
[illegible] p. est [illegible]
lucente. Color eius [illegible] inter ste-
llas [illegible] languidas [illegible] nubilo
veritates. Chrysolithon ut gemma
apparet [illegible] coloris radians auro.
portans [illegible] cum nitoribus can-
didum [illegible]. De auro
Sunt quedam gemmarum genera specie me-
tallorum. ut lapidum cognata.
Chrysopis auro tincta videtur. Chry-
sopolites auro similis est cum ma-
rini coloris similitudine. Hunc Ethiopia
gignit. Chrysolectrus similis auro. sed
in colorem electri vergens. matutino tantum
aspectu iocundus. rapacissime ignium
et si iuxta fuerit celeriter ardescit. Chry-
solampis [illegible] vocata.
Aurea est cum die. ac nocte ignea.
Hanc Ethiopia gignit. Sandarsus
[illegible] auro intrinsecus ut bac-
tris [illegible] pulveris [illegible] gignitur
[illegible] Leucopsis coloris auro in-
[illegible] candida nova. Chrysolecsis
dicta quod [illegible] auro [illegible] gemma
[illegible]. Chrysocolla gignitur in In-
dia. ubi formice eruunt aurum. Est autem
auro similis et [illegible] magnetis. [illegible]
auge aurum [illegible] et [illegible].
Argyritis similis argento [illegible] signa-
ta auro. Androdama argenti
nitorem habet et pene adamans quadrata
semper [illegible] magi putant nomen
ei impositum ab eo quod animorum impetus
et iracundias domat et resistat
dicitur. si [illegible]. gignitur in mari rubro.
Calais aerii coloris est. Calcofanus
nigra est [illegible] [illegible]
[illegible] reddit. Balanites duo genera
sunt sub viridis et corinthie aeris simili-
tudine media [illegible] flamma
vena. Eumetres a [illegible] ferri
[illegible] malefacere. quo [illegible]
discordias [illegible]. Ideus dactilus
ex insula [illegible] certa est ferri colore
[illegible] quod [illegible] pollicis [illegible]
Ethiopicus ferri coloris est. quem
[illegible] nigrum [illegible] emittit. Zmi-
laces [illegible] alias [illegible] pro
[illegible] marmoris similis [illegible]
colore glauco. veluti oculi pupilla
intuitus. Arabica [illegible] dicta.
aspectu eburnea est. Ephestites [illegible]
[illegible] ignibus
quasi [illegible]. [illegible] eius

si fuerit aqua addita statim refrigescit
aut si soli opposita ardorem mittit
accendit. Nascitur in Corico. Ostraci-
tes lapidosus colore testaceo durior
alter achate similis nisi quod achates po-
lita pinguescit. Durior tanta
inest ei ut alie gemme sculpantur
fragmentis eius. Glossopetra similis lingue
humane est et nomen suscepit. Fertur
autem deficiente luna celo cadere. Cui
non modica magi tribuunt potestatem
nam ex eo lunares motus excitari
putant. Sunt et quedam gemmarum
que denominata ab animalibus. Echites
vipereas maculas exprimit. Carcinie
marini cancri colores. Scorpitis
scorpioni et colore et effigie refert.
Myrmecitides formice reptantis
effigiem imitatur. Taos pavoni
est similis. Hieracitis accipitris colorem.
Aetitis aquile. Eriophtalmos ca-
prino oculo similis. Lycoptalmos iiij
colorum circulo sanguineo medio
nigro candido cingit ut luporum
oculos. Meconites papaverem expri-
mit. Sunt et quedam gemme quas
gentiles in superstitionibus quibusdam utuntur.
Lipara suffita omnes bestias evocare
tradunt. Anancitide in hydromantia
demonum imagines evocare dicun-
tur. Synochitide umbras inferorum evoca-
tas tenere dicunt. Chelonites oculus
est indice testudinis varius et purpu-
reus. Hanc magi impositam lingue
futura divinare fingunt. Bron-
tea accipitur testudini et e tonitruis
cadere putatur et restinguere fulmina ictu.
Hyena lapis in oculis bestie invenitur
qui si sub lingua hominis subditus
fuerit futura eum predicere dicunt. Ced et
coralli[..] tempestati et fulmini resi-
stere ferunt. Pontica gemma quandam
lunarem per lucidam habet stellas

rubeas in medio et aureas. Dicunt
per eam inimicorum demones effugari. In
quibusdam gemmarum generibus nomina a
similibus distare. Magna difficultas
est quippe cum repertum sit quod non
genuine aliquas in alia falsa traducere
ut sardonices que ternis glutinantur
gemmis ita ut deprehendi non possit.
Fingunt enim eas quidam gemme nig-
ro candido minio quoque colore sua et
plerique falsis smaragdos quedam
virgis auree inferunt et fallunt oculos
subdole quedam falsa veritas quo
adinventa est quia probat simulatum
et arguat. Hec et alia alio atque alio
modo. Nec est sine fraude ulla in-
ta mortalium. Hec de translucidis
gemmis et eas appellari eo quod claritate
sua obscurentur. **De vitro**

Vitrum dictum quod visui perspicuitate
transluceat. In aliis enim metal-
lis quidquid intrinsecus continetur absconditur
in vitro vero quilibet liquor vel species
qualis est interius talis exterius declaratur
et quodammodo clausus patet. Cuius origo hec
fuit. In parte Syrie que Phenice vocatur
finitima Iudee circa radicem montis
Carmeli palus est ex qua nascitur Belus
amnis quinque milium passuum spa-
tio in mare fluens iuxta Ptolomai-
dem cuius arene de torrente fluctu
a sordibus eluuntur. Hic fama est
pulsa nave mercatorum nitri cum
sparsim per litus epulas pararent
nec esset pro attollendis vasis la-
pides glebas nitri e nave subdi-
derunt quibus accensis permixta
harena litoris translucentes novi li-
quoris fluxisse rivos et hanc fuis-
se originem vitri. Mox ut est ingeniosa
sollercia non fuit contenta solo nitro
sed et aliis mixturis hanc artem studuit

lambitur cui ardens quippe liquor confusus
adiecto cypro ac nitro continuis quippe
fornacibus ut es liquatur massaeque
fiunt. Postea ex massa rursus fun-
ditur de officinis et aliud flatu figuratur
aliud torno teritur aliud argenti modo celatur.
Tinguitur enim multis modis ita ut
iacinctos zaphiros quippe et viridis imi-
tetur et onices vel aliarum gemmarum
colores neque est alia speculis aptior
materia vel picturae accommodatior.
Maximus autem honor de candido vitro
proximo quippe de cristallis similitudine. Unde et ad
potandum argenti metalla et auri
pepulit vitrum. Olim fiebat et in
Italia et per Gallias et Hispaniam
harena alba mollissima pila, mola
quippe terebatur. Dehinc miscebatur tribus
partibus nitri pondere et mensura ac
liquata de alias fornaces transfun-
debatur. Quae massa vocabatur admo-
nitrum atque haec recocta fiebat vitrum
purum et candidum. In genere vitri et
obsianus lapis annumeratur. Est autem
virens interdum et niger aliquando et
translucidus crassiore visu et in spe-
culis parietum pro imagine umbras
reddente. Gemmas multi ex eo faciunt.
Hunc lapidem et in India et in Ytalia
et ad oceanum de Hispania nasci tra-
dunt. Ferunt autem sub Tyberio cesare
quendam artificem excogitasse vitri
temperamentum ut flexibile esset et
ductile. Qui dum ad missus esset ad ce-
sarem porrexit fialam cesari quam
ille indignatus de pavimentum proie-
cit. Artifex autem sustulit fialam
de pavimento quae complicaverat se tamquam
vas eneum. Deinde marcellum de sinu
protulit et fialam correxit. Hoc facto — *(margin:* d'onto no fe to*)*
cesar dixit artifici numquid alius
scit hanc conditura vitrorum. Postquam
ille iurans negavit alium hoc scire

iussit illum cesar decollari ne dum
hoc cognitum fieret aurum pro luto ha-
beretur et omnium metallorum pretia abstra-
herentur et revera quia si vasa vitrea
non frangerentur meliora essent quam
aurum et argentum. De metallis

Metallum dictum graece para to metallan
quod natura eius ea sit ut ubi una
vena apparuit ibi spes sit aliquid
inveniendi. Septem autem sunt genera metal-
lorum aurum argentum es electrum
stagnum plumbum et quod domat omnia

Aurum ab aura De auro ferrum.
dictum id est a splendore quod repercussum
plus fulgeat. Unde et virgilius discolor
unde auri per ramos aura refulsit
quod est splendor auri. Tale enim est
metallorum splendor plus fulgeat
luce alia repercussum. Sunt et aurarii
dicti quorum fulgor splendidus redditur.
Obrisum aurum dictum quod obradiet splen-
dore. Est enim coloris optimi quod hebrei
ophaz, graeci cirron vocant. Brattea
dicitur tenuissima lamina [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] lamina. Pecunia prius de — *(margin:* pecunia*)*
pecudibus et proprietatem habebat et nomen
de corio enim pecudum nummi incidebantur
et signabantur. Postea a Saturno ereus
nummus inventus est. Ipse signare nummos
et scribi constituit. Ipsam et erarium Saturno
a gentilibus consecratum est. Alii ut supra
pecuniam a pecudibus appellaverunt. Sic
dinumerando numerata dicta est. Unde et
patrimonium apud antiquos peculium dice-
batur a pecudibus quarum omnis substantia
constabat. Sed unde et pecuniosi voca-
bantur quod erant divites in eo pecoris.
Antiquissimi nondum auro argento quippe
invento ere utebantur. Prius enim erea
pecunia in usu fuit post argentea
deinde aurea subsecuta est sed ab ea qua
cepit nomen retinuit. Unde et erarium

dictum quia primus ex terra Ophir fuit. Et
ipsum solum reddebatur. aliud argento
quod non est signato. Quorum metall[orum]
quamvis postea fuisset sua pecunia
non tamen erat primitus ab eo me-
tallo vero nominatum. Thesau-
rus item graeca proprietate a ΘΟΤΕ
ΕΤΗΣ ΗΟΤ appositione quod est a
reposito vocatur. Unde thesis graeca
repositum dicitur. Latini aurum quod me-
tallum ponat repositum aurum divitia-
rum nomen habet ab auro. Tributa
dicta eo quod antea per tribus singulas
exigebantur. sic nunc per singula
territoria. Sed alii de tribus partibus divi-
sum fuisse romanum populum constat
ut qui praeerant de singulis partibus
tribuni dicerentur. Unde et summas quas
solvebant populi tributa vocaverunt.
Vectigalia sunt tributa a vehendo
dicta. Stipendium a stipe pendenda
vocatum. Antiqui enim appendentes
pecuniam, potius eam magis quam
numerabant. Moneta appellata est
quia monet ne qua fraus de metallo
vel impondere fiat. Nomisma est
solidus aureus vel argenteus sive
aereus, qui ideo nomisma dicitur quia
nominibus principum effigieque signatur.
Prius enim argentum incorporabatur
quando plures ex argento percutiebantur
... aut a Numa rege Roma-
norum vocati sunt, qui eos primus apud
Latinos imaginibus notavit et titulo
nominis sui praescripsit. Solidi dicti (vel folles)
a solido quo continentur aggregatione
id est quod aequaliter appellantur. In nomi-
smate tria quaeruntur. metallum,
figura et pondus. si ex his aliquid defue-
rit nomisma non erit. Tria sunt
autem genera argenti et aeris et auri
signatum, factum, infectum. Signatum
est quod in nummis est; factum quod in vasis

et signis; infectum quod in massis, quae
graece dicitur id est massa. In notitia autem
formarum metalla ita nascuntur. Deo
cum quodque tamen ardentes plus perag-
rant terram calefacti venis fundit
vivos argenteos fonte. Tunc in eos
id fundit sive aurum ad cloaca terrae
descendunt, supposito figura de quo
id est vel confluens vivum vel corporis
latinae formatur. Corpus vero splendo-
re capti homines ad ligaturas attolle-
runt massas, induunt deos terre-
stria figurata in quibus excogitaverunt
ligaturas ad eorum formam posse deduci.

De argento

Argentum a longe
appellatum a graeca distat. Graeci
autem illud argirium vocant. Cui nomen
commodum illud ut candidum sit in
proprium corpori liniatis nigris reddit.
Argentum vivum dicitur quod concidit magis
in quo invenitur. Est et liquidum quod partim
invenitur specialiter de metallo sive de ar-
genteis fornacibus exsudatorum gene-
ratione tectis inhaerens, saepe etiam et
in stillae vestigiis de cloacarum vel pu-
teorum limo. Fit et ex minio im-
posito quale fere patina testea
supposita cum calido vasculo tan-
tum carbones. Sic quod argentum
vivum comminis dispellat. Hinc est
nomen argentum verum est de aurari
pro dante a utraque. ut si sup-
positae argenti vivi tenentur
foras supponatur omnia statim resi-
stat tenuis aut auri scripula le-
vitate et raptum sum corripit.
Quod intus in pondus sine tamen esse
cui cedit. Servatur autem melius de
initiis vasculis nam ceteris magis
perforat. Potum a datum inflat pon-
dere et argento perimit letargicos
quod nos spumam argenti appellamus
fit enim ex argento et plumbo.

Es ab splendore aeris **De ere**
vocatum. sic aurum et argentum.
Apud antiquos enim prius eris quam ferri
cognitus usus. Ere quippe primi proscin-
debant terram. ere certamina belli
gerebant. Erat enim in precio magis es
aurum vero et argentum propter inutilitatem
reiciebantur. Nunc versa vice iacet
es, aurum summum cessit honorem. sic vo-
luenda etas commutat tempora rerum
et quod fuit in precio fit nullo denique
honore. Usus eris postea transiit in
simulacra et vasa et edificiorum struc-
turas. maiores enim ad perpetuitatem mo-
numentorum et operis publice constitu-
tiones scripserunt. Ciprium es in cipro
insula primo repertum. unde et vocatum
factum de lapide eroso. quem cadmiam
vocant et est ductile. Huic si addatur
plumbum colore purpureo fit. Aurica-
lcum dictum quod splendorem auri et
duritiam eris possideat. Est autem
nomen compositum ex lingua latina et
greca. Es enim secundum grecos calco vo-
catur. fit autem ex ere et igne multo
ac medicaminibus perducitur ad aureum
colorem. Corinthium est commixtio
omnium metallorum. quod casu primum mis-
cuit corinthus cum capta incensa
esset. Nam dum hanc civitatem hannibal
cepisset omnes statuas ereas et aure-
as et argenteas in unum rogum congessit
et eas incendit. Ita confectum quoddam
fabri sustulerunt et fecerunt parapsides
sic et corinthea vasa sunt ex omnibus
in unum [illegible]. unde et usque in
hodiernum diem sive ex ipso sive ex
imitatione eius es corinthium vel co-
rinthea vasa dicuntur. Huius tria genera
Candidum vero ad argenti nitorem
accedens. Alterum in quo ipsa auri
fulva natura est. Tertium in quo equalis
ceterorum temperies fuit. Coronarium quod du-
ctili ere tenuatur in laminas et thau-
rorum felle tinctum speciem auri
in coronis histrionum prebet. unde et appe-
llatum. Pyropum igneo colore
vocatur. Nam cum in singulas uncias eris
additis auri scripulis senis pre-
tenui bractea ignescit. flammasque
imitatur. unde et pyropum dicitur. Regu-
lare es dicitur quod ab aliis ductile ap-
pellatur. quale omne cyprium est.
Ductile autem dicitur quod malleo producatur.
sicut e contrario fusile quod tantum funditur. nam
malleis fragile est. Siquidem
omne es diligentius purgatum igne
vitiis excoctis regulare efficitur.
Campanum vero quod inter genera eris no-
minatur a campania scilicet provincia que est
in ytalie partibus utensilibus et va-
sibus probatissimum. Es omne frigore
magis nitidum funditur. Es ru-
biginem celerius trahit nisi oleo per-
ungatur. Servari autem id optime in
liquida pice tradunt. Inter omnia me-
talla es vocalissimum est et maxime
potentie. ideo et aurea limina. Unde et vir-
gilius in foribus cardo stridebat aenis.
Origo eris cadmia et calaminaris pur-
gamenta eris. cathmia origo eris.
flos. Cathmia gignitur in metallorum
eris atque argenti fornacibus deinde
tenuiore nitore. Nam ut ipse lapis ex quo
fit es cathmia vocatur. sic vapor
in fornacibus consistit. et nomen sui ori-
ginis recipit. Eris flos fit et
gignitur conflagrationibus resoluto atque
reliquato ere suppositis frigidis aquis
repentina cum excussione tamquam ex
sputo reparatur flos. Erugine quod es
trahit. via lamine ere super vasa
aceti asperrimi suspense supposite
atque ita distillantibus ex eo quod cadit
deinde arescit. tamen raditur. **De ferro**

Ferrum dictum quod farra id est semina
frugum terre condat. Species eius calibes (?) tali-
bus a talibus flumine. ubi ferrum optime
acie temperatur. unde et Cabilisone (?) dicta-
libus ipsa materies ut vulnificans (?)
quod talibus. Ferri usus post alia me-
talla repertus est. Cuius pertica (?) ipsa
est, et opprimendi species. vnde quidam (?)
tellus temptabat. in imo arvor
effunditur. Multum corporis eius deperit
nisi sic consistentibus et implicatis ele-
mentis quod ferrum unde infestum illi
dicitur tamen scriptor (?). Ferri autem meta-
lla prope ubique reperiuntur, sed omnibus
quibus palma serico. Sed differentia ge-
neris eius hoc tamen negociabus (?) sunt
pellibus quod mittunt. Tenera parte ro-
le quod alia quia ferri quod lucra
nec temperantur. acies. unde admi-
sit mollior complexus. Sufficiunt
sic plurima mixta terre genus. Nam a-
molle plumbo quod vicinum rotarum et
clauorum usibus aptum. Alius fra-
gile et cosperum. aliter terre qui-
alius bonitate sola placet. clauus
quod caligaris. Aliud celerius rubiginem
sentit. Stricturae nota. hec omnia
quod et alius metallis a stringendo
aptum vocabulo imposito. Aquarum
non summa diversitas est quibus ferrum
candens vergitur. quo melius fi-
at. sicut bilbilis in hispania et tu-
rasso nacione in italia. In acie-
do ferri oleo deletatur (?) sit acies
unde et tenuiora ferramenta oleo re-
statui ignis mos est ne aqua in fragi-
litatem durentur. A ferro sanguis hu-
manus sicut ulciscitur. contactuque
celerius rubiginem trahit. Cuius ferro
magnes lapis concordiam habet. Sola
hec materia cum vires ab illo lapide
accipit retinet quod longo tempore

sic (?) eciam lapide architectus quidam
Alexandre templum camarauit. vnde
et ipso simulachro ferreo. Hanc producit
inductum. Ferrum accensum igni. nisi du-
ritur ictibus corrumpitur. Rubens non est
tractabile ad tundendum. neque antequam
albescere incipiat. Aceto aut alumine
illitum ferrum fit eris simile. Purgamenta
ferri rubigo et scoria. Rubigo est
vicium rodens ferrum ut segetes quas
rodigo mutata vna littera. Sed rau-
go ab arodendo. Nam erugo vicium
est sicut ab erodendo dicta. et ab era-
mento scoria vero purgamenta et sordes
sunt que igne excoquuntur. Et dicta scoria
quod de ferro excutitur. Rubigine autem
caret ferrum si cerussa et gipso et liquida
pice perungitur. Ita rubigo ferramenta
non vitiat. sic eciam medulla ceruina
respersio vnguentur. De plumbo

Plumbum dictum quod primum pila
factus mari faltiore (?) temptabatur.
Cuius duo genera sunt. nigrum. et candidum.
Set melius candidum quod primus in insulis
Atlanticis maris inventum est. Gigni-
tur in lusitania et gallicia gignitur
summa terre harenosa et coloris nigri
et ponderis genus. Inveniunt et minuti
calculi maxime torrentibus siccatis.
Lavant eas harenas et quod subsidet
coquunt in fornacibus. Inveniuntur et
in auraje (?) metallis aqua missa cal-
culi nigri et graves. et dum aurum co-
ligitur cum eo remanet. postea separati
conflantur et in plumbum resoluuntur. Unde
eciam candidus plumbi quam aurum est.
Nigri plumbum terra cantabria gignitur
datur. Cuius origo duplex est. Aut enim
solum sua vena procedit. aut cum
argento nascitur. mixtisque venis
conflatur. Cuius primus in fornacibus liquor
est stagnum. secundus argentum. tertius re-

manet super arida addita vena.
vivus quod conflata sit nigro plu-
bum [?] ... uobis aes. nobis plu-
bum est. Communis tamen et in marga-
ritis est punita. Nigro plumbo
ad fistulas laminas quod utimur
laboriosius in Hispania et Gallia
eruitur plurimum, sed in Britannia
summo terre corio. De stagno

Stagnum ethimologia apotuizon
i. separans et discernens commixta.
Cum et adulterata metalla per ignem
metalla disparat. et ab auro
et argento aes plumbum quod separat.
alia quod metalla ab igne defendit.
Et cum sit natura compositus, fragilius duri-
tia [?] ... stagno fuerit
inlitum et inductum. Stagnum illitum
etiam vasis saporem facit gratio-
rem, et compescit virus eruginis.
Specula etiam ex eo temperantur. Cer-
ussa quoque ex eo sicut ex plumbo conficitur.
Electrum vocatum quod De electro
ad radium solis clarius auro
argentoque reluceat. Sol enim
a poetis elector vocatur. Deterius
est hoc metallum ceteris metallis.
Huius tria sunt genera. Unum quod ex pini
arboribus fluit, quod sucinum dicitur.
Alterum metallum quod naturaliter
invenitur et in pretio habetur. Tertium
quod fit de tribus partibus auri et
argenti una, quas partes etiam si
naturale solvas invenies. Unde
incertum est utrum natum an factum
[?] verum tamen natum est electrum,
quod naturale est. Commodum naturale est, ut et
convivio et ad lumina clarius ceteris
metallis fulgeat, et venenum
prodat. Nam si in poculis mittatur
stridorem edit et colores varios
in modum arcus celestis emittit. De ponderibus

Ponderum ac mensurarum modus co-
gnoscendus est. [?] Nam omnia corporalia
sic scriptum est: Omnia in mensura
et numero et pondere disposita sunt,
atque forma. Auctor autem corporis verbis
pondus natura dedit suum quo vexatur
omne pondus. Primus Moyses qui omnes
antecedit gentilium philosophos tempore, mensuras
et mensuras et pondera divinis scriptis tunc
per legem narravit. Primus Fidon Ar-
givus ponderum rationem et mensuras constituit.
Licet alii antiquiores extiterint, sed
hic autem iste compositor fuit. Po-
dus dictum eo quod in statera libratum
ponderat. Unum [?] ... Abusive autem
pondus libra una et duo dicitur, duo
dicuntur [?] qui duo pondera quod in
aequo due [?] trutine [?]. Trutina est
gemina ponderum lancibus et aequali
examine pendens. Facta [?] talenta
et centenaria appendenda. Sic mo-
neta [?] propria modica quod pecunia
[?] et moneta vocata. Statera
facta [?] ... examine quibus duabus
lancibus et uno dimidio [?] scapo librata
equaliter. Campana a regione
Italie nomen accepit. ubi primum usus
eius repertus est. Hec duas lances non habet, sed virga
est signata libris et unciis et vago
ponderis mensurata. Examen est filum
medium quo trutine statera regitur
et lances equantur. [illegible] ... lancibus
cumulandis [?]. Venit autem ponderis
[?] et modus vocibus [?]. Primus de [?]
calculis minima pars ponderis constituta
pro obolo est. Calculus autem granum
siliquae appellatur, quod calculus
sit pondus [?] et [?]. Calculus
qui adeo minimus est, ut sine mole-
stia pro calculo [?] siliqua vocantur, pro
pondere est. Ab arbore cuius semen est.

notabiliter tenues. Ceratium oboli pars
media est habens siliquam et se-
mis. Hunc latinitas semiobolum
vocat. Ceratium autem Graece Latine siliqua
cornuum interpretatur. Obolus siliquis tribus
appenditur habens ceratia duo, calcos
quattuor. Fiebat enim olim ex aere
ad instar sagittae, unde et nomen a
Graecis accepit; quod est sagitta. Scripu-
lus sex siliquis pondere constat. Hic
apud Graecos gramma vocatur. Scri-
pulus autem dictus per diminutionem a
lapillo brevi qui scrupus vocatur. Dra-
gma octava pars unciae est et de-
narii pondus argenti tribus constans
scripulis, id est xviii siliquis. Denarius
autem dictus quod pro decem nummis impu-
tabatur. Solidus nuncupatus quod nihil
illi deesse videatur. Solidum enim veteres
integrum dicebant et totum. Hunc et
nomisma vocant pro eo quod nominibus
principum effigiesque signatur. [illegible]
[illegible] nomisma vero ar-
genteus est. Hic enim ab Assyriis cep-
it. Dicitur autem [illegible] quod absque mixtura cha-
[illegible] quod adimplevit formam.
Solidus apud Latinos alio nomine
sextula dicitur quod eis sex uncia comple-
atur. Hunc ut diximus vulgus
aureum solidum vocat. Cuius tertia
pars ideo dicitur tremissis eo quod
solidum faciat ter tremissis. Sex-
tulabis assumpta duella facit.
porro statim reddit. Stater autem
medietas unciae est appendens
aureos tres, unde et vocatur stater
quod tribus solidis stet. Sextans
uncia, quod semis sit uncia. Sex
et semis quod ponderis semissis est.
Quod semis assis quadrantem
[illegible] quadrantem vocant, et

vocant quadrans quod unciae quarta parte
appenditur. Siclus qui Latino sermone
siclus corrupte appellatur Hebraeum
nomen est. Habens apud eos unciae pondus,
apud Latinos autem et Graecos quarta pars
unciae, stateris medietas, dragmas
appendens duas. Unde ad utilitatis divinae
legitur pondus. Uncia est. [illegible]
[illegible] quarta pars unciae est. Uncia
dicta quod universitatem minorum ponderum
[illegible] vinciat, id est complectat. Constat
autem dragmis octo, id est scripulis
xxiiii. Cuius [illegible] legitimum pondus
censetur quod unius scripulorum viginti
quattuor horis diei noctisque [illegible] vel quia
libram efficiat duodecies computata.
Libra xii unciis perficitur et inde
dicitur perfecti ponderis genus quod tot
[illegible] constat quot mensibus annus. Dicta
autem libra quod sit libera et cuncta intra
se ponderum genera concludat. Mina in
ponderibus Atticis dragmis appen-
ditur et est nomen Graecum. Talentum
summum esse pondus perhibetur in Graecis
[illegible] talento maius. Ut talento
maius [illegible] apud diversas
gentes pondus est. Apud Romanos enim
talentum est lxxii duarum librarum. Sicut
Plautus ostendit qui ait duo talenta
centum quadraginta quattuor libras esse. Est autem triplex,
id est minus, medium, summum. Minimum l
libras, medium lxxii duarum librarum,
summum c et xx constat. Centenarius
nomen est eo quod centum librarum
pondus sit. Quod pondus propter perfec-
tionem centenarii numeri Romani
instituerunt.

De mensuris

Mensura est res aliquo modo pro-
ut tempore circumscripta. Haec autem
corporis est aut temporis. Corporis est
ut hominum, lignorum et columpnarum.

legi[tur] et divinitas. sed et ipse istud
... pri orbis ... mensura q[ue]
geometrica per ... ...
Campus ut mensura ... duorum
annorum. Vnde et metiri ... ...
dicunt ... ... a mensura
vocata quod ea singula metiuntur
atque finiuntur. i. ... ...
per modios ... ...
... ... cochlear
quod est dimidium ... dragme appen-
dens ... iiii ... triplicatus
... facit. Cotula dragmas
una et dimidia adimpletur. ...
pondus ... dragmas appendit
qui et acetabulum ... vocatur
Oxifalus fit si quindecim dragme
adduntur. Acetabulum
quarta pars emine est xii dragmas
appendens. Cotula vero
quod ... ...
... ut ... ...
duo ... ... et ...
facit. Emina ... appendit li-
bram unam que geminata sextarium
facit. Sextarius duarum librarum
est. qui bis assumptus bilibris
bilibris assumptus ... fit ...
nomen ... quibus ...
quartum ... fit. adiecto
... facit ... congius
... metitur ... ac ...
nomen ... Congium aut
a congiendo i. pangendo ...
vocatur. ... ...
... ... aut
specialiter mensura est liquidorum
... sunt ... a vo-
mando ... ...

est mensura liquidorum. Hec a mensura
accipit nomen. Metron enim mensura
dicitur greca. Et inde appellata metre-
ta. ... et mina et amphora et reliqua
quibus nomina mensurarum sunt. Sextarius
est nomen a duabus unum perfectum
atque ... ad ... in cuius
pervenit ... cum grece latine
mensura dicitur ... ... mensura est
et amphora mensura est ... plus
... ut capit mensura est ...
est nomen speciale sibi assumpsit quod
sit mensura perfecta unum i. duabus ...
... ab eo quod sit suo in
perfectus. Est autem mensura librarum xliiii
i. sextariorum xxii. Cuius numeri causa
in tota est eo quod in principio deus
xxii opera fecit. Nam prima die sep-
tem opera fecit i. materiam informem
angelos lucem celos superiores
terram aquam atque aerem. Secunda die fir-
mamentum solum. Tertia die quattuor ma-
ria semina sationes atque planta-
ria. Quarta die tria sole luna et
stellas. Quinta die tria pisces et rep-
tilia aquarum et volatilia. Sexta die
iiii bestias pecudes reptilia
terre et hominem. Et facta sunt omnia xxii
genera in diebus sex. Et xxii generatio-
nes sunt ab Adam usque ad
Iacob. Ex cuius semine nata est omnis
gens Israel. Et xxii libri veteris
testamenti usque ad Hester. Et xxii
litterarum sunt elementa quibus constat
divine legis doctrina. His igitur
exemplis modius xxii sextari-
orum a Moyse secundum sacre legis
mensuram effectus est. Et quamvis diver-

gentes tritici implet pondus vel
adiciant ignorant vel detrahunt
apud quos constitutione divina tali voce
fruatur. Modius autem a modo dictus
modius nomen imposuit. Sed mo-
dica pro parvis abusive ut supradictum
Satum genus est mensure iuxta morem
provincie palestine unum et dimidium
modium capiens. Cuius nomen ex hebreo
sermone tractum est. Satum enim ap-
ud eos vocatur sippos sive levatio
eo quod qui metitur eandem mensuram
impleat ac levet. Est et alia satum
capiens sextariorum xx duorum capax
quasi modius. Batus vocatur hebraica
lingua ab olearia mola que ap-
ud eos bathta vocatur capiens l sex-
taria que tantum una mole vice
premitur. Amphora vocata quod hinc
et inde levetur. Hec greca a figura sui
dicta est quod eius aures geminate videntur
aures imitari. Capit autem vini vel
aque pedem quadratum. Firmat vero
modios italicos tres. Cadus greca
lingua amphora est continens urnas
tres. Urna mensura est quam quidam
dicunt. Ipsa autem urna vas est quod
quondam defunctorum cineribus adhiberi
solet. De qua poeta: celo tegitur qui non
habet urnam. Medimna mensura est quinque
modiorum. Medimna autem latina lingua
vocatur dimidia eo quod v modiis
metiatur que est dimidius unus ac
perfecto de laico. Artaba mensura est
apud egiptios sextariorum lxx duorum
composita ex numero lxx et duabus
gentes vel linguas que orbem
impleverunt. Gomor xv modios
unus appendit. Chorus xxx mo-
diorum mensura completur. Hic ex hebreo
sermone descendit qui vocatur chor

a similitudine collis. Chora enim hebraice
colles appellantur. Coacervati enim
modii xxx instar collis unius
tumuli efficiunt. De signis ponderum

Ponderibus signa sunt posita ut ignota sunt
per iii characteres fiant legentibus
Itaque apposite formas eorum et caracteribus
ut a nescientibus signa sunt subiecta. Z. litera
sunt dimidium oboli. Virgula equa-
liter iacens et porrecta significat
obolum. Geminata virgula ═ duo
oboli. Δ latinum sunt obolos tres. F latinum
sunt obolos iiii. E latinum denotat
obolos v. Oboli vero sex scriptula cura-
tiam continent eo quod unam dragmam
sex faciunt que est pondus denarii ar-
genti. H et a litera sunt siliquas octo
i. ceratisse. N latinum sunt nomisma
grecum i. solidum. I. Z. Iota adiuncta
beta sunt dimidium solidum. Z. virgule
duce ex uno angulo a leva dexte-
ram se dividentes sunt dragmam quam
et olcen appellant. N. F. latinum
adiuncto gamma greco sunt simul unciam
F. O. Gamma quoque greca litera. O. latinum
coniuncte adiunctum sunt unciam. L. latina
ta greca per medium sui i. latinum
adiunctum sunt libram. K. y. Cappa gre-
ca simul Y greco adiuncta sunt ii greco
sunt cacum. K. o. si vero O. latinum subiunctum
adiunctum cuiusdam denotat quod greci
cotila vocant. Z. C. greca si accipit
in medium C. latinum sunt sextarium. Z. O.
si O. latinum subiunctum adiunctum. Denotat
acetabulum quod greci oxifalon vocant
Δ. Δ. greca supposito T latino significat
mnam. Δ. L. latinum coniunctum subiunctus lapi-
da. sunt talentum. Infinite subiunctus po-
greca Y. latina bis suppositis. O. litera
quinta. Centenarius est

De auctoribus rerum rusticarum
De cultura agrorum
De frumentis
De leguminibus
De vitibus
De arboribus
De propriis nominibus arborum
De arboribus aromaticis
De herbis aromaticis sive communibus
De holeribus
De holeribus odoratis

De auctoribus rerum rusticarum

Rerum rusticarum scribendi solertiam apud Grecos primus Hesiodus Boetius humanis studiis contulit. Deinde Democritus. Mago quoque Carthaginiensis .xxviij. voluminibus studium agricolationis conscripsit. Apud Romanos autem de agricultura primus Catho instituit, quam deinde Marcus Terentius expolivit. Mox Virgilius laude carminum extulit. Nec minus studium contulerunt postmodum Cornelius Celsus et Iulius Atticus, Emilianusque sive Columella, insignis orator, qui totum corpus disciplinae eiusdem complexus est. Sunt et alii ad artem bonorum impigre fuerunt quedam pratum sermonum et fulminatum nomine Stolonum cernenda a cunctis ... Stercutius Fauni filius in Italia stercorandi agri rationem primus induxit, quem nonnulli Saturnum dicunt, cui agricultura dedicata est Rome. Hic plura instrumenta agricultore repperit. Primusque agros stercoravit. Sterquilinium dictum sitium puta-

De cultura agrorum

verunt, ut maiores illi nobilitate fecerunt, sed nomine quod splendide sonaret et dignitate tituli appareret.
Cultura est que frumenta dat, ut vinea, magis labore constat, ab incolendo vocata. Prime autem cure antiquorum his duobus erant: bene pascere et bene arare. Sulcati agri tribus arationibus: intermissio, incarpio stipularum, sectatio, occatio, vineatio. Novalis est incultus per quod ager inutilis quotannis consueverat ... quod et ante prius tunc culturam parabant. Aut si fuit frustra nutrius rupti. Duplex autem aratio vernalis et autumpnalis. Intermissio est quando alternis annis vacans ager vires recipit. Stercoratio litamine appositio stercorum autem vocatio, ut quod fiant magis, ut quod congregationis sunt quod sordidum est verum iteratione redundat. Fimus et fimum est qui per agros iacitur, et dictus fimus quod fiat unus. Idem stercus quod vulgo letamen vocatur, eo quod pro infinita leta faciat gignendo, vel quod arva pinguia et fecunda. Occatio est ut rustica ratione fecerat bobus dimissis, quando glebas tollunt ac ligonibus frangunt. Et dicta occatio quasi obsecatio, quod opiat semina. Oratio est copie terre. Semina vineis ut arbores frumentis et aliis herbis velle. Novalis tunc terre. Sulcus a pole nota, quod possessionis sol capiat. Veractum dictum est novale vero arator, possessio autem prius cum acquisitum ager est. Sarcio dicta quod similis acto, quod sarcio sarcito. Seritur autem vocatum quod sit servitio factum est. Pilumnus sic

21

est 21^d. uigilia et [illegible] . sive
indus. Ceres a creando i. a
creando dicta. Fruges a deprimendo
dicta quod ieiunium pellunt a serratione

De frumentis

Prima terre seges frumentum. Ex
puti frugibus ingenia et habe-
re segetes. translate alimenta primis
hominibus monuit undique dictis. Prima
terris vivis glebam dimovit ara-
tro. Prima dedit fruges alimentaque
mitia terris. Frumenta sunt proprie que
aristas habent. Fruges autem reliqua.
Frumenta autem ut fruges a fruendo.
Fruges a vescendo dicte. Item frumen-
tum a frumine quod est summa pars gule. Proprie
sunt que de frugibus percipiuntur. Tritti-
cum ut aliqui dicunt quod purissimum et
tersum sit. Vel quod granum eius mo-
latur et teratur. Far dictum eo quod initio
frugum antiquis cum molatum
usus edendum esset. Siligo frumentum in
pila missum frangebant et hoc erat
granum molendi. Adoreum tritici
genus quod et ipsum vulgo siliginem dicunt.
Ador quondam appellatum ab edendo.
Ab eo quod primum usui sit hominis. Sive quod
in sacrificio ipsius granum panis ad a-
ras offerebatur. Unde adoreum sacri-
ficia dicunt. Siligo genus tritici a se-
lecto dictum. Item de pane specie eius
papua est. Trimestre triticum ideo
nuncupatum quod satum post tres
menses colligitur. Ubi enim precipue aqua
alia hic campo matura satio
obruitur est. Spelta abusive partitur.
Galica granum novum est. Galica autem
simile est Galice panice. Hordeum et
papua. Hordeum dictum quod pre ceteris
frugibus sit aridum. Vel quod
spica eius ordinibus granorum composita
sit. Hoc rustici galaticum vocant eo quod

spica eius pro ordines granorum habeat. Quod quidam
cantherinum appellant cuius acicula mo-
libus quod tertium pascat. Hordei sclu-
burgum quod maiore tantum. Alterum disti-
chum eo quod duos ordines granorum habeat. Quod plerique
calaticum vocant. Item trimestre
quod ad cogit necessitas. Unus seminatur
et alibi colligitur. Scandula ad simplex
vocata. Dupplex est cum scandi quod i. dicitur.
Centenum appellatum eo quod de pluribus
locis iactus seminis quod de marcescentem
fruges centuplum et renascitur. Simile
et milium a multitudine fructus vocatum.
Panitium dictum quod in ulteriore re digestioni-
bus precio panis ante homines suste-
ntatur quod panis initium. Pistrina post
Epicinum granum novum. Farrago a
farre dicta est cum herba ordeacea
adhuc viridis nondum granis ad ma-
turitatem turgentibus. Spica de maturis
frugibus dicitur ab usu. Item proprie spica
est ad pallium summitatis i. summi-
tas tumor ariste adhuc tenues
duo et specialiter eminet. Arista appe-
llata quod prius ipsa arescat. Culmus
est ipse calamus spice cum aridus
nascitur et dicitur culmus quod calamus.
Folliculus est theca fructi in qua
granum formatur intus est et super spica
vallo instructa munimine protendit
ne avium minorum morsibus spica suis
fructibus exspolietur a vescentibus praedatur.
Stipule sunt folia seu vagine que
culmum ambiunt atque fulciunt ne possit
fruges ferre quod ambiunt culmum.
Et dicta stipula quasi usta. Et quasi usstipula.
Stipula dicta ab usto. Collecta enim
usui est propter culturam agri. Item
stipula vel quod post quam utitur post metendum
et palea separatur. Palea quibus
vocari dicitur quod pala ventilatur ut fru-
menta purgentur. Cantabres de palea

a quadam pale singulo d nutrice
vocaverunt unde et volunt de quo Virgilius
Te quoque magna pales et te memorande
canemus. Item alii a pabulo nuncu-
pata dicunt palea quod ea primum scilicet
pastorum animalibus prebeatur. Climus
na ex quo [illegible] tamen est frigida. ut obvi-
tas [illegible] fluit in [illegible] a de
calida. ut domestice pome appellat

De leguminibus

Legumina a legendo
dicta quasi electa. vellebantur non meto-
ra quod legebantur. sive quod manu legantur
non ferro resecantur. legumina plu-
rima genera. ex quibus faba. lenticula.
pisum. faselus. cicer. lupinum Graeca
nomine nominantur. Faba Graeca ethy-
mologia a vescendo. vocabulum sump-
sit quasi fage. fagein enim Grece come-
dere. Primum enim homines hoc legumine usi
sunt. Cuius species due. quarum altera communis.
altera egyptia. Faba fresa dicta eo
quod eam homines frendunt id est frangunt
id est molendo comminuunt. Lenticula voca-
ta quod humida et lenta est. vel quod ad
terram humida. Faselum dicunt et etiam
Greca nomina sunt. Lupinum Grecum et ipsum
nomen est. de quo Virgilius tristesque lu-
pini quod vultus gustantium amaritudine
contristat. Unde et eos parvam inc [illegible] nec
vinis nec ullum alius comedit. Ci-
cera mica et cicerum pabulorum optima
sunt. Medica dicta quod a Medis translata
est in Greciam tempore quo [illegible] Persis reg-
[illegible] Semel sata est et
decem annis permanet ita ut quater vel
sexies possit pascua [illegible] Vicia
dicta quod in se [illegible] ad templa [illegible] fru-
ctum. [illegible] alia legumina [illegible]
[illegible] Unde et Virgilius
ut tenuis fetus vicie. Pisa
[illegible] [illegible]
[illegible] agresti [illegible]

vocabulum [illegible] cum illi [illegible]
[illegible] quasi pectoribus [illegible]
[illegible] pingues efficit.

De vitibus

Vitis plantata primum a Noe
hoc instituit [illegible]
Apud Grecos [illegible] Dionisio
vitis liberum appellant. Unde et eum
gentiles post mortem deum esse volu-
erunt. Vitis dicta quod vim habeat
citius radicandi. Alii putant vites
dictas quod invicem se vittis innec-
tant. [illegible] arboribus [illegible]
[illegible] religentur. Est enim [illegible]
flexibilis [illegible] quasi brachiis complectitur
[illegible] stringat. Labrusca
est vitis agrestis que in terre margi-
nibus nascitur. Unde labrusca dicta
a labris et extremitatibus terre. [illegible]
[illegible] quasi [illegible] [illegible] cum [illegible]
[illegible] per [illegible] dicebat [illegible]
[illegible] a serendo. Malleolus est
novellus palmes innatus [illegible]
[illegible] flagello [illegible]
[illegible] parte [illegible]
[illegible] utrumque ma-
[illegible] [illegible] Spadones sunt
[illegible] [illegible] ap-
pellantur quod sunt [illegible] fruc-
[illegible] affecti. Sagitta rusti-
ci vocant novissima parte sur-
culi. sive quod longe recessit a matre
et quasi [illegible] acumine tenu-
itate teli [illegible] [illegible] [illegible] Flagel-
[illegible] vitium [illegible] fructum flage-
lla [illegible] eo quod flatu agi-
tentur. Palmes vitis materia mol-
lis [illegible] per novella [illegible]
fructum affert. [illegible] [illegible] vitis
[illegible] palmite dicit. Palmes enim
diminutivum nomen est [illegible] nomen per
[illegible] dicitur quod a palma dicitur pal-
ma [illegible] [illegible] quod dicitur [illegible]

ab eo quod corpore dimatium faciat
Pampinus est folium tum spondio
vitis a sermone ut arbore defendit
atque adversus ortum dimidia munit
quod ideo alicubi intercisus est ut et
solarem ad maturitatem fructus ad
mittat et umbram faciat. Et dictus
pampinus quod de palmite pendeat
Capreoli dicti quod capiant arbores
Sunt enim cincinni sive vinciculi
quibus se vincire vites et suspendere
solent arboribus quod ad vinculo
firti palmites ventos ac turbi-
nes contineant. et sine lapsu pri-
orum fructus suos sustineant ac
sese vaga pravitate diffundunt
Corimbi sunt anuli quibus proxima
quaeque ligant et comprehendunt ne lo-
gius lapsi palmites ventorum
flatibus dissipentur. Hinc dicti quod
intusque humore sunt plena
cia quod et pinguedinis lacte similitudine
est quod potius humorem sit vini
dum quod intus clausus botrus
Racemus est botrionis pars et botro
grandis est. Uvarum autem hec genera
sunt quod fructus earum ad escam velu-
ti pomum conviviis vendi[tur]. Com-
mendat autem eas species et saporis
et iocunditas. quarum sunt purpure
duracine, purpuree, dactili, rodie
libie, ceraunie, stephanite, ape-
diane, unciale, cidonite. Dura-
biles que per totam hiemem servantur
et numisiane pro quod vocantur quod
cito maturescunt, et aut ob solem
coquantur. Quas Greci lageos dicunt
quod tarde ad maturitatem veloci-
ter ut lepus. Purpuree a colore
dicte. Duracine a magnitudine dactili
a longitudine. Stephanite a rotunditate
Rodie et libie a regionibus in quibus nascuntur

ceraunie vero quod rubeat ut ignis
Genera uvarum que vino deserviunt
plurima quorum aminea dicta quasi sine
minio id est sine rubore. Albinum enim
vinum reddit. quamvis sit unus nomen
non una species reddit. Aminee due
genera ab eo dicte quod duplices uvas
mittunt. Aminea lagana que pluri-
oribus lanescit lanugine. Tribuliana
dicta quod cito rubet materia
fruticata minuti acini et dure cutis
uvas quamvis nobilitate aminea sed
fertilitate precedit. Hinc precie [illegible]
vocant quod plurimas lacte fetus affe-
rant. Apiane dulce vinum faciunt
quas nisi cito legas pluviis et ventis
et maxime apibus infestantur. quarum
preterea apiane cognominate sunt. Ba-
lanite a magnitudine nomen sumpserunt
Balanum enim Greci vocant. Retica
a regione nomen sortita est. tenues
et plumas et calores fortissime susti-
nens unde dicta terra defecta (?) generis
initi et basilisca est. Argitis grada
initis genus albi. folis vastarum
materia et tenui et lato folium mittens
cuius fructum in primo tempore colligas
aut ad terram decidit. alias humore
putrescit. Inerticola nigra est quam
Greci amaistion vocant. bonum vini
et lenis. a quo et nomen habet quod in arbitrio
temptandi nervos habeat. Quarum
gustu id sit habetes. Mareotice a
regione Egypti mareotis dicte.
ut supra prius nominate. Sunt vero albe
et nigre. Helbole quas quidam nalas
appellant neque purpuree neque ni-
gre ab helbo colore ita dicte. sub al
bi tamen mixti. Helbum vero est nigro ta
dem neque colore sed helbum non album
neque nigrum est. Tanquam locum vitium
quod sola fecunditate commendantur quantum
cum copiosa multumque vini faciunt.
Preciana uvas gaudet. magis quod

multas habet · nomen accepit quod summas
quod multum vini fluat · Cipria vel quod
de Cypria allata · vel quia nigra est · Copta
aut quia vitium sit quod tres mutatione
loci et qualitate et nomen amittit · In
tibus inter cetera magis ista queruntur ·
oblaqueatio · putatio · propaginatio · fo
ssio · Oblaqueatio est circa codicem
terram aperire et velut lacus efficere ·
quam aliqui circumdationem appellant · Pu
tatio est virgas ex vite supervacuas
reputare · cuius flagellis luxuriat
putatio non dicitur purgatio · vel amputa
tio · Circumcisio · suspendere · propagina
re vero flagellum inter terram sub in
cisura facere · et quod ipsum porro pariat · hinc
et propagines a propagatione · et protendere
dicte · Fossio vero est foveam facere quasi
fovere · De arboribus

Arborum nomina sive herbarum ab
arvis incolis tradita · eo quod
terris fixis radicibus adhaerant · Vel
aut ideo sibi parere filia · quod veteri
altero gignuntur · Nam dum senuerit
mutata iterum · herba primus oritur
deinde conforta surgit in arbore
et infra parvum tempus quam herbam videbas
arborem suspicis · Arbusta arbor
novella et tenera · de qua insertio
fieri potest · et dicta arbusta · quasi arboris
hasta · Alii arbustum locum in quo
arbores sunt volunt accipere · sicut sali
ctum · sic et virecta · vel virgulta ·
novelle et virentes · Arbor autem
et fructifera et sterilis · arbos autem
id est non fructifera · Hinc et feminino
arbores dicimus · poma vero neutro
frutex brevis est · appellatus quod terram
fronde tegat · cuius plurale nomen
frutecta · Arbor alta est · Silva vero
spissum nemus et ubi Silva dicta
quasi xilia · quod ibi ligna caedantur ·
nam greci xilon lignum dicunt ·

copulata cum latinis nominibus · Grecia
plurimorum ethymologia · recipiunt · Nemus
a numinibus nuncupatum · quia pa
gani ibi ydola constituebant · Sunt
autem nemora · arbores maiores · um
brose frondibus · Lucus est densi
tas arborum solo luce · dictus
tropo antiphrasin · eo quod non lu
ceat sive a luce · quod deo luce
bant funalia vel cerei · propter
nemorum tenebras · Saltus est densi
tas arborum alta · vocata hoc
nomine · eo quod exiliat in altum · et
sublime consurgat · Amala sunt
nemora · dicta quod ibi amnes fre
quentant · Viridiaria arborum sunt
que aliis sepe repullulant · Alii
viridaria a virendo dicunt · quod per
tempus nascuntur · Alii a virendo
et repullulando dixerunt · Condi
dinum ubi mores aut cetera insertio
dicitur · ad ipsum truncum surculus fit
de arbore · sicut insertio · Arborum
impositio · cum manipulo cortice libro
alterius arboris gummi immittitur
Plante sunt de arboribus · planta
ria vero quae ex seminibus nata sunt
cum radicibus · et a terra sparsa tussi
vivunt · Cespites frutices sunt qui
aspiciuntur · vel qui circa pedes frondes
que sunt virgulta vel umbracula · Sunt
autem ea umbra · dicti novi sunt
ex quibus frondes oriuntur · Radix
appellatur quod quasi radiis quibusdam separa
tis terra profunda dirigitur · Nam
physici dicunt parem esse altitudinem
radicum et arborum · Alii radices a
pluribus radiorum dictam putant vel
quia si eradicatur non repullulat · Cau
dex est statim arboris insistens
radici · Corticem veteres codicem
vocabant · Dictus a cortice quod solo

lignum tegat. Liber est corticis pars
interior, dictus a libato cortice,
id est ablato. Est enim medium quiddam
inter lignum et corticem. Ramus siquidem
ex trunco manat, sicut a ramis sur-
culus, et ita curvari a passione sive
incurvari. Virgultum est quod de
radice pullulat. Ramus quod ex ipso
robore arboris. Virga quae ex ramis
ipse aut virgultum appellatur quod ad
radicem arboris nascatur et quia inuti-
le ab agricolis amputatur. Et hic
dicitur virgultum quia virga tollitur.
Virga vel a virtute tollitur, quod vim
sive virtutem habeat vel a viriditate vel
quia pacis indicium est, quod virgat vir-
gat utuntur magi ad placandos
ut sunt serpentes et dracones. Hos
sustinent illigatos habet et pro-
at reges et magistri et nuncii et le-
gati utuntur. Flagella dicuntur ex-
tremi sunt arborum partes ab eo
quod arbores ventorum sustinent flatus.
Comas vocatas quasi comas. Folia
grece filla dicuntur. Unde et ad nos hoc
nomen per declinacionem translatum. Flores
vocati quod cito defluant de arbo-
ribus, quasi fluores, quod cito solvantur.
Huius species diverse, quarum coloris et odoris
dulcis cum flores solvuntur. Zephiro
sunt germina dicta quia surculis pro-
generantur a gignendo vel germinando.
Fructus nomen accepit a fluxu, id est emi-
nente guttis pre qua vestiuntur
inde et frugibus. Fructus autem proprie dicitur
agrorum et arborum quibus utique utimur;
in animalibus vel abusive et translative
vocatur fructum. Poma dicta ab
opimo, id est a copie ubertate. Omnia
dicuntur quia apta sunt ad manducandum, sic
et mala quia prius omnia fructus
dicta sunt ad manducandum. Ligna dicta

quod incensa conflagrent in lumine. Hy-
chinum, quod dicitur lumen. Hastula
a tollendo nuncupata. Fomes est
hastula, quae arboribus rasione excu-
titur, aut hastule ambuste aut
lingua cremata, a fingendo nomen
accepto, quod ita capiat ignem et
quo igniculos fovet quasi fomite flam-
mam. Torris lignum adustum quod
vulgus titionem appellat, continuum
foris semiustum. Quisquilie
stipule minute surculis ac fo-
liis aridis sunt aut purgamenta
terrarum. Caries putredo lignorum
dicta. Hoc nomen quod conveniat lignis
utitur carentibus. De propriis nominibus arborum

Palma dicta quia manus victricis
ornatus est, vel quod oppansis est
ramis in modum palme. Signum est
enim arbor insigne victorie, procera
quod ac decora virgulto, diuturnis
quod vestita frondibus et folia sua
sine ulla successione conservans.
Hanc greci fenicem dicunt quod diu
durat, ex nomine illius avis arabie
quae multis annis vivere perhibetur. Que
dum dulcibus locis nascatur, ut in
orbibus fructum proferat. Matura
sequitur aut in egypto et ipsa.
Fructus autem dactili a digitorum simili-
tudine nuncupati sunt, quorum et a-
lia nomina variantur. Nam alii appellantur
palmule sicut nucis balani.
Alii thebaici, quod et nicholai. Alii cum
palme quos greci cariotas vocant.
Laurus a verbo laude dicta. Hac enim
cum laudibus victorum capita coronabantur.
Apud antiquos autem laudea
vocabatur. Postea D littera sublata et
subrogata R. Dicta est laurus ut in
auricula quasi in modo auriculae dicta
sunt, et innumeri dicunt quae ut indices de-

Hanc greci arborem nomine dafnem [illegible] quod numquam deponat viriditatem. Inde illa potius victores coronantur. Sola autem hec arbor vulgo fulminari non dicitur. Malum a grecis dictum quod sit fructus eius pomorum omnium rotundissimus. Unde et vere sunt vera mala que integre rotunda sunt. Malum matianum a loco vocatum unde prius adductum est. Sic et alie arbores nomina a provinciis et civitatibus de quibus allate sunt acceperunt. Virgilius [illegible] co[illegible] malo [illegible] solent ornari(?). Malum cidonium supra(?) positum est nomen ab oppido quod est in insula creta. De quo greci dicunt plerumque urbem cretensium matrem. Cidonia cognomine pomo cidonitum confectum. Fit et quoddam vinum quod languentium stomachia fallunt. Mella(?) ipse et gustu cuiuslibet vini nectaris imaginem reperiunt. Malomellum a dulcedine appellatum quod fructus eius mellis saporem habeat vel quod in melle servetur. Unde et quidam tibi [illegible] [illegible] cidonia mille poma. Duracina quoque mella placent. Malum punicum dictum eo quod ex punica regione sit genus translatum. Hoc et malogranatum eo quod intra corticis rotunditatem granorum contineat multitudinem. Arbor autem malogranata est, pomum granatum, pomum non est granatum nec nutrit. Flores malorum a grecis appellati sunt cytinus, quem latini caducum vocant. Rosam autem malorum flores greci balaustion appellant, quorum alii albi, alii purpurei, alii rosei reperiuntur. Silicet floribus mali punici tinguntur(?). Medici mali punici cibo corpora

[illegible] nutriunt. Sed eo sunt optima utendum ut medicine potius id alere videantur. Malum persicum cum huius admodum vita [illegible] est. Cuius genera sunt et duracinum, armeniacum, persicum. Duracinum nuncupatum eo quod pomum eius durum sit ac coquere(?) recusat. Armeniacum dictum quod sit et genus eius ab armenia sit adductum. Persicum vocatum quod ea arbor prius de egipto venit primus(?) a quo sacerdotes ptholomei ferebant. Sed in persida fructum generat infestorum, apud nos autem iocundum ac suave. Horum aliud precoquum ab aliis vocatur estivum. Medica arbor cuius nomen et colorem mantuanus declaravit. Apportata primum a medis unde et vocabulum sumpsit. Hanc autem greci citromelam, latini citrium vocant quod eius pomum ac folia cedri odorem proferunt. Malum medicum quod [illegible] poeta intelligi voluit, cum tradit [illegible] felici[illegible]. Hec arbor per omne tempus plena est pomis, que alia partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore sunt posita, quod ceteris arboribus rarum est. Morella quam greci koton appellant, quam vulgo [illegible] [illegible] fraga(?) [illegible] dicitur. Arbor est non magna, fructum ferens comestibilem, rubore pipe[illegible] gustu suave. Unde et mella vocata est. Coquimella quam latini ob colorem prunum vocant, alii a nigritudine cerei fructus nixam appellant. Cuius damascena nomen a damasco oppido unde prius

apportata est. Dicta cuius solum po-
stomachis medici probatur. Hec autem
Libia proferebatur. Hec sola arbor
gummi glutinosum compactumque di-
stillat quo et medici et scriptores utun-
tur. Olea mella vasa de palmaria Sy-
rie civitate. Quod ita appellata
quod ex truncis oleum defluat de cras-
situdine mellis sapore suavi. Po-
mellida sorbo similis medica
arbor et flore candidulo dicta quod
dulcedo sit eius fructus et acuto sap-
ore composita. Hec arbor etiam
dicitur cognata. Chelofos arbor
myrrhasia punica lingua vocata eo
quod persolvit longum suum quod alio
amorinacum nomine. Mespila arbor
spinosa fructus similiter malorum sed
parvo breviore tamen et appellata quod pi-
lule formam gerant eius poma. Pirum
vocata videtur quod dignus species
deforta est. Hoc autem genus pomi ab
amplo incipit et de angustio finit
sicut ignis. Pirus arbor fruc-
tus est piri eius cuius multe species
quarum Crustumina sunt pira que pre
rubentia ab oppido Crustumino
vocata. Poma piri in vinctis
imposita vel si pauca vescantur
onerosa esse dicuntur. Cerasus a Cerasunte
urbe Ponti vocata. Hanc Lucullus
a Ceraso dicta civitate Ponti de-
lesset. Hoc genus pomi inde adduxit
et a civitate cerasum appellavit. Arbor
que cerasus pomum cerasum dicitur. Hoc
ante Lucullum non erat in Italia
sed duxit inde et cornum appellatum est.
Est autem arbor apta hastilibus
vel sagittis bona bellorum cuius. Ficus
a fecunditate vocatur. Fertilior enim
est arboribus ceteris. Nam ter et quater
per singulos annos generat. Fruc-
tus atque alio maturescente alter

Pom

ab oriente. Sunt radices a copia
nominate. Ficus egyptia fertilior est
cuius lignum de aqua missum illico mergi-
tur et dum in limo aliquamdiu iacuerit
deinde in superficie sustollitur ipsa vice
natans quod inde factum debuit hu-
moris pondere resideat. Dicta athlete
ficis alebantur prius quam eos Pythago-
ras exercitator ad carnes usum qui
fortiores ab hoc transtulisset. Agrestibus
de albo sexus supra. Ficus rugas
corporum ferunt distendi. Thauros quoque
ferocissimos ad fici arborem colliga-
tos repente mansuescere dicunt. Ca-
prificus appellata eo quod parietes quos
enascitur carpit. Rumpit enim et
prodit ex latebris quasi capite. Alii
caprificum dicunt putant quod sit eius arbor
cuius remedio fecundantur. Morus a
grecis vocata quod Latini rubum appel-
lant eo quod fructus vel virgulta
eius rubeant. Est enim morum plurimus
fructus asperis quo in deserto pastores
fames atque penuria consolantur. Cuius
folia supra iactata serpenti ferunt
interimi. Sicomorus sicut et morus
greca nomina sunt. Dicta autem sicomorus
eo quod sit foliis similis moro. Hanc La-
tini celsum appellant ab altitudine
quidem brevis ut et morus. Nux app-
ellata quod umbra vel stillicidium
foliorum eius proximis arboribus noceat.
Hanc alio nomine Latini iuglan-
dem vocant quasi Iovis glandem. Fuit
enim hec arbor consecrata Iovi. Cuius
pomum tanta vis est ut missum
inter suspectos herbarum vel fungorum
cibos quicquid in eis virulentum est ex-
pellat, rapiat atque extinguat.
Nuces quidem generaliter dicuntur omnia poma
